Propositio est oratio cōstituta ex terminis significās aliqd esse vel nō eē. vt bonitas est magna. auaricia nō est bona. Propositio est duplex. s. vera et falsa. Propositio vera est illa que significat sicut est vt iustitia est virtus. Propositio falsa est illa que sicut ipa significat non est: vt bonitas est mala. homo nō est ens zc. Propositio dicit duobus modis: qdā ē cathegorica alia ē hypothetica. Propositio cathegorica ē vna ōro i qua est subiectū z pdicatū z copula: vt bonitas ē amabilis: de⁹ est eternus fides est magna virt⁹: auaricia est mala. Propositio cathegorica ē quadruplex scilicet vniuersalis pticularis indefinita z singularis. Uniuersalis est illa cui⁹ subiectū est termin⁹ cōis addit⁹ signo vniuersali. vt ois lapis est sensualis: ois ptās est bona zc. Propositio particularis est illa cui⁹ subiectū est termin⁹ cōis addit⁹ signo pticulari: vt qdā bonitas est magnitudo: aliqua virt⁹ est sensualis. Propositio idefinita ē illa cuius subiectū est termin⁹ cōis sine signo: vt bonitas ē potēs. hō est creat⁹ zc. Propositio singularis est illa cui⁹ subiectū est termin⁹ discret⁹ vel termin⁹ cōis iunct⁹ pnomini demōstratiuo. exēplū primi: vt iesus xps ē de⁹ hō: Bernardus est scholaris. Exēplū scdi: vt iste hō est theologus Itē ppositio cathegorica est duplex. s. affirmatiua z negatiua. Affirmatiua est illa cuius pdicatū in subiecto attribuit vel attribui vr: vt hō est creatus. hō est rōnalis. Negatiua est illa cui⁹ pdicatū a subiecto remouetur vel remoueri videt vt homo nō est lapis. hō nō est plāta zc. Logicus vtit trib⁹ petitionib⁹ in ppositione. s. que. qualis. quāta. p ly q̄ qrit vtrū ppositio est cathegorica an hypothetica. Per quāta petit si est vniuersalis particularis idefinita an singularis. Per qualis aūt an est affirmatiua an negatiua. Quedā ppositiōes cū aliis cōcordāt trib⁹ modis: vno mō qn̄ sunt eiusdē quātitatis vel qlitatis: vt si vna est vniuersalis qꝫ alia sit vniuersalis zc. vel si vna est affirmatiua qꝫ alia sit affirmatiua. z sic de negatiua. Scdo modo qn̄ hnt simile subiectū vel predicatū: vt bonitas est durās. magnitudo est durās zc. Tertio modo quādo sunt similes in subiecto z predicato: vt bonitas est magna: bonitas nō est magna: z sic de aliis. De propositione.

Conuersio est mutatio subiecti in pdicatū z econuerso. Logicus facit duas cōuersiones. vna dr simplex alia p accidēs. Simplex conuersio est mutatio subiecti in pdicatum z econuerso remanentib⁹ in vtraqꝫ ppositiōe eadē quātitate z qualitate. Ut nulla bonitas est odibilis. Cōuertit sic. nullū odibile est bonitas. similiter quedam bonitas est magnitudo: conuertur sic: quedam magnitudo est bonitas per istam conuersionē conuertūtur vniuersalis negatiua z particularis affirmatiua. Cōuersio p accidēs est mutatio subiecti i predicatū z ecōuerso remanēte i vtraqꝫ eadē qlitate z variata quātitate. vt oē sensuale ē differēs: cōuertit. quoddā differēs est sensuale. Silr nullū aial est lapis ꝯuertit qdā lapis nō est aial zc. Per istā cōuersionē ꝯuertunt vlis affirmatiua z negatiua z sic cōuertit pticularis affirmatiua similiter idefinita z singularis scdm suū modū. De pticulari negatiua nō fit ppie cōuersio eo qꝫ ppositio vera posset ꝯuerti in falsam vt si quoddā aial nō est homo: conuertere quidā homo non est aial: falsa esset: et eodem modo potest dici de aliis similibus. Unde versus. Feci simpliciter cōuertit eua p acci. De cōuersione.


De oppositionibus.

In propositionibus q̃ cõcordãt ĩ similis subiecto ꝛ pdicato fiũt q̃tuor oppositiones .s. cõtraria ꝯdictoria subcõtraria ꝛ subalterna. Cõtrarie opposita sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua cõcordãtes in subiecto ꝛ pdicato. Ut dicẽdo oĩs bonitas est magna nulla bonitas est magna ꝛ sic de alijs. Cõtradictorie opposita sunt vniuersalis negatiua ꝛ pticularis affirmatiua vel vniuersalis affirmatiua ꝛ pticularis negatiua ꝛc. De p̃rio sic nulla bonitas ẽ magna q̃dã bonitas ẽ magna. De sc̃do sic. oĩs bonitas est magna: q̃dã bonitas nõ ẽ magna ꝛc. Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ pticularis affirmatiua: vł vniuersalis negatiua: ꝛ pticularis negatiua. De p̃rio sic. oĩs bõitas ẽ magna q̃dã bõitas ẽ magna. De sc̃do sic. nulla bõitas ẽ magna q̃dã bõitas nõ ẽ magna ꝛ sic de alijs. Subcõtrarie sunt pticularis affirmatiua ꝛ pticularis negatiua ꝯcordãtes ĩ subiecto ꝛ pdicato: dicẽdo sic q̃dã bõitas ẽ magna. q̃dã bõitas nõ ẽ magna ꝛ sic de alijs velut patet in seq̃ẽti figura. Et sicut dicitur de particulari ita potest dici de indefinita ꝛ singulari.



Extrema ppositiōis cathegorice sunt subiectū ꝛ predicatū. Cathegorica est duplex: q̄dā est de disiuncto extremo: alia de copulato extremo. Illa cathegorica est de disiuncto extremo in cuius subiecto vel predicato ponit̄ disiūctiua cōiunctio vt bonitas vel magnitudo est per se magna ꝛc. vel dicēdo sic. hō est aīal vel lapis Illa cathegorica est de copulato extremo ī cui⁹ subiecto vel p̄dicato est copulatiua cōiunctio vt bonitas ꝛ magnitudo sunt amabiles. vel dicendo sic bonitas est magna ꝛ potēs. et aliq̄n est cathegorica de vtroq̄ extremo disiūcto vel copulato: ꝛ aliq̄n de vno extremo disiūcto ꝛ altero copulato. Cōtradictio est affirmatio: et eius contradictoriū negatio ad idē secundū idē sīr ꝛ in eodē tpe p̄dicate.

¶ Equipollētia est equalis valentia duarum ppositionū in quantitate ꝛ qualitate: ꝛ sic due cōtrarie equipollent p negationē postpositā: ꝛ due cōtradictorie per negationem prepositam: due vero subalterne per negationem prepositam ꝛ postpositam. De equipollētijs.

ateria est triplex naturalis cōtīgēs ꝛ remota. naturalis est illa in qua p̄dicatū est de essentia subiecti vel propriū ei⁹ vt homo est aīal hō est risibilis. Materia ɔtingēs est illa in qua p̄dicatum pōt adesse vel abesse p̄ter subiecti corruptionem vt homo est albus. Materia remota est illa in qua p̄dicatū non potest cōuenire subiecto vt homo est asinus. De materia propositiōis

ex cōtrariarū talis est q̄ in nulla materia p̄nt simul eē vere: false tñ in materia contingenti. Lex subcōtrariarū talis est q̄ ī nulla materia p̄nt simul esse false: vere aūt ī materia cōtingenti. Lex cōtradictoriarū talis est q̄ in nulla materia possunt simul esse vere vel false. Lex subalternarū talis est q̄ si vniuersalis est vera et eius particularis nō tñ ecōtrario: nisi in materia naturali vel remota. De legibus.


ropositio hypothetica est orō ī qua due cathegorice per cōiunctionē adinuicē vniunt̄: vt bonitas est magna ꝛ magnitudo est bona ꝛc. Propositio hypothetica est septuplex copulatiua disiūctiua cōditionalis rōnalis temporalis localis. Copulatiua est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice coniuncte p coniunctionē copulatiuā vt bonitas est magna: ꝛ differētia est cōcordās ꝛc. Disiūctiua est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice cōiuncte p cōiunctionem disiunctiuā vt homo est aīal vel leo est sensibilis ꝛc. Cōditionalis est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice cōiuncte per hanc dictionem si vt si duratio est potēs ptās est durās ꝛc. Rōnalis est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice cōiuncte p has coniūctiones igit̄ vel ergo vt sapientia est amabilis igit̄ bonitas est potēs ꝛc. Tēporalis est hypothetica in qua sunt due cathegorice coniuncte cum aduerbio temporali vt bonitas est magna quando magnitudo est bona ꝛc. Localis est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice coniuncte cum aliquo aduerbio locali vt virtus est vbi iusticia est ꝛc. ¶ Ad hoc q̄ copulatiua sit vera requiritur quod ambe sue cathegorice sint vere sed quando aliqua cathegoricarum est De ppositione hypothetica.

falsa tunc ipsa est falsa vt dicendo homo est animal et homo est capra et ideo dicitur copulatiua pro vna parte falsa tota falsa. Ad hoc quod disiunctiua sit vera sufficit aliquam suarum cathegoricarum esse veram: vt dicendo bonitas est virtuosa vel homo non est animal etc. Et ideo dicitur disiunctiua vna parte vera tota vera. Sed ad hoc quod disiunctiua sit falsa oportet quod ambe sue cathegorice sint false: vt dicendo homo est irrationalis: vel lapis est animal etc. Ad veritatem conditionalis requiritur quod antecedens nequeat stare sine consequenti: vt tu es homo ergo tu es ens. Ad cuius cognitionem habendam consideretur si oppositum consequentis repugnat antecedenti Ad falsitatem vero requiritur quod antecedens possit stare sine consequente: quod etiam poterit videri considerando quod oppositum consequentis non repugnat antecedenti etc.

De modalibus.

Omnis propositio est necessaria. possibilis. impossibilis vel contingens. Necessaria est illa que sic est vera quod nullo modo potest esse falsa: vt dicendo. deus est bonus magnus et eternus: homo est animal etc. Possibilis est illa que potest esse vel non esse: vt homo erit scholaris: homo non erit cerdo etc. Sed quando illud quidem poterat esse et non esse: est contingens: vt galcerandus est scholaris vel ipse est lusor etc. Impossibilis est illa que significat rem que nullo modo potest esse: vt homo est irrationalis: homo non est animal etc. Ex his fiunt quatuor oppositiones/ sicut in illis de inesse: vt patet in sequenti figura. Et est notandum/ quod duplex est propositio modalis /composita videlicet et diuisa. composita est illa in qua modus precedit/ aut sequitur totam propositionem. Diuisa vero est illa in qua modus ponitur inter partes dicti/ Dictum est oratio infinitiua / vt hominem currere/ modi sunt necessarium/ impossibile/ possibile/ et contingens: et consideratur triplex quantitas et qualitas in propositione modali: vna ex parte modi: nam vbi ponitur necessarium est vniuersalis affirmatiua de modo/ et impossibile negatiua/ et vbi possibile et contingens particularis: ex parte autem dicti omnes sunt indefinite/ et affirmatiue: si negatio non mediat inter partes dicti/ ex parte subiecti dicti sumitur quantitas et qualitas / sicut in illis de inesse: et equipollent omnes per has dictiones amabimus edentuli iliace purpurea ordine quo ponuntur in figura/ a affirmat dictum et modum v negat vtrunque et i modum e dictum. Et est notandum quod litere dictionum predictarum debent sic ordinari nam amabimus ponitur in primo ordine/ edentuli in secundo iliace in tertio et purpurea in quarto et in qualibet dictione sunt quatuor vocales secundum quod quatuor sunt ordines et cuilibet per ordinem attribuitur vna et secundum talem dicitur affirmatiua de dicto aut modo aut de vtroque videlicet dicto et modo seu dicitur negatiua de dicto vel de modo aut de vtroque exemplum diuidatur amabimus in quatuor sillabas quas continet a attribuatur primo ordini et sic talis propositio erit affirmatiua tam de dicto quam de modo et ma attribuatur secundo ordini et bi tertio mus autem quarto. et sic de aliis fiendum est.

purpurea illiace.



amabimus edentuli

De suppositionibus.



Suppositio est acceptio termini pro re vniuersali vel singulari: et est triplex: videlicet simplex. personalis. et materialis. Simplex est acceptio termini pro re vniuersali: vt homo est species. Personalis est acceptio termini pro re singulari: vt homo currit. Materialis est acceptio termini pro re materialiter capta: vt homo e dictio dissyllaba. vnde Aristoteles talia sunt subiecta. qualia permittunt eorum predicata.

De ampliationibus.



Ampliatio est statio termini communis p diuersis temporibus de qua dantur regule. Prima est q in omni propositione in qua ponitur verbum preteriti perfecti vel participium: terminus precedens ampliatur pro eo quod est vel fuit: vt virgo fuit meretrix. Secunda regula in omni propositione in qua ponitur verbum vel participium futuri temporis terminus precedens stat pro eo quod est vel erit vt senex erit puer. Tertia regula est omnis terminus in propositione positus respectu huius verbi potest vel eius participij stat pro eo quod est vt esse potest: vt album potest esse nigrum.

De restrictione.


¶ Restrictio est statio termini in propositione pro paucioribus significatis q eius requirat natura: vt omnis homo albus currit.

De argumento.




Argumentum est sermonum aggregatio ex quib⁹ alij sermones sequuntur: vt bonitas est ergo aliquid est. Argumentu est tota oratio ex antecedente et consequente composita. ¶ Argumentum habet quatuor species scilicet syllogismum inductionem. enthymema. et exemplum. ¶ Probatio est argumentum in quo veritas est apparens: et potest fieri tribus modis. s. authoritate necessaria: ratione et demostratione. ¶ Demonstratio est manifestatio alicuius ignoti per aliqd notum vel minus noti per magis notum. Et potest fieri tribus modis: scilicet per quid: per quia et per equiparantia. Demonstratio per quid est quando effectus demostratur per causam: vel inferius seu posterius per superius siue pri⁹ Demonstratio per quia est quando per effectum causa demonstratur: vel quando per inferius seu posterius demonstratur superius vel prius. Demonstratio per equiparantiam est quando aliquid equale ignotum vel equale minus notum demonstratur per equale magis notum: et hec est magis bona et necessaria probatio q due predicte: quoniam per ipsam altiora demonstrantur.

De syllogismo.



Syllogismus est argumentatio in qua ex duabus premissis propositionibus in debito modo et figura ordinatis sequitur conclusio. Syllogismus in se debet habere duas premissas et vnam conclusionem: vt dicendo sic. omne bonum est amabile: omnis virtus est bona: ergo om-

nis virtus est amabilis et istarum duarum premissarũ. Prima dicitur maior secũda minor: et ista que sequitur ex ipsis vocatur conclusio. Tres termini sunt necessarij ad faciendũ syllogismũ: quorũ vnus dicitur mediũ: alius maior extremitas: alius minor extremitas. Mediũ est ille terminus qui ponitur bis ante conclusionẽ: scilicet semel in premissa maiori: et semel in minori. Maior extremitas est ille terminus qui cum medio facit primam propositionem. Minor extremitas est ille terminus qui cum medio facit secundam propositionem. Medium nunq̃ debet poni in conclusione. Sed ipsa debet fieri ex maiori extremitate et minori. Et omnia ista patent in syllogismo predicto. Et est notandum q̃ quedam est conclusio directa: et quedam indirecta. conclusio directa est illa in qua maior extremitas predicatur de minori. Conclusio indirecta est illa in qua minor extremitas predicatur de maiori. Etiam est notandum q̃ omnis bonus syllogismus debet esse in figura: et in modo.. Figura est debita ordinatio terminorum in subijciendo et predicando. Figure syllogismorum sunt tres: et quelibet habet suos modos. Modus est debita ordinatio propositionum in quantitate et qualitate. In modis figurarum sunt iste vocales. a. e. i. o. A est vniuersalis affirmatiua: E est vniuersalis negatiua. I est particularis affirmatiua. O est particularis negatiua. Unde versus. Asserit. A. negat. E. sunt vniuersaliter ambe. Asserit. I: negat. O: sed particulariter ambo. Conditiones generales ad omnes figuras sunt quinq̧. Prima quod in omni syllogismo aliqua premissarum sit vniuersalis. Secunda. quod in omni syllogismo aliqua premissarum sit affirmatiua. Tertia. quod si aliqua premissarum sit particularis conclusio sit particularis sed non econuerso. Quarta. quod si conclusio est negatiua quod aliqua premissarum est negatiua: et econuerso: propter quod est notandum quod in sillogismo ex puris negatiuis et puris particularibus nihil sequitur. Quinta q̃ in nulla figura medium ponatur in conclusione.



Prima figura est illa in qua terminus qui est subiectum in premissa maiori: est predicatum in minori: vt dicendo. omne bonum est verum: duratio est bona. ergo duratio est vera. et habet quatuor modos directe concludentes: et quinq̧ indirecte concludentes: quatuor primi sunt: qui significantur per istas dictiones. Barbara. Celarent. Darij. Ferio. Primus modus constat ex premissis. a. concludentibus a. vt sic omne bonum est durans: omnis magnitudo est bona. ergo omnis magnitudo est durans vel nullum animal est lapis omnis est animal ergo nullus homo est lapis etc. Secundus modus fit ex maiori premissa a et minori e concludenti bus: vt sic nullum malum est amabile omne vitium est malum: ergo nullũ vitiũ est amabile. Tertius modus fit ex maiori a. et minori i concludentibus i vt omnis potestas est intelligibilis: deus est potestas igitur deus est intelligibilis. vel omne animal est substantia ois homo est animal ergo ois hõ est substãtia Quartus modus fit ex maiori e et minori i concludentibus o vt nullum spirituale est visibile quidam angelus est spiritualis ergo quidam angelus non est vi-


De prima figura.

sibilis. Quinq autem modi indirecte concludentes sunt qui significantur per istas dictiones. Baralipton. Celātes. Dabitis. Fapesmo. Frisesomorum. Baralipton constat ex maiori a et minori a concludentibus i vt omne bonum est positiuum quicquid deus facit est bonum ergo positiuum facit deus. Celantes constat ex maiori e et minori a concludentibus e: vt nullum virtuosum est vitiosum omnis gloria est virtuosa: ergo nullum vitiosum est gloria. Dabitis constat ex maiori a et minori i: concludentibus: i: vt omne ens est intelligibile quoddam particulare est ens ergo quoddam intelligibile est particulare. Fapesmo constat ex maiori a et minori e concludentibus o. vt omnia noua placent nullum antiquum est nouum ergo quoddam placidum non est antiquum Frisesomorum constat ex maiori i et minori e condentibus o vt quidam homo est seruitor dei: nullus asinus est homo ergo quidam seruitor dei non est asinus. ¶ Cōditiones pme figure sunt due. Prima q in ipsa concluditur omne genus propositionum scilicet vniuersalis affirmatiua et negatiua et particularis affirmatiua et negatiua. Secunda q medium sit in maiori subiectum et in minori predicatum.


De secūda figura.


Secunda figura est illa in qua terminus qui est predicatum in maiori est predicatum in minori vt dicendo nullum animal est planta omnis herba est planta ergo nulla herba est animal: et habet quatuor modos qui significantur per istas dictiones Cesare Camestres Festino Baroco. Primus modus fit ex maiori e et minori a concludentibus e vt in syllogismo predicto. Secundus modus fit ex maiori a et minori e concludentibus e vt omnis homo est animal: nullus lapis est animal/igitur nullus lapis est homo: Tertius modus fit ex maiori e et minori i concludentibus o vt sic. nulla virtus est odibilis: quoddam vitium est odibile: igitur quoddam vitium nō est virtus. Quartus fit ex maiori a et minori o concludentibus o. vt sic: omne creatum est bonum. peccatum non est bonum: igitur peccatum non est creatū. ¶ Cōditiones secunde figure sunt due. Prima quod medium in vtraq sit predicatum: secunda q maior sit vniuersalis in quocunq syllogismo.

De tertia figura.


Tertia figura est illa in qua terminus qui est subiectum in maiori est subiectū in minori. et habet sex modos qui significantur per istas dictiones darapti felapton disamis datisi bocardo ferison. Primus modus constat ex premissis a concludentibus: i: vt omnis bonitas est magna omnis bonitas est durans ergo quoddam durans est magnum. Secundus modus fit ex maiori e et minori a. concludentibus o. vt sic: nullum bonum est vitiosum omne bonum est amabile igitur quoddam amabile non est vitiosum. Tertius modus fit ex maiori i. et minori a. concludentibus i. vt sic quedam bonitas est eternitas: omnis bonitas est magna: ergo quoddam magnum est eternitas. Quartus modus fit ex maiori a. et minori i. concludentibus i. vt sic omnis homo est rationalis quidam homo est cerdo: igitur quidam cerdo est rationalis.


Quintus fit ex maiori o. et minori a concludentibus o. vt quoddam sensibile non est mortale: omne sensibile est visibile igitur quoddam visibile non est mortale. Sextus fit ex maiori e. et minori i. concludentibus o. vt nullum intellectuale est coloratum quoddam intellectuale est anima ergo quedam anima non est colorata &c. ¶ Conditiones tertie figure sunt tres. prima q° medium in vtraq; sit subiectum. secunda quod minor sit affirmatiua. tertia quod non concluditur nisi particulariter. ¶ Inductio est argumentatio in qua arguitur a singularibus sufficienter numeratis ad suam immediatam vniuersalem: vt Petrus est bonus: Joannes est bonus et sic de alijs: ergo omnis homo est bonus: et sic de alijs. ¶ Enthymema est argumentatio in qua arguit ab vna sola premissa ad cõclusionẽ vt omnis homo est animal: ergo Petrus est animal: et sic de alijs ¶ Exemplũ est argumentatio in qua arguitur ab vno particulari ad aliquid per aliud simile in eis repertum: vt sic Petrum seruire deo bonum est: igitur Martinum seruire deo bonum est. Similiter magnitudo est amabilis: igitur duratio est amabilis: tenet argumentum per hoc simile quod est bonum eo q̄ omne bonum est amabile.



Ocus a maiori est argumentũ q° fit de maiori ad min⁹: vt sic. de⁹ potest mundum creare: igitur potest ipsum conseruare: vel sic. rex potest habere .C. milites. ergo potest habere .L. et hoc affirmatiue: sed negatiue sic: rex non potest expugnare castra: ergo nec miles. similiter ignis non potest comburere lignu3: ergo nec aer &c. et sic patet qualiter per istum locum potest homo arguere affirmatiue et negatiue: vt supra patet. Conditio huius loci est: quod magis et minus concordent in hoc in quo de vno ad aliud arguitur. Et propter hoc non sequitur. homo non potest facere poma: ergo nec pomarius ratio quare non valet. quia homo et pomarius non concordant in faciendo poma: nec per consequens homo est maior pomario: nec econuerso: in hoc quod est facere poma: et sic de alijs. *De locis. et primo de loco a maiori.*



Ocus ab equali est argumentum quod fit de equali ad equale: vt homo est compositus ex anima et corpore ergo sensualis creatura & intellectualis est composita ex anima & corpore: similiter dicendo risibile est bonũ: ergo homo est bon⁹ &c. vel sic diuina bonitas est infinita sine quãtitate: ergo diuina potestas est infinita sine quãtitate &c. ¶ Cõditio huius loci est: q̄ res equales cõcordãt in hoc in quo de vno ad aliud arguitur. & ꝓpter hoc nõ sequit: Raymũdus est medicus: ergo ioannes est medicus: q2 põt esse cerdo: & sic de alijs. *De loco ab equali.*



Ocus a minori est argumentum quod fit de minori ad maius: vt sic miles potest habere equum: ergo rex potest habere equum homo non potest ferre decem quintalia: ergo non potest ferre. rx. Aer potest calefacere: ergo & ignis: ita quod iste locus procedit affirmatiue et negatiue: sicut di- *De loco a minori.*


tum est de loco a maiori. Conditio huius loci est quod minus et maius concordent in hoc de quo vno ad aliud arguitur: et propter hoc non sequitur: aquila potest volare igitur homo potest volare: quoniam homo et aquila non concordant in volare vel sic pomarius potest facere poma ergo homo potest facere poma non valet ex eo quia non cōcordant in hoc quod est facere poma. et sic de alijs.

De cōsequē-tijs.



Principia consequentie sunt ātecedēs et consequens et nota consequentie. antecedēs est illud quod ponit in necessitate hoc quod per ipsum sequitur. Consequens est illud quod necessitatem ante se ostendit. Nota consequentie dicitur illa coniunctio mediante qua propositio que est antecedens: et illa que est consequēs coniungunt: sicut sunt igitur. ergo et similia. ¶ Consequentia est quedam ratiocinatio in qua est antecedens et consequens cum nota consequentie: vt dicendo bonitas est igitur duratio est: similiter bonitas est magna: igitur bonitas est durans: similiter homo est igitur corpus et anima sunt. similiter angelus est: ergo intellectuale est &c. Et de predicta consequentia dantur regule speciales quarum prima est: quod ex veris non sequitur nisi verum: ex falsis vero aliquando verum et falsum. exemplum: vt homo est asinus. ergo est animal: qđ est verū et nō habet animā rationalē quod est falsum. Itēquicquid sequitur ad consequēs bone cōsequētie sequitur et ad antecedens: et quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad consequens: et quicquid repugnat cōsequēti repugnat antecedenti. Preterea ab vniuersali ad suā particularem vel indefinitā sibi subalternam est bona consequentia et non econtrario nisi in materia naturali vel remota: et a particulari ad suam indefinitam et econuerso est bona consequentia: et generaliter a diffinitione ad diffinitum a descriptione ad descriptum ab interpretatione ad interpretatum: ab vno synonymo ad aliud synonymum ab effectu formali ad suam causam formalē et ab vno correlatiuo ad reliquum.

De fallacijs.



Paralogismus est argumentum indicans esse verum quod falsum et econuerso: et ideo dicitur paralogismus quasi apparens syllogismus. Paralogismus fit duobus modis: vno modo in dictione: alio modo extra dictionem. Paralogismus in dictione fit sex modis secundum q̄ fallacie in dictione sunt sex scilicet equiuocatio. amphybologia compositio. diuisio. accentus. figure dictionis: et dicuntur in dictione ex eo quia in dictione et per dictionē fit deceptio vt patebit inferius. ¶ Fallacia equiuocationis est deceptio proueniens ex eo q̄ aliqua dictio plura diuersimode significat: sicut hec dictio canis significat canem latrabilem et quemdam piscē marinū: et quoddam signum celi. ¶ Fallacia amphibologie est deceptio proueniens ex eo quod oratio penitus eadem plura significat: sicut hec oratio liber magistri: habet duos sensus: vnus est: liber magistri: et factus a magistro.


alius est liber magistri/et possessus a magistro. ¶ Fallacia compositiõis est deceptio proueniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis: cuius dictiones adinuicem componi possunt: et in sensu composito sunt false: et in sensu diuiso sunt vere: sicut hec oratio quicquid viuit semper est: hec dictio semper si ponatur cum hoc verbo viuit sic est vera: si autem ponitur cum hoc verbo est: sic est falsa. similiter de ista. Quicqd existit vbiqz est &c. ¶ Fallacia diuisionis est deceptio proueniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis cuius dictiões adinuicem diuidi possunt: & in sensu diuiso est falsa: in composito aũt vera: sicut hec oõ: Ois creatura est sensualis vel intellectualis: põt habere duos sensus: vnus est qꝫ ois creatura sit sensualis: vel qꝫ ois creatura sit itellectualis: et sic est falsa: vl' põt esse iste sensus: ois creatura ẽ sensualis vel itellectualis simul: & sic est vera. ¶ Fallacia accẽtꝰ: est deceptio pueniẽs ex eo qꝫ aliq̃ dictio pnũciata diuersimode diuersa significat: sicut hec dictio occidit qñ in penultima syllaba est lõga significat interficere: sed qñ in penultima syllaba est breuis tunc significat cad. &c. ¶ Fallacia figure dictionis est deceptio que fit ex eo qꝫ aliqua dictio est similis alteri dictioni: & videtur eundem modũ significandi habere sed tamẽ non habet: vt sic. omnis aqua est frigida: mare est aqua: igitur est frigida. ¶ Fallacie extra dictionem sunt septem scilicet accidẽtis secundum quid & simpliciter ignorantia elenchi: petitio principij. consequens. non cause vt causa. plures interrogationes vt vna. Et dicuntur extra dictionem: quia sit fallacia de sophisticis propositionibus: et causa apparens sumitur ex parte rei. Et in hoc differunt a fallacijs in dictione in quibus causa apparens sumitur ex parte vocis. ¶ Fallacia accidentis est deceptio que fit ex eo quod aliquid significatur simpliciter inesse vtriqz eorum que aliqualiter vnum sunt vt sic. homo est animal: et aĩal est neutrũ: ergo homo est neutrũ. non valet: quoniam homo et animal non sunt idem simpliciter. ¶ Fallacia secundum quid et simpliciter est deceptio que fit ex eo quod dictum secundum quid sumitur tanq̃ si esset simpliciter. vt sic. Adam est homo mortuus: ergo est homo: non valet quia arguitur a dictione secundum quid ad dictionẽ simpliciter. ¶ Fallacia ignorantie elenchi est deceptio que fit ex eo quod non: seruantur ea que requiruntur ad diffinitionẽ cõtradictionis: vt sic: homo est in ecclesia: & non est in mari: ergo est & non est. ¶ Fallacia petitionis principij est deceptio que fit ex eo quod idem sumitur ad probationem suũpsius sub alio vocabulo: vt si quis velit probare quod homo legat: probet sic. animal rationale mortale legit: ergo homo legit. ¶ Fallacia consequẽtis est deceptio que fit ex eo quod consequens existimatur omnino idẽ esse antecedenti: vt si est homo est animal: ergo si est animal est homo: non valet. ¶ Fallacia non cause vt causa est deceptio que fit ex eo quod inter premissas ex quibus sequitur conclusio ponitur aliqua propositio q̃ nihil facit ad cõclusionem et propter hoc dicitur non causa. ¶ Fallacia secundum plures interrogationes vt vnam: est deceptio que fit ex eo qꝫ ad interrogationem que est plures datur vna responsio: velut si queratur: mel et fel sunt dulcia: si respondeatur non: ergo mel non est dulce. si respondeatur sic: concludatur ergo fel est dulce &c. Quia ad interrogationes plures debes dare varias responsiones.

De disputatione.



Isputatio est contrarietas spiritualis que per verbum manifestat conceptiones quā habet vnus intellectus contra aliū. Disputans cū primo debet habere intentionem cognoscendi ꝛ amandi veritatem et cognoscendi ꝛ odiendi falsitatem. ꝛ propter hoc verus disputator debet concedere vera cognita: ꝛ falsa negare. Secundo quod supponatur in principio ꝙ vtraqꝫ pars questionis sit possibilis .s. affirmatiua et negatiua: vt intellectus in inuestigatione sit liber et non ligatus. Tertio ꝙ arguens probet vel improbet per aliquam speciem argumentationis fundādo argumentum super aliquam speciem demonstrationis. Quarto ꝙ inter disputantes sit communis amicitia: vt infrenetur particularis contrarietas quā habent circa hoc de quo disputant.

De inuestigatióe medij inter subiectū ꝛ predicatū.



Edium existens inter subiectum ꝛ predicatū intendimus venari duobus modis. Primo modo medium naturale: et secundo modo medium logicale: et hoc facimus vt cognoscamus verum mediū reale ꝛ etiam naturale: ꝛ per consequens necessarium syllogismum: ac etiam vt per medium probatiuum et opinatiuum cognoscamus syllogismum dialecticum siue logicalem et intentionalem. ¶ Ad venandum medium naturale facimus syllogismos quatuordecim. Primus sit sic: ponatur ꝙ. a. b. c. sint vna substantia ab omni accidente denudata: postea fiat sillogismus sic: omne. b. est. a. omne. c. est. b: ergo omne. c. est. a. iste syllogismus est demostratiuus. verus. et necessarius: et non potest impugnari: et ratio huius est: qꝛ medium est substantiale naturale ꝛ reale: et ad hoc nullū accidens potest contradicere: quia. a. b. c. ab omni accidente sunt remota. ¶ Secundus syllogismus fit sic: omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Iste syllogismus non videtur esse necessarius eo quod medium non est simpliciter naturale: cum substantia sit superius animal inferius: et animal superius ꝛ homo inferius: et iccirco remouere hoc per quod substantia est superius et ascendere hoc per quod animal ꝛ homo sunt inferius vt termini sint equales necessitat syllogismum: et hoc sic omne animal rationale est substantia rationalis: sed omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est substantia rationalis: et sic iste syllogismus est necessitatus propter coequationem terminorum: quia per hoc ipsum medium est naturale. ¶ Tertius syllogismus sic fit facta hypothesi quod omnis bonitas substantialis sit ratio bono quod producat bonuꝫ substantiale: et posito quod bonus et bonitas substantialis sint idem necessitatus est bonus quod producat bonum substantiale: iccirco syllogizo sic omnis bonitas substantialis est ratio bono quod producat bonum substantiale: sed. a. est bonitas substantialis: ergo. a. producit bonum substantiale: et sic necessitatus est syllogismus per hoc quod medium est substantiale in quo subiectum et predicatum essentialiter conuertuntur. ¶ Quartus sit sic. omnis bonitas infinita est ratio bono infinito quod producat bonum infinitum: sed. a. est bonitas infinita: ergo. a. est

ratio bono infinito q̄ producat bonum infinitum: et quia bonum infinitum est medium: necessitatus est syllogismus rõne cuius est demonstratiuꝰ ꝛ realis.

¶ Quintus est talis. omnis bonitas infinita et eterna est ratio bono infinito et eterno quod producat bonum infinitum et eternum: sed. a est huiusmodi: igitur. a. producit bonum infinitum et eternum: maiorem et minorem non oportet probare quia necessario sequitur quare inuentum est medium.

¶ Sextus est talis omnis potestas infinita habet actum infinitum: sed. a. est huiusmodi: ergo. a. habet actum infinitum.

¶ Septimus talis. omnis intellectus existens idem per essentiam cum potestate potest existere et agere: sed. a. est huiusmodi ergo ꝛc. Unde sequitur medium naturale rationale et reale inter agens agibile. et agere: et per consequẽs distinctio: alioquí agens ageret seipsum. ꝛ sic de agibili et agere: et intellectus non posset intelligere quod est intelligibile: et quia omnia ista sunt impossibilia per talem impossibilitatem inuenimus medium quod querimus.

¶ Octauus erit iste: ponatur quod intellectus et voluntas sint idem per essentiam. iccirco arguo sic: in omni essentia in qua intellectus et voluntas sunt idem necessariũ est quod intelligibile et volibile sint idẽ. ac etiam intelligere et velle: sed in a. sunt idem. ergo ꝛc. et sic inuenitur medium quod querimus.



De syllogismo in quo omnes termini sunt substantiales. Primo sic. omnis potestas infinita et eterna potest existere et agere infinite ꝛ eterne: sed. a. est huiusmodi ergo ꝛc. Iste syllogismus est necessarius eo q̄ omnes eius termini sunt substantiales: et non multiplicant plures essentias: vnde sequitur inuentio medij quod querimus. De sex spẽbꝰ medij supradicti.

¶ Secundus est iste. Nullus color est quantitas: rubedo est color: ergo rubedo non est quantitas. Iste syllogismus non est necessarius eo q̄ accidens non est per se necessarium: sed per substantiam ideo non inuenitur per ipsum medium naturale quod querimus sed intentionale.

¶ Tertius est quando premisse sunt substantiales et medium accidentale et hoc sic. omne musicum est homo: omne musicum est animal: ergo quoddam animal est homo. Iste syllogismus non est necessarius eo quod medium non participat cum extremis in natura substantiali et sic non inuenitur per ipsum medium substantiale.

¶ Quartus est quando premisse sunt accidentales et medium substantiale: et hoc sic. nullus coruus est albus: quoddam nigrum est coruus: ergo quoddam nigrum non est album. Iste syllogismus non est necessarius eo q̄ medium est cõpositum ex substantia ꝛ accidente ratione participationis premissarum.

¶ Quintus est quando maior est substantialis: et medium et minor accidentales et hoc sic. omnis musicus est homo: omnis musicus est sciens: ergo quidam sciens est homo. Iste syllogismus non est necessarius eo q̄ subiectum et predicatum participãt per diuersas naturas.

¶ Sextus est quando maior est accidentalis: et medium et minor substantiales et hoc sic. quidam homo est albus: omnis homo est animal: ergo quoddam animal est album. Iste sillogismus non est demonstratiuus eo q subiectū et predicatum claudicant per prius ꝛ posterius.

De venatione medij intē tionalis

Primus syllogism⁹ est talis. Bonitas est ens rōne cui⁹ bonūs agit bonū: sꝫ mō ponaṫ q a. sit bonitas: ergo a. erit rō quare bon⁹ agit bonū. Iste syllogism⁹ est dialetic⁹ siue ꝓbatiu⁹ ꝛ rō hui⁹ est q: ei⁹ mediū est idterminatū: qm̄ aliq̄s bon⁹ agit bonū de sua essentia sicut agens naturale qd agit bonū de sua bonitate vt pr̄ filiū ꝛ granū frumenti spicā Et est ali⁹ bon⁹ q agit bonū sꝫ nō de sua essentia sicut artifex q facit bonā arcā de ligno. ¶ Scd̄s syllogism⁹ ē talis. Magnitudo est bona ꝛ id arguo sic: ois magnitudo bona est rō magno q agat magnū bonū. sꝫ a. est hmōi: ergo a agit magnū bonū. Iste syllogism⁹ est dialeticus ꝛ ꝓbatiuus sꝫ nō necessari⁹. rō hui⁹ est q: sola bonitas substātialis ē rō bono q ꝑducat bonū: nō bonitas acītalis eo q p accidēs est: de qua bonitate magnitudo est habituata p accidens. Habitus vero nō ꝑducit sed habituat⁹ cū habitu ꝑducit: sicut albedo que non albificat sed albū albificat p albedinē. ¶ Terti⁹ syllogism⁹ est sic: duratio p ptātē potest existere ꝛ agere: potestas p durationē pōt durare ꝛ iccirco arguo sic. ois duratio pōt existere ꝛ agere p potestatem: sꝫ a. est duratio: ergo a. p 3t existere ꝛ agere. Iste syllogismus nō est demōstratiuus. eo q cōpositus est ex substātia ꝛ accidente: Rō huius est in hoc q duratio p se non potest existere ꝛ agere: neq per consequēs a. patet ergo q iste syllogismus est dialet:.us in quo consistit medium intentionale. ¶ Quartus syllogismus est sic: ponatur q intellectus ꝛ volūtas nō sint idem per essentiam que potentia vera est in creatis et tunc arguo sic. quicq̄d est dilectū est dilectū per volūtatē: et quicquid est intellectū est intellectū per intellectum: sed a. est dilectum ꝛ intellectum: ergo a. est dilectum per voluntatem ꝛ est intellectum per intellectum. Iste syllogismus est probatiuus sed non demonstratiuus atq necessarius: et ratio huius est: quia voluntas nō est necessitata ad diligendum inellectum. Neq intellectus ad intelligendum voluntatem. quoniam quelibet istarum potentiarum est libera quo ad suam naturam et ad habendum suum proprium appetitum ad suum proprium finem hoc est ad suum proprium obiectum. sicut voluntas ad volendum et intellectus ad intelligendum. Veruntamen si iste essentie essent vna essentia et non plures voluntas esset necessitata ad diligendum intellectum et intellectus ad intelligendum voluntatem: et sic syllogismus esset demonstratiuus.

¶ Predictas sex species medij non oportet repetere ad venandum medium intentionale quia de ipso iam certificati sumus in ipso capitulo per ea que dicta sunt de venatione medij existente inter subiectum et predicatum: quia intellect⁹ logicalis et naturalis est valde altus ad inueniendum media naturalia ꝛ intentionalia et differētias eorum et potest sibi cauere a fallacijs ꝛ sophismatibus.

¶ Finis cum gratia dei tractatus de
Venatione medij ac totius logices.



P Roprium oratoris est: apte/distincte/et orna te/ex tépore posse dicere de qua cunq re sibi proposita: et presertim de rebus que pertinét ad rei pub. vtilitatem ciuilem: et ad causas et (scdm doctoré nostrum in sua rhetorica) tota ars dicédi diuiditur in principia questiones. subiecta. et applicationem. et sic est ars vniuersalis versabilis circa omnia: vt vult Aristoteles primo rhetoricorum. idem Cicero in primo ad Herenniú vbi dicit oratorem versari circa tria genera causarum: demonstratiuú. deliberatiuum et iudiciale. et ad omnia illa genera causarum habét se tanq materia/principia artis. questiones et subiecta. ¶ Oratoris instrumenta sunt inuentio rerum: que causam probabilem reddunt: hinc siluam verborum et rerú debemus nobis comparare. ¶ Dispositio est ordo rerum vt vnúquodq suo loco ponatur: et hoc est precipuú oratoris. ¶ Elocutio est accómodatio verborum idonea/ memoria quam duo firmát: vt Aristoteles ait: scz positio sub ordine: et frequens meditatio: est etiam instrumentum oratoris pronúciatio: que inest ým naturá diuersimode vt voce/vultu/gestu/cultu/et habitu Partes orationis sunt quinq: exordium quod est prícipiú orationis: quo animus auditoris paratur ad audiendum: et exordij est facere homines attentos dociles. et beniuolos/si causa tamen fuerit honesta: licet tamen vti vel non vti ex ordio (ex Ciceronis precepto) sed possum⁹ incipere ab aliqua autoritate: et vbi res est humilis: oportet eo magis laborare ad captandá beniuolentiam: eo lucu lenti⁹ maiora polliceri: vt aucupentur animi auditorum ad docilitaté/et attentioné. Docilitas aút cóparatur: si summatim enumeramus: et diuidimus orationem/et materiam orationis. Narratio debet esse lucida/verisimilis/et breuis. Narrationes sunt diuerse: nam quedam sunt comparatiue/alie naturales/alie principales/alie extrinsece/alie exemplares. Propositio oportet q sit principa liuz simplex/nuda/ summata/et sit per expositionem/vel enumeratioué partiú orationis. ¶ Argumétatio cófirmat/repbendit. Cóclusio debet efficaciores lo cos orationis repetere: et breuiter sub quodaz epilogo omnia reuocare: q prius dicta sunt: ita vt principium reuocetur ad finem: et finis ad principium: et sic est finis. Species enim sermonú sunt septem: vz adhortatiua/dehortatiua/laudatiua/vituperatiua/accusatiua/defensiua/et exquisitiua. ¶ His aút sic rimatis et presuppositis/nunc ad practicá artis in rhetorica deueniamus: et prio in genere demóstratiuo quo ad principia huius artis: nam in genere demonstratiuo finis est laus vel vituperium: et vbi de oibus rebus dicere volum⁹: vt Gorgianá illam oratoriam sectari patet nobis campus latissimus in genere demóstratiuo/laus vero et vituperiuz tribus rebus comparantur: vz ex rebus animi corporis/et extraneis/est eni bonitas animi vsus mentis. acuties ingenij. memorie &c. bonitas corporis est pulchritudo/sanitas/mundicies &c. bonitas externa/diuitiarum/quas per essentiam bonas dicimus: quecunq sunt animi habét potioré laudationem et vituperationem q omnia ea que sunt corporis aut externa laudantur et vituperantur per respectum ad res animi: vituperamus

De rhetorica pars tertia.

De genere demóstratio p principia artis.

ergo per contraria bonitati: vt sunt abusus ingenii: deformitas et paupertas/que mala dicimus: quia nihil a deo malū/quod non laudari certo modo possit: et econtra de bono. ¶ Magnitudo animi ē magnanimitas/pusillanimitas/et audacia. Corporis ē proceritas/et crassitudo etc. Externa ē latifundia: et magna imperia possidere: et possumus etiam per illarum contraria aliquem laudare vel vituperare: cum oppositorum eadem sit disciplina: vt si quis laudetur corpore paruus et corpore robustior. ¶ Duratio animi ē cōstātia: vt durare et vosmet seruare rebus secundis. duratio corporis est vite longeuitas/et interim multis profuisse. ¶ Duratio externa est nobilitas que est antique diuitie: ideo per illa/aut eorū cōtraria laudamus: aut vituperamus. ¶ Potestas animi est libertas arbitrii: hic Cicero. libertas est potestas viuēdi vt velis: corporis est continenter viuere: externa vero imperio vti bene: aut tyrānide. ¶ Sapiētia animi est mediocritatē tenere. ¶ Corporis: est recte dirigere suos motus. Externa q̄ facit hominē esse frugi vtcunque vt secum expendat: et sensus suos: et quātū habet: hac cognitione careret prodigus: et eam nimis habet auarus. ¶ Voluntas animi est desideriū boni in lege domini: corporis est libido/et corruptus quidam animi affectus. Externa est obediētia aut morigeratio. ¶ Virtus animi est fortitudo p̄cipua/et inde virtutes. Corporis est robur. vires. Externa sunt copie: classes/et exercitus. Veritas animi est adequatio rei intellecte ad intellectum. Corporis est naturalis. et simplex nō fucata dispositio corporū. Moyses concessit mulieribus fucum. Externa est operatiōis/cui contraria est hypocrisis: vt Mathei. xxiii. similes estis sepulchris dealbatis. ¶ Gloria animi est trāquillitas mentis: huic cōtrarie sunt perturbationes/et furie. Corporis est requies corporis/non ignauia: sed qualem consequūtur virtuosi: vt doctores/et milites emeriti. Externa est fama qualē Liuius assecutus est. ¶ De respectiuis in genere demonstratiuo: et est genus huberrimū ad dicendum: presertim ad laudandum: vbi enim confertur pulchrum pulchro: et ostenditur vnū pulchrius altero. vnde Aristoteles in primo rethor. exēplū est vt pars ad partem/et simile ad simile/quando vtraque sub eodem genere sunt: sed vnum magis perspicuum: comparando ita res adinuicem duplicatur semper odio. ¶ Differentia animi inter homines est multiplex: nam quot homines tot sensus. Corporis/est ex harmonia cōpositionis. Externa/et sic dicimus de rebus comparando eas per diuitias: nomine: fama/aut gloria: et sic per differentiam possumus laudare/aut vituperare: et per cōcordātiā/et similitudinē: aut per contrarietatē et dissimilitudinē. ¶ Pricipiū animi ē idoles bōa vel mala. Corporis parētes: alimētū/nutrices/et ipsa educatio. ¶ Pricipiū externarum rerū: sicut dicimus de Romulo quod principium effectiuū Rome fuit: et sic de principiis boni aut mali: vt aliquis dines/vnde sumpserint eius diuitie principium: aut ab hereditate/aut industria studio etc. Mediū animi sunt preceptores boni vel mali. Aristoteles Alexandro fuit medium ad tantas virtutes assequendas. Corporis sicut ignauies est medium quo deuenitur ad crassitudinem: ieiunium/ad gracilitatem: exercitium ad agilitatē. Externarum/et sic dicimus pecunias esse medium/per quod deuenitur ad magistratus et honores. ¶ Finis animi/an cōputatus inter sctōs: an desperauerit. Corporis an dignus sepultura: an rota/vel laqueo periit. Externorū

De genere demonstratiuo p̄ncipia respectiua.

an bona ludo amiserit: an gen⁹ finē in eo habuerit? Maioritas/equalitas/vnitas animi inter virtutes/scias/et ingenia. Corporis/inter pulchritudinem robora/z vires. Externorū inter diuitias/nobilitates/fauores zc. ¶ De questionibus. Questiones accōmodantur generi iudiciali. ¶ Genus autē iudiciale est (vt Ciceroni placet) quod in controuersia positū est. Cuius constitutiones tres sunt: vz cōiecturalis/legitima/et iurisditionalis. Applicatur questio vtruz vel an prime quid est: et de quo est scōe: et quare finaliter tertie. Alie questiones accidētales applicantur magis ad iudiciale in constitutione cōiecturali: vt factum est furtū. Quantū/de hospite crasso et suspecto ꝙ iuerit per fenestrā. Quale/de occiso veneno/liuor i corde. Ubi vz cōsideraꝭ dignitas/visceritas/āplitudo loci. Quando consideranꝭ tēpora/etates/partes anni/dies. Quomodo z cū quo discurrim⁹. Per instrumentatiuuz an ferro. veneno zc. Et nota ꝙ ex omnibus subiectis possunt sumi confirmationes et confutationes tripliciter: vz auctētice/ similitudinarie/et exemplariter: et ideo dicemus de confirmationibus et confutationibus principaliter: quia vigor et omne fundamentum et totus succus orationis consistit in illis. Autentice sumuntur igitur ex deo/angelo/homine/vbi citamus locos quos aliquis horum dixerit: vt deus in sacra scriptura: z angelus iuxta illud Hermetis. Audiui bonum demonem dicentem mihi zc. z hominum etiam autoritas canonum/aut legum. Similitudinarie possumus etiam capere ab omnibus subiectis: vt de instrumento a naui/lyra: ab arcu ad animam/ab organo: ab ymaginatiuo/ab irundinibus tempore veris: ad falsos amicos de amicitia: a vegetatiuo: vt homines similes seminibus que ceciderunt sup petrā. Ab elementatiuo/vt terram dicimus nobis ostendere exercitiū gratitudinis. a celo: vt fluat animo: velut solis radius in aqua. Oportet autem similitudines esse non difficiles: non obscenas/ non alienas et impertinentes: sed accommodatas ad nostrum propositū. Exemplares sumimus ex his vnde deducimus exempla formice/leonis/terre alicuius sancti: tū principaliter sumūtur exempla a tribus predictis subiectis/a quibus capimus autoritates: vz a deo/angelo et homine: et exemplorum copia sumitur ex historijs maxime sacris: et omnia que hucusqꝫ dicta sunt de psonis possunt similiter applicari ad omnes res mundi/ ad omnia subiecta modo et ratione seruatis: dūmodo illud fiat comode: et sic laudamus canē a fidelitate: asinū a stoliditate: elephantē a docilitate: pellicanum a solitudine: apes ab vtilitate: leonem a magnanimitate: leporem a timiditate: psitacum a pulchritudine: simeam ab imitatione: tigrim a pernicitate. Inesse videtur etiam sensus floribus qui sequuntur solem z sic possumus laudare aut vituperare res animatas et inanimatas: suo modo omnia q̄ hucvsqꝫ de genere demōstratiuo alio respectu z fine applicari possunt ad gen⁹ deliberatiuū z iudiciale. Ad deliberatiuū cōsideraꝭ terra: vt cū dicim⁹ de finib⁹ regnorū/z imperiorū. aqua vt scōz accessuz z recessum maris/aer vt cū eligitur in prelio ventus: a tergo ignis: vt cum deliberatur an castra hostium nocturno tpe inuadi debeant/aut diurno. ¶ In iudiciali autē genere cōsideraꝭ terra: vt de agris diuidēdis de terremotu/aqua vt de aqua pluuiali arcēda zc. aer vt de molendinis/vento mobilib⁹. Ignis vt de incendio zc. Predicamēta etiā

Decq̄stionib⁹ q̄ generi iudiciali accōmodantur.

De triplici cōfirmatione sequēdo subiecta artis.

De his q̄ cōsideranꝭ i genere dliberatio

Nota de applicatione predicamentorum accidentalium ad tria supradicta genera.

applicari possunt ad predicta tria genera causarum: vt. Quantitas/cum laudamus Platonē ab humeris latis & a precordijs magnis. Qualitas/vt cum laudamus eius sapientiam. Ad aliquid/vt cum laudamus preceptorem & eius discipulos. Actio vt cū recensemus eius opera & res gestas. Passio vt cū laudamus eum a patientia & laborum tolerantia. Situs/vt cum laudamus eū a simetria membrorū. Habit⁹ notatur in vestib⁹ eius: vt in pallio Diogenis. Ubi/vt i consideratiōe patrie peregrinationum in siciliam &c. Quādo/quo tempore claruit: qua mundi etate: quid noui tunc accidit. plura exempla collige ex byblia: vt de Golia. j. regum. xvij. et de sancto Joāne baptista: cui erat vestis de pilis camelorum: et zona pellicea circa eius lumbos: et sic per alia genera. hec omnia Aristoteles locos appellat et Cicero dicens/latius enim de genere ꝙ de pte disceptare licet. et quod in vniuerso fit probatum: id in parte probari sit necesse. precipuū oratoris est scire omnia suis locis locare: idcirco videndum est de orationis cōpositione: est enim elegantia (ad mentem Francisci nigri) venusta verborum cōcinnitas dulcem auribus sonū afferens: cuius generales regule dantur triginta.

De regulis elegantiarū.

¶ Prima regula est ꝙ illa oratio que obliqua dicit: et a posterioribus incipiēs dictionibus in verbum sepius ꝙ in aliam orationis partem finiat: vt summis viribus imperij monarchiam Cesar adeptus est. ¶ Secūda regula: cōmendabit quoque oratio que dictionem habeat vniuersalē affirmatiuam/vel negatiuam in fine: vel aliquod insigne nomen vel aduerbium. exemplum primi. que vir bonus facit laudant omnes. exēplum secūdi: quē te magis diligam habeo neminē. exēplum tertij. que ad me scribis sunt egregia. exemplum quarti. que mihi iussisti p̄feci omnia diligenter. ¶ Tertia regula. Nomē adiectiuū eleganti⁹ substantiuo preponitur: vt summa virtus: magnū imperium: vtile consilium et huiusmodi ¶ Quarta regula. Inter adiectiuū et substātiuū semp aliquid est interponēdū vt maxima Cesaris virtus summa semper laude extollenda est. ¶ Quīta regula. Quotiescūque ab opposito alicuius verbi secūdarij oratio incipit: quod subito relatiuum sequatur: elegantius inter relatiuum et antecedens secundarium verbum ponitur: vt Cneū Pompeiū summopere diligo: qui romanum imperiū auxit. ¶ Sexta regula. Si fuerit relatiuum in obliquo casu positum/venusti⁹ antecedens in relatiui casu positum postponetur: vt quibus virtutibus ab ineūte etate studuisti mortalitati nomen tuū comēdabunt. ¶ Septima regula. Qū est aliquod substantiuum cū prepositione aliqua iunctum/qđ fit de natura precedentis vel subsequentis: clausule prepositionem in relatiuum vertimus: & verbum substantiuum adiungimus: vt que tua humanitas est multa in me beneficia contulisti. ¶ Octaua regula. Sepius relatiuum quod verbo primario additum est ad secundarium transferimus: vt Cicero eloquētissimus fuit: qui ceteris oratoribus in dicēdo prestitit. ¶ Nona regula. Si aliquod habuerimus vel nomen/vel aduerbium insigne elegantius illud cum quidem vel idem p̄nomine postponemus. exemplū primi. Marcus Tullius orator fuit et quidem singularis. exemplum scđi. que mihi iussisti omnia perfeci et equidem libenter. ¶ Decima regula. Sicut in mediocri stylo dicendi a re nuda pri⁹ incipere oportet: deinde illam exornare: sic in stylo graui ab exornatu incipere debemus. exēplum pri-

mi. Pōpeius olim romanorum tum armis/tum consilio facile princeps fuit. exēplum secundi. olim romanorum tum armis/tum consilio facile princeps magnꝰ Pompeius fuit. ¶ Undecima regula. genitiuus casus semper ceteris preponitur vt optimi viri consilium. ¶ Duodecima regula. si gerundium verbum habuerimus cum suo apposito: illud in gerūdij casu ponemus: ac ambo inuicem cōncordabimꝰ: vt veni a mādē virtutis grā. ¶ Decimatertia regula. si fuerit aliqd relatiuum inter duo substantiua: illud potius cum sequenti/ q̄ cum precedenti concordamus. ¶ Decimaquarta. si dictionis alicuius significationem augere volumus: positiuo p/aut per q̄: cōparatiuo longe vel multo: superlatiuo autem q̄ p valde iūgere debemus. Exēplū omniū/ vt p beatus: vel p q̄ beatus fuit Cesar: sed longe beatior Augustus: q̄ beatissimus autem traianus. ¶ Decimaquinta regula. Nomina tertie declinationis greca si peritosyllaba fuerint: ad secūdam declinationem referuntur vt delphin delphinus. ¶ Decimasexta. Si aliquod adiectiuum habuerimus significās laudem/vel vituperium/vtile/vel inutile/illud potius in datiuum substātiui vertemus cū sum/es/est: vt virtutes sunt mihi iocunditati. ¶ Decimaseptima regula. In rebus paribus tū vel z geminatū ponimus. in iparibus vero cū et tum: sed leuius preponitur: exemplum primi. Cicero tum laude rerum scientia valet: vel Eneas et fortis et piꝰ fuit. exemplū secundi. Cesarem plurimum valuisse cum populus/tum senatus affirmat. ¶ Decimaoctaua regula. Si aliquam personam aut laudare aut vituperare volumus: id trifariam facere poterimus: aut cū genitiuo/quod magis poeticū est: vt Marcus Catho vir est magne virtutis: aut cū nominatiuo et ablatiuo: vt Marcus Catho vir est magnus virtute: aut cū ablatiuo solo: vt Marcus Catho vir est magna virtute. ¶ Decimanona regula. Sepenumero verbum infinitiuum vertimus in participiū tā ablatiui/q̄ accusatiui casus: si verbū aliqd precedat. exemplū primi. vt mihi opus est consulto. exemplum secundi. bonam tibi fortunam inuentam curabo. ¶ Uigesima regula. cum adiectiuum z substantiuum in eodē casu posita acciderint: substantiuū in genitiuo casu ponamus: adiectiuum vero in eo casu in quo poni debet: sed in numero singulari z genere neutro locabimus: vt multum pecunie/ parum sapientie / aliquid literarum. ¶ Uigesima prima regula. cum duobus substantiuis idem adiectiuum asciscí debeat: adiectiuū in principio orationis collocamus: z substantiua cum z/vel tum geminato postponimus: vt Cesar fuit magnus z vir/z imperator. ¶ Uigesimasecunda regula. cum adiectiuum z substantiuum simul fuerint: quorum substantiuū ab adiectiuo formatum fuerit diuerse significationis a primo substantiuo: in duo sunt potius substantiua transferenda: vt cauendum ē ab honestate naturaq discedamus. ¶ Uigesima tertia regula. cum gerundium accusatiue vocis habuerimus: potius illud in supinum ablatiue vocis transferamus: vt homo est mirabile visu. ¶ Uigesima quarta regula. si aliquod superlatiuum durius acciderit: pro eo positiuum ponemus: ac ei aduerbium superlatiuum adiiciemus vt maxime necessarius. ¶ Uigesima quinta regula. si aliquem maximopere laudare/vel vituperare voluerimus: laudationis z vituperationis causaz in genitiuo constituemus: vt Marcus Antonius plurimū eloquētie valuit. ¶ Ui-

gesimasexta regula. qñ noia singularis vel pluralis et singularis adinuicē cōnectuntur/viciniori respondendum est: si vero pluralis numeri fuerint: ad nobilius transeundum erit. Exēplum primi. Cesar et respub. romano merito Pompeio infesta fuit. Exēplū scōi. senatores populusq romanus Cesarē secutus est exemplum tertij. exercitus nostri romanorūq turme turpiter fugate sunt. ¶ Uigesimaseptima regula. Aliqñ comparatiua pro positiuis ponuntur: vt vehemētius pro vehementer: sepius pro sepe. ¶ Uigesimaoctaua regula. Subiunctiuus pro indicatiuo ponitur: vt velim/pro volo: fecerim pro feci. ¶ Uigesimanona regula. Si verbum finitum habuerimus cū q̄ coniunctione: ea remota elegāter illud ad infinitiuum reducemus: vt te tribunitiam potestatem consecutū fuisse gaudeo. ¶ Trigesima et vltima regula. Cum aliquod adiectiuum exornare voluerimus: proferemus illud per suū oppositum addita negatiōe: vt Cicero fuit haud nescius literarum.

De introductione artis prīa pars.



Quia artem illuminati Doctoris et Magistri Raymundi Lull in hoc nr̄o opere sequi statuimus: eāq rimari ac enudeare: idcirco ad habendam maiorem eius noticiam/ introductionem ad eandem artem hac prima parte huius secundi libri ponimus. ¶ Secunda pars erit de vnitate et trinitate diuina ¶ Tertia vero de scala ascendendi et descendendi intellectus. In prima tria per ordinem videnda sunt. Primū erit de causis. Secundum de possibilitate et necessitate artis. Tertium autem de eius vtilitate. ¶ Quo ad primum est notandum/q̄ vnaquecq ars suis gaudet reserari principijs: nam quanto aliqua res pfectius cognoscitur: cuius essentialis cognitio pendet ex suis principijs essentialibus/ tanto feruentius ad eius incitatur amorem: autore Tullio primo officiorum. id de forma honesti (Platonis sequendo sententiam) demonstrāte/quare fit vt a cōmunioribus et generalioribus ad specialissima procedendum sit secundum enim sententiam omnium naturalium: omne quod scitur per causas scitur et cognoscitur: et hoc est quod dicit Aristoteles primo physicorum. scire enim arbitramur: cum causas et principia agnoscimus vsq ad elemēta. et Plato in Thimeo. nihil esse ortum sub sole cuius legitima cā nō precedat: ideo in isto opere sicut et in alijs quatuor concurrunt cause/ vz efficiens/materialis/ formalis: et finalis. Causa efficiens est id per quod aliquid efficienter habet esse: vt creatura per creatorem: domus per domificatorem: et sic de alijs: particulariter tamen loquendo/causa efficiens huius artis est duplex: vz vniuersalis: vt deus benedictus: qui concurrit ad causandum quemlibet effectum: et cum hoc cōcordat tertus de causis: vbi habetur: q̄ causa prima plus influit in effectum idest plus facit ad positionē effectus/q̄ secūda causa: quod probari potest tali ratione. quicquid presupponitur in essendo: presupponitur in causando/cum causare presupponat esse: sed omnis creatura presupponit deum in essendo: ergo et in causando: et cum predicta ars sit vnus effectus in mundo productus: sic causa causalissima in superlatiuo gradu designata erit deus benedictus. vnde Ari

De quatuor causis huius artis.

Causa efficiens huius artis ē duplex/

stoteles.i.Metaphysices.Deus autē videt esse causa oīum/et pricipiū quoddā.
¶Causa vo particularis et finita fuit ille ieffabilis vir et doctor/magister Ray
dus Lull qui eminentissimam ꝛ luculentissimā super omnes alios modos no
bis tradidit doctrinā/que non humano certe ingenio inueniri potuit/seu acq
ri:sed diuinitus creditur ipsam inspiratā fuisse:cuius vitā pronunc(vt proliri
tas euitetur)narrare recuso:presertim cum per reuerendum magistrū Carolus
Bouillum:ꝛ alios ꝙ plurimos sit in lucem deducta.Causa materialis est id de
quo agitur in libro.Est tamen notandum ꝙ tripliciter accipitur materia:vȝ ex
qua: in qua:et circa quā.Materia ex qua diffinitur ab Aristotele primo phys
corum/et est ex qua cum aliquo/id est cum forma fit aliquid idest compositum:ꝛ
de tali non est hic ad propositum:tamen isto modo accipiendo materiam litere
et papyrus sunt materia huius artis.Alia est materia in qua subiectant acci-
dentia: et talis ab aliquibus dicitur materia secunda:et de hac non est hic ad
propositum:sed de materia circa quam versatur intentio artificis ꝛ est id de quo
agitur in quolibet opere:vt patet discurrendo per omnes facultates: et primo
in grāmatica /in qua principaliter consideratur sermo congruus/ seu oratio cō
grua: sub rōne cuius oīa grāmaticalia considerantur:et ad ipsam tāꝙ ad finē
intentum ordinantur:sic ꝛ in alijs facultatibus:ideo materia huius artis est id
de quo agitur in ipsa arte:et agitur de omni ente tā creato/ꝙ increato per se/aut
saltim reductiue.et sic materia circa quam/et subiectum attributionis huius ar
tis coincidūt:nam omnia considerata in arte versantur circa talem materiam:
et habent attributionem ad eius subiectum:quod est scibile quesitum:inquan-
tum artificiale:de quo potest fieri responsio/hoc est respondere de omni questio
ne scibili:presupposito ꝙ sciat quid importatur per nomen.¶Unde est notan
dum ꝙ questiones sunt in triplici differentia:quedam sunt facti:et quedam in-
utiles:ꝛ de particularib⁹:alie sunt scibiles:primo modo qs ꝓbabit mahometē cō
didisse alcoranū/aut Justinianum leges:nisi credatur historijs:Secundo mo
do quis probabit quot arene sunt in mari aut homines in mundo:¶Tertio
modo dicuntur questiones scibiles/que de rebus vniuersalibus et non particu
laribus fiunt:vnde Aristoteles primo posteriorum.Sciētia est de vniuersalib⁹
et non de particularibus:quia talia sunt infinita:et per consequens nobis igno
ta:per Aristotelē primo Rethorices:ideo talia relinquēda sunt ab arte: ad oēs
tamen scibiles artista huius artis respondere potest:iuxta illud Aristotelis pri
mo Metaphysices.habenti sciētiaȝ vniuersalem necesse est omnia scire/presup
posito tñ ꝙ sciatur quid importat p nomē.vnde Aristoteles primo Physicor
ignorato qd importat p nomē/impossibile est habere disciplinā.¶Pro cui⁹ eui-
dētiā est notādū/ꝙ duplex est diffinitio per Aristotelē scdo posterior:videlȝ qd
nois/et qd rei seu quidditatiua:qd nominis.i.quid importat p nomē:ꝛ dat p ex
trinseca:vt homo est aial gressibile bipes.¶Diffinitio vero quid rei est oratio
indicans quid esse rei: et datur per essentialia:vt vult Aristoteles in predica-
mentis: et differunt adinuicem tribus modis: primo modo/quia ignorato
quid rei :haberi potest quid nominis:secundo modo/quia diffinitio quid no-
minis est tam entium ꝙ nō entium:nam de chimera ꝛ hyrcoceruo haberi potest

De causa pticulari.

De causa materiali.

Raymūdi vitaȝ Carolus Bouill⁹ scripsit.

Materia tripliciter accipitur.

De triplici differentia qstionum.

De duplici diffinitione.

diffinitio quid nominis: non tñ quid rei: cum non sint in rerum natura. ¶ Tertio & ultimo modo differunt: quia diffinitio quid nominis est principiũ investigandi qd rei. Diffinitio vo qd rei est pricipiũ investigãdi pprias passiões subiecti/vez diffiniti qd isit ei/vt subiecto ppa passio: iõ ad nostrũ ppositũ fdeñdo artista huiꝰ artis rñdere põt ad oẽm qõnez scibilẽ: psupposito q sciaẽ qd iportaẽ p nomen: idest quod habeat diffinitionem quid nominis: nam per medium eius artificialiter per artem investigari potest quid rei: & sic perfectam illius rei notitiam habere. ¶ Causa formalis est duplex: secũdũ q duplex est forma: scz forma tractatus & forma tractandi. forma tractatus est divisio libri in partes: ars in prima sui divisione dividitur in prohemium/& tractatum. prohemium incipit in principio: tractatus vero utriusq artis/vez magne & brevis incipit ab alphabeto: & subdividitur in .xiij. partes: vt patet in textu: forma vero tractandi est modus procedendi: qui in litera patet. ¶ Causa finalis est gratia cuius aliquid fit: per Aristotelem secundo physicorum: & quia duplex est finis: scilicet mediatus & immediatus: ideo duplex causa finalis ipsius artis assignatur: vez mediata & immediata: mediata est vt intellecta ista arte omnes alias artes & scientias intelligamus: immediata vero causa est: quia cum nostre creationis sit deum intelligere: amare & recolere: vt intellecta ista arte & omnibus alijs deum intelligamus: intelligendo ipsum amemus: amando ipi serviamus: serviendo nos salvi/beatiq fiamus/amen. ¶ Quo ad scõm vidẽdum est primo/qd nomine artis iportetur. ¶ Pro cuiꝰ evidẽtia est notãdũ/q ars dicta est ab arcẽdo: ex eo q sub paucis plura compzehẽdit: & est duplex: vez ars specialiter dicta: & ars generaliter capta ars specialiter dicta secundum Aristotelem sexto ethicorum: est recta ratio rerum a nobis factibilium: et continet sub se septem artes mechanicas: que sunt agricultura/venatio/navigatio/lanificium/fabrica/architectura/& medicina: de quibus dicetur inferius. ¶ Ars vero generaliter capta secundũ Ciceronem est collectio multorum preceptorum in unum finem tendentium: et hoc modo sumitur hic iquãtũ ãplectiẽ in se oẽs facultates: vez quinq habitus itellectuales/quibꝰ per Aristotelẽ sexto ethicorũ non contingit dicere falsum: et sunt in duplici differentia: quidam sunt speculativi: alij vero practici: speculativi sunt intellectus sapientia & scia: quorum finis & veritas ẽ ex secundo metaphysices. Practici sunt quorum finis/vt in codẽ/est opus/& sunt prudẽtia: & ars specialiter capta. ¶ Intellectꝰ sumptꝰ p tali habitu speculativo/& nõ pro potẽtia intellectiva: est principiorum indemonstrabiliũ/& per se notorum. vt omne totum maius est sua parte: si ab equalibus equalia demas/equalia remanebũt: & talia pricipia solo lumine intellectus cognoscuntur: vt vult cõmẽtator tertio de anima: idez Avicenna primo sue metaphysices. & Aristoteles primo elenchorum: vbi dicit: q communia & generalia sunt quibus scitis scitur ars: sed ipsis ignoratis/necesse est artez ignorare: et talia sunt dignitates: que per se faciunt fidem: de quibus habetur intellectus. ¶ Sapientia secundum Augustinum est notitia habita de solis eternis. vnde Aristoteles primo Metaphysice. Sapientia est noticia primarum et altissimarum causarum: & talis vocatur theologia. ¶ Scientia est notitia habita de conclusione per premissas: vel secundum Aristotelem sexto Ethicorum/est

Margin notes: De duplici cã formali. — De cã finali. — Ars vñ dicaẽ — De quinq habitibus itellectus. — De habitu speculativo q itellectꝰ nũcupatur. — De sciẽtia p prie dicta.

habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus:vt patet in hoc syllogis mo .omne animal est substantia:sed omnis homo est animal :ergo omnis ho mo est substantia:due premisse sunt demonstrantes:et id quod est in conclusio ne est demonstratum per premissas:et vocatur scientia .¶ Prudentia vt in eo dem /est recta ratio rerum a nobis agibilium:et habetur de his que accidere possunt:et sic sapientis est prouidere in his.¶ Et nota vlterius q ars genera liter capta causata est ex pluribus experientijs:ideo est verissima:vnde Aristo teles primo Metaphysices.experientia facit artes:inexperientia vero casum:et in eodem. experientia est cognitio singularium:ars vero vniuersaliũ:vnde idẽ Aristoteles arguit sic.omnis discens artem operatur actionem artis:nullus di scens artem habet artem:ergo aliquis non habens artem operatur actionez ar tis:et est valde necessaria:ex eo quia minorata est in nobis facultas arbitrandi propter peccatuz primi parentis (vt inferius patebit)idcirco intellectus huma nus non potest predictos habitus attingere absq maxima difficultate:ex eo qz oportet per prius intelligere res corporales/et per corporales spirituales:et per spirituales deum benedictum/et eius dignitates inuisibiles. iuxta illud aposto li.inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur .Et quia vnum quodq considerabile est in se id quod est: cuius consideratio ad Metaphysi cum pertinet:idcirco oportet Metaphysicam addiscere:est etiam vnunquodq ens creatum ad aliquem finem ordinatum/tanq ad terminuz motus:ideo phy sica ipsa opus est. vnde secundum Aristotelem in secundo Physicorum:que cunq mouentia mota physice sunt considerationis:ac etiã oportet Mathema ticam addiscere:ex eo q vnaqueq creatura suam habet quantitatem et mensu ram:in qua proportiones/dimensiones/anguli/linee/et rectitudines consideran tur:et qz hõ his supradictis absq logica vti nõ põt:nec de ipsis notitiã vẽdicare: idcirco itẽdit logicã/tãq istrumẽtũ:qm̃ sm Aristotelẽ pmo elẽchorũ.vtimur ter minis pro reb':et qz pdicte sciẽtie a diuersis doctorib' diuerso mõ/et cõfuse/ac plire tradite sunt:his de causis necessaria est vna ars generalis:que habeat pricipia generalia/primitiua/et necessaria/per que principia aliarum scientiarum proba ri/et examinari possint:nam secundum Aristotelem primo Posteriorum :illa principia per que possunt singularum scientiarum ppria principia/sunt oib' cõ munia:et talia sunt principia huius artis:nam positis ipsis:ponuntur omnia:et remotis remouent omnia/idcirco est valde necessaria non modo ratõne finis:sz etiam ratione sui:nam artes speciales et scientie sunt nimis (vt predictum est) p lixe:et vita hominis breuis requirit intellectus habere aliquod instrumentum vniuersale:per quod dirigatur ad suum desideratum obiectum:tanq ad suum finem:et quoniam obiectum est vniuersale:et intellectus humanus est potentia vniuersalis.¶ Qđ obiectum sit vniuersale:patet.cuz omne quod est sub ratiõe veritatis sit intelligibile:et ab intellectu perceptibile:eo quia verum : restat igit q intellect' sit vniuersalis potentia:alias esset finis vacuitatis in obiecto:eo q esset verum:et non intelligibile:quod est impossibile:humanus ergo intellectus existens potentia vniuersalis habens vniuersale obiectum quod est intelligibi le/requirit vniuersalem habitũ de vniuersalibus similitudinibus rerũ constitu tum:vt sibi sit instrumentum quo obiectum suum valeat attingere : absq quo

De hitibus practicis.

De modo et ordine quẽ sua re hz itellect'.

De necessitate artis.

ipsum obiectū attingere non posset: hoc autem instrumentum est ars genera lis/q̄ est q̄dā diuinū donū: vt sit humano intellectui generale instrumētum ne cessario cognoscendi veritates entium in quibus quiescat: ꝛ ab opinionibus ꝛ erroribus per verum intelligere sit remotus: vel etiā i q̄ntū est scīa/est quidā vni uersalis habitus ceteris scientijs applicabilis: ratione cuius scibilia ceterarum scientiarum sunt ad sciendum in potentia ipsius intellectus/cuius est habit⁹: ꝛ talis scientia/siue ars est possibilis habitus intellectus viatoris: nam quemad modum de ente substantiali ꝛ accidentali est vna scientia dicta Metaphysica: sic de ente reali/ꝛ ente rationis esse potest vna ars/amplectens sub se omnes fa cultates: cum omnis multitudo reducatur ad vnitatē: iuxta illud Aristotelis xj. Metaphysices dicentis. omnis entis ad vnum aliquid et commune re ductio fit: ꝛ cum ens rationis presupponat ens reale/cuius similitudo est: ꝛ a quo effectiue habet esse/ad ipsū reduci potest: ꝛ debet/tanq̄ iperfectū ad ma gis perfectum. ¶ Quo ad tertium hec ars est vtilissima/propter plures vtilita tes/quas in se continet: et in primis ratione sue generalitatis ꝛ trascendentie: ex eo/quia habet principia generalissima/vera/necessaria/ꝛ primitiua: vt predictū est/quibus principia aliarum scientiarum probari possunt: ꝛ sic est introducto rium quoddā ad oēs facultates nō modo speculatiuas: videlicet ad physicales mathematicas/metaphysicales/ꝛ theologales: sed etiam ad morales/sermotiona les: et mechanicas/ac etiam ad medicinam: Jus canonicum/ꝛ ciuile: ita q̄ nihil est extra ipsam considerabile: hec omnia ab vno fonte manant. est etiam vtilissi ma: quia per ipsam intellectus est valde illuminatus: sub quo lumine destruit ignorantiam que sua inimica est: ꝛ quia est scibilis dicitur vtilissima: quoniā sub paucis multa comprehendit: et nō est labilis: ex eo quia artificialiter discur rēdo per principia ꝛ regulas omnia suis locis collocat: et recolit: et ē vtilissima: quia alta ꝛ profunda: vt3 deū/ꝛ omnes articulos fidei altissime ꝛ profunde dis currit: ꝛ probat. etiam est vtilissima: quia omnes subtilitates intellectus in ea consistunt: ꝛ finaliter est vtilissima: ex eo quia longe doctior quis mediante hac arte in vno anno erit/q̄ in. xij. annis: expertum est sequendo cōmunē opinionē: idcirco auro comparari non debet: cum aditum amplum/ꝛ spatiosum ad perfe ctā scientiam in breui tempore ei incumbentibus prebeat: quod videri potest ex suo discursu ꝛ ordine: nam imprimis ipsa res generalis diuiditur in theoricam ꝛ practicā. ¶ Theorica est cognitio speculatiua/que habetur de principijs: que stionibus siue regulis: ꝛ de modo discurrendi per artem. Practica est modus applicandi omnia ad artem: seu modus practicandi per artē. ¶ Quo ad theo ricam videndum est primo de alphabeto: ꝛ est alphabetum in hac arte plurium ꝛ diuersorum huius artis terminorum in vnum collectio: cuius quelibet litte ra varia sub diuersis vno suo nomine representatis habet significata: ꝛ continet in se duo: vt3 litteras significantes ꝛ significata literarū: littere significantes sunt b. c. d. e. f. g. h. i. k. significata litterarum sunt in multiplici differentia: nā quedam sunt principia absoluta: vt bonitas/magnitudo/duratio/potestas/sapientia/ volūtas/virt⁹/veritas/ꝛ gloria. alia sunt respectiua: vt differētia/cōcordātia/cō trarietas/principium/medium/ꝛ finis/maioritas/equalitas/ꝛ minoritas. Et

De possibili tate hui⁹ ar tis.

De vtilitate hui⁹ artis.

De alphabe to hui⁹ artis q̄ est eius pri ma pars.

De significa tis literarū.

hec sunt principia primitiua: quia quodlibet est in seipso id quod est: nõ habẽs aliquod supra se in suo genere: imo est principiũ oim alioꝝ entium in tali esse: sunt etiaꝫ vera: quia vere de quolibet ente predicãtur: et realia/ quia eorum natura absq̃ consideratione anime rationalis habet esse: hoc est dato ꝙ anima rationalis non consideraret eorum naturaꝫ: ipsa tamen essent: sunt etiam necessaria: quia ipsis positis ponitur quicquid est: ꝛ ipsis remotis remouẽtur oia: sunt generalissima: quia versantur circa omnia: ꝛ in ipsis omne quod est comprehenditur: per se nota sunt: quia tales habent conditiones/ ꝙ ad sui manifestationem non indigent alijs: de quibus inferius latius videbitur. ¶ Absoluta principia dicuntur ex eo: quia ab omni respectu absoluuntur: nam bonitas tantum ẽ bonitas: sicut equitas tm̃ ẽ equitas: vt inqt Auicẽna. v. Metaphysices. ¶ Respectiua autem dicuntur ex eo/ quia arguunt pluralitatem: vt differentia pluriũ est differentia: ꝛ sic de alijs. ¶ Alia in ordine significata sunt questiones seu regule: ꝛ sunt vtrum/ quid/ de quo/ quare/ quando/ quantum/ quale/ vbi/ quomodo/ ꝛ cum quo/ ꝛ dicuntur questiones: quia dubia per eas queruntur ꝛ regule: eo quia regulant intellectum ad debite respondendum. ¶ Quarta significata dicũtur nouem subiecta: vt deus/ angelus/ celum/ homo/ imaginatiua/ sensitiua/ vegetatiua/ elementatiua/ ꝛ instrumẽtatiua/ ꝛ vocantur subiecta attributionis: eo quia omnia que sunt in latitudine entis ipsa sunt: vel ad ea reduci possunt: quinta significata sunt virtutes: vt iusticia/ prudentia/ fortitudo/ temperantia/ fides/ spes/ charitas/ patientia/ ꝛ pietas. Sunt etiam alia significata: que dicũtur peccata: ꝛ sunt auaricia/ gula/ luxuria/ superbia/ accidia/ inuidia/ ira/ mendacium/ ꝛ inconstantia. ¶ De omnibus supradictis agitur in arte explicite: ꝛ de eorũ oppositis/ cum oppositorum (teste Aristotele) eadem sit disciplina. implicite vero de omnibus que reduci possunt ad ista: ꝛ predictum alphabetum cum suis significatis ordinatur sic in arte: ꝛ in primis secundum moduꝫ tractãdi. B. significat bonitatem/ differentiam/ vtrum/ deum/ iusticiam/ ꝛ auaritiam/ C. magnitudineꝫ concordantiã/ quid/ angelum/ prudentiam/ ꝛ gulaꝫ/ D. durationẽ/ contrarietatem/ de quo/ celum/ fortitudinẽ/ ꝛ luxuriam/ E. potestateꝫ/ principiũ/ quare/ hominem/ temperantiaꝫ/ ꝛ superbiã/ F. sapientiã/ medium/ quantum/ imaginatiuam/ fidem/ ꝛ accidiã/ G. voluntateꝫ/ finem/ quale/ sensitiuã/ spem/ ꝛ inuidiam. H virtutem/ maioritatem/ quando/ vegetatiuam/ charitatem/ ꝛ iram/ J. veritateꝫ/ equalitatem/ vbi/ elementatiuam/ patientiaꝫ/ ꝛ mendaciũ. K. gloriã/ minoritatẽ/ quomodo/ ꝛ cum quo/ instrumentatiuam/ pietatem/ ꝛ inconstantiã. Et nota ꝙ alphabetum cum suis significatis opus est scire cordetenus: vt inquit doctor noster in arte: ꝛ ratio huius est/ quia in quibusdam figuris ponuntur litere/ ꝛ nõ significata earum: ideo ignoratis significatis ars est indocibilis: que quidem figure quatuor ponuntur in arte: quarum prima attribuitur deo de per se: creaturis vero de per accidens: ꝛ tertia creaturis de per se: creatori vero de per accidẽs secunda deseruit prime ꝛ tertie: quarta vero est in qua plures rationes ad vnaꝫ ꝛ eãdem conclusionem (iuxta materiã subiectam) multiplicantur: ꝛ ab ea tabula generalis abstrahitur: in qua omnes materie (vt ita loquar) tabulantur ꝛ relucent.

De primis principijs.

De secũda parte q̃ est de figuris.

·PRIMA·FIGVRA·




Quo ad primam figuram/que quidem figura de .A. nuncupatur: est notandum ꝙ ipsa dicitur figura de .A. et hoc impositũ est ad voluntatẽ autoris: qui maluit ꝙ .A. potius significaret id qđ importatur p ipsam primã figurã q̃ aliqua aliarum literarum: ex eo/ qꝛ deus est alpha et .O. vt habetur in Apocalypsi: et ratio huius est: nam quemadmodum .A. in alphabeto obtinet locuꝫ primum secundum ordinem aliarum literarum: sic et deus respectu creaturarum/a quo ordine diuino omnia emanant: et quẽadmodũ .A. causatur in corde t .E. i gutture .J. in capite gutturis .O. in faucib⁹: et .V. in labijs: et cõsonãtes ab his vocalib⁹ originẽ trahunt: sic omnes creature a deo: et idẽ dici potest de corde respectu alioꝝ membroꝝ que ab ipso corde emanant: et omnia creata effectiue a deo/quoꝝ causa causalissima dicitur: et quemadmodũ .A. est triãgularis figure: sic τ deus est trinus in personis/et vnus vnitate essentie. ¶ Ulterius est notãdũ/ ꝙ predicta figura de .A. est circularis (vt patet ad sensum) et hoc dupli ci de causa prima: quia ipsa est nobilioꝛ et capacioꝛ omnibus alijs: continens in se eminenter ceu potentialiter omnes alias: et sic in ipsa oẽs figure relucẽt: quẽadmodum in deo omnes creature: nam de⁹ est sphera cuius cẽtrum est vbiq; circũferẽtia vero nusq̃. ¶ Alia de causa dicitur circularis: ex eo/quia principia q̃ in ea ponuntur: tam in abstracto q̃ in cõcreto conuertunť: ita ꝙ ibi fit de subiecto p̃dicatũ: et de predicato subiectũ circulariter: et quẽadmodum in circulo quis non potest tangere vnum punctum/ quin tãgat omnia immediate aut mediate que in circulo ponuntur: sic etiam quis non potest assignare vnam perfectionem/ aut dignitatẽ in deo: quin omnes alias assignet per demonstrationẽ equiparantie: quãuis communis opinio eam non ponat: tamen Aristoteles primo Posterioꝝ ipsam tangit dicens: ꝙ non contingit circulariter demonstrare/nisi in terminis conuertibilib⁹: vt sunt dignitates/et perfectiones in deo/aut in ente trãscendenti: et tali demõstratione non modo primus articulus vcꝫ ꝙ deus sit trinus in personis/et vnus in essentia pbari potest: sed etiam oẽs articuli fidei: vt patebit in sequentibus: est ergo talis dispositio prime figure: ꝙ tangendo vnam dignitatum/omnes sibi correspondent: quemadmodum tangendo vnam partem campane/omnes correspondent: non est sic de dignitatibus creaturarum: vt in tertia figura: igitur principia absoluta in prima figura conuertuntur: et dicuntur principia/non ꝙ aliquid principient: sed dicuntur prĩcipia.i. primaria: quia primo intellectui se offerunt: et etiam dici possunt principia artis in esse obiectiuo. sunt etiam principia incomplexa / et per se nota in p̃dicto esse: quia solo lumine intellectus intelliguntur: et licet circa omnia versentur: tamen non in omnibus modum prime figure habent: vt in creaturis: ideo decipiuntur nonnulli/qui primam figuram omnibus rebus tribuunt: et de ipa vnum chaos faciunt: dicentes / ꝙ ars est generalis: et per consequens figure ei⁹: negatur eis cõsequẽtia: quoniam arguitur a suppositione simplici ad suppositionem personalem: quia licet ars in se/et absolute generalis sit: non tamen que libet ei⁹ ps: vt in proposito: non eñ sequiť: hõ est vniuersalis: ergo τ sortes: sic nec

De expanatione prime figure.

De literarũ origine.

ars est vniuersalis: ergo et prima figura est vniuersalis: sed soli deo (vt predictũ est) attribuitur de per se: de per accñs tamen attribui potest alijs: vt inferius melius patebit: sit ergo hec introductio in primis ad artem: nam ipsa plura secreta habet in se: quibus ignoratis/ignoratur et ars: ea tamen hoc in opere statuimus enucleare deo semper dirigente. Nunc ad practicam prime figure accedamus: in qua tria per ordinẽ videnda sunt. Primum erit de vnitate dei: et de his que de eo formaliter dicuntur. Secũdum de pluralitate personarum. Tertiũ vero de generalitate principiorum/et eorum specificatione/et hoc in essentialiter ordinatis. ¶ Quo ad primum videndum est primo quid deus sit: sed ad sciendũ quid deus sit: videndum est primo: vtrum sit: et licet omnes tam scientes/q̃ minus scientes: fideles ⁊ infideles in hoc conueniant: videlicet quod est vnum supremum bonum: cui attribuunt quicquid altius/⁊ perfectius cogitari potest: tamen si negaretur: posset pluribus rationibus probari. ¶ Et primo sic. omne illud quod partibus constat: aut in partes resoluitur/vtiq̃ ab aliquo coniunctionem ⁊ resolutionem patitur: sed hunc mundum suis partibus constare manifestum est: ergo ab aliquo coniunctionem et inceptionem passus est sed illud tale vocamus deum. ratio est Augustini in libro de cõditione vere vite. ¶ Secundo sic. Si infimum bonum est: ergo ⁊ supremũ: tenet cõsequẽtia a positione vnius correlatiui ad positionem alterius: sed infimum ⁊ supremum se habent correlatiue: ergo ⁊c. q̃ infimum sit/manifestatur sic discurrendo: substantia animata melior est inanimata: et sensata animata: ⁊ imaginatiua sensata ⁊ rationalis omnibus supradictis: substantia vero que nullo indiget extrinseco perfectissima omnium dicitur: quam deũ vocamus: ⁊ confirmatur per Augustinuz in prefato libro sic. Omne bonum/aut est per se bonum: aut per aliud. sed diuersa bona participatiõe vnius boni necesse est esse bona: diuersitas quippe recipit magis et minus: nam quantum ad genus/lapis est minus bonum/qui tantum est: ⁊ non viuit: lignum maius bonuz/quod crescendo viuit: equus illo melius: qui est: viuit: ⁊ sentit: homo illo prestantius: qui viuit: ⁊ ratione discernit: restat ergo summum bonum esse: quod quidem est deus: ⁊ manifestatur: nam illud est summum bonum/quod est supra omne bonum: sed deus est illud (vt probatũ est) ergo ⁊c. et confirmatur per Platonem in suo Timeo dicentez. deus est supremum bonum supra omnem substantiam: quem omnia expetunt nullius indigens societatis: nec est dandum summum summo: nec etiam duo summe bona: quia tunc vnum terminaret aliud: ⁊ manifestatur: quia vnum esset extra aliud per differentiam: aliter non diceretur plura: et quodlibet includeret in se quicquid perfectionis est: quod est pura contradictio: et confirmatur per Damascenum in primo suarum sententiarum dicentem. Si multos diceremus esse deos/necesse esset differentiam in multis cõsiderari: sed si enim nulla differentia est in eis: vnus est/et non multi: si vero et differentia est in eis: vbi est perfectio/siue enim secundum bonitatem/secundum virtutem: siue secundũ sapientiam secundum locũ deficiet a perfectione: nequaq̃ erit deus: est ergo deus supremũ bonum/et vnicũ. ¶ Iacto isto fundamento quasi per se noto/omnia que de deo dici possunt/necessitate eius consequũtur tam abstractiue/q̃ cõcre

De practica prime figure.

Utrũ sit de⁹.

De ꝓbatiõe q̃d deus sit.

Q̃d deorum pluralitas sit impossibilis

De his q̃ de deo dicũt.

nue. Abstractiue ex pte subiecti sic discurrēdo p hāc primā figurā. Nulla bonitas suprema dari pōt: qn ipsa sit ifinite magna: nec magnitudo ifinita/ qn sit eterna: nec eternitas/ quin sit oīpotens: et sic de aliis principiis circulariter p totam primam figuram. ¶ Et est notādum q̄ predicta principia sunt per equiparantiā demōstrabilia syllogistice i prima: vel scda aut tertia figura: z vera noticia haberi pōt de ipsis sub ratione tamen determinata: nam scōm Aristotelem primo Posteriorū. demonstratio est syllogismus: vt in habendo ipsum scimus: est eñ demonstratio p equiparantiam: quando equale minus notum demonstratur per equale magis notum: sed predicta essentialia in diuinis sunt equalia: et idē tificantur: ideo sicut in campana (vt predictum est) non possumus tangere vnam partem/ quin corrñspōdeāt sibi omnes alie partes: sic nec i deo possumus ponere vnam perfectionem/ quin ponamus omnes: et quemadmodum concretum de abstracto predicatur in diuinis: sic et abstractum de abstracto: et concretum de concreto: exemplum primi. nulla bonitas suprema dari potest/ quin ipsa sit magnitudo infinita: nec magnitudo īfinita/ quin sit eternitas: et sic de aliis abstractiue sumptis. Exēplum secundi. quicquid est bonum supremū id est infinite magnum: sed. A. vz deus est supremum bonum: ergo. A. est infinite magnū. maior manifestatur: nam si non esset infinite magnum: esset finitum/ et limitatum: z sic ab aliquo esset finitum et limitatum/ quod est maius illo: z sic non esset bonum supremum: cum omne quod est sit finitum: vel infinitum: et sic magnitudo ei deficeret: sed hoc est contra sententiam Anselmi dicētis/ q̄ deus est ens/ quo maius excogitari non potest: minor est nota per supradicta. ¶ Item/ quicquid est supremum bonum infinite magnum/ id est eternum: sed de⁹ est huiusmodi: ergo zc. maior patet: nam si non est eternum z est principiatum ab alio: et sic non erit supremū bonum: cum illud a quo est principiatum/ sit maius illo in perfectione z bonitate: nā oē qd est/ aut est eternū/ aut principiatū: z si pricipiatū/ ab alio erit principiatum: cum nihil principiet seipsum: quia tunc esset anteq̄ esset: quod est pura contradictio. minor patet per predicta. ¶ Item/ quicquid est supremū bonum infinite magnum et eternum: illud est omnipotens: sed deus est huiusmodi. ergo zc. maior probatur: quoniam si non/ aliquid ei cōtradicit: et sic non erit supremum bonum: sed hoc est falsum: vt ex supradictis patet. ergo zc. Item quicquid est bonum supremum/ infinite magnum/ eternum/ et omnipotens/ id est infinite sapiens: sed deus est huiusmodi: ergo zc. maior manifestatur: quoniam si non intelligeret se esse id quod est/ vere: realiter ac infinite: non haberet in se omne complementum perfectionis: quia ignorans et incipiens esset: sed illud est impossibile: ergo et illud ex quo sequitur. vnde Augustinus in libro de cognitione vere vite. deus seipsum / et totam facturam suam sapit: et intelligit. ¶ Item. quicquid est bonum supremum / infinite magnum / eternum/ omnipotens/ et infinite sapiens: id est infinite volens: sed deus est huiusmodi: ergo zc. maior patet: quia si nō/ non haberet in se quicquid perfectiōis ē: et cum volūtas dicat perfectionem: vt patet in nobis: ergo deo attribuenda est in maiori gradu perfectionis/ qui dari pōt. minor manifestaē p predicta. ¶ Ulterius. de⁹ est summe virtuosus: aliter esset viciosus et imperfectus: nā omne ens quanto magis

Nota de demonstratione per eqparantiam.

appropinquat ad summitatem / et immensitatem: tanto maioris est virtutis: sed deus est ipsa immensitas / et summitas infinita: ergo &c. maior patet: quoniam aliter quanto magis appropinquaret ad non esse / maioris esset perfectionis / ac virtutis: quod est manifeste falsum. ¶ Eodem modo argui potest de eius veritate / quemadmodum de supremo bono argumentatum est: cum bonum & verum conuertantur: & hoc sic. Nullum bonum supremum / infinitum / eternum. &c. est dandum / nisi de ipso sit verum dicere qd est: et sit vera adequatio ei⁹ ad intellectum: vt ex scdo metaphysices haberi potest: sed deus est supremum bonum: &c. ergo de ipso est verum dicere est: maiorem probo: quia esse et verum conuertuntur. ex quarto metaphysices: vnde Aristoteles scdo metaphysices. Verissimum est quod causa est alijs: vt sint vera: minor patet per predicta. ¶ Item deus est summe gloriosus / qd probatur sic. Omne illud qd habet in se quicquid pfectionis est / est gloriosissimum: sed de⁹ est huiusmodi / ergo &c. maior est nota: minorem probo per Augustinum i libro de summo bono dicentem: supremum bonum esse aggregationem omnium bonorum: in quo nihil est de malicia aut defectu: ergo summe appetibile: quo fruendo deus summe gloriatur: ideo gloriosissimus dicitur & sic est felicitas assequentibus ipsum. Et nota quod oia ista idetificantur realiter: et vniuntur in vnitate essentie: vt in secunda figura / et in angulo concordantie dicetur: & in tali vnitate considerantur concretum / abstractum / et substractum concretum dicitur de concerno is: quia plura in suo conceptu cocernit: vt bonum quod concernit bonitatem / tanquam rationem formalem / & abstractum: & concernit ceteras formalitates faciētes vnum esse / qd substractum dicit: vnde Augustinus in libro octogintatrium questionum. omne castum castitate est castum & omne eternum eternitate: et omne bonum bonitate: nam aliter rationes formales essent inanes / et a casu: quia ea ratione qua bonum diceretur bonum bonitate: diceretur bonum magnitudine: & sic de alijs. Nec est dicendum quod tale bonum sit accidetale bonum: sed quidditatiue et per se: & ratio est: nam si deus esset bonus per aliud & accidentaliter: non esset id quod est scz supremum bonum: tenet cōsequentia: quoniam oppositum consequentis repugnat antecedenti. Et confirmat auctoritate Aristotelis scdo metaphysices dicētis: qcqd est causa aliorum / vt sunt talia: illud maxime est tale: vt ignis qui est caloris causa in alijs: ideo ipse est maxime calidus: sed si deus esset bonus per aliud et non per se: illud per quod esset tale esset optimum: quod est inconueniens: ergo &c. ¶ Et nota quod predicta essentialia debent reduci secundum mentem Augustini decimoquinto de trinitate ad maiorem paucitatem / que dari pōt: sz maior dari nō potest / quam illa que in prima figura ponitur: & si que alia sint ad ista reduci possunt: & ponuntur in prima figura circulariter: ad denotandum proportionem / dispositionem / & corum naturalem coniunctionem: & per consequens vnitatem. & hec de primo. ¶ Quo ad secundum restat probare emanationem personarum in diuinis: vcz patris ab essentia per se: & filij per patrem: et spiritussancti per patrem & filium: tamē antequam aggrediar hanc materiam de trinitate: protestor quod si in aliquibus errauerim in isto libello / aut in alijs: non scienter sed ignoranter illud feci / submittēdo omnia correctiōi ac determinatiōi eccl'ie romane: quam statui vsque ad triūphalē seq.

De idētitate & vnitate prīcipiorum in eadem essentia.

De concreto substracto & abstracto.

Qui qd ē ca̅u̅s̅

De diuina trinitate & protestatiōe circa ea que fidei sunt.

Iacta



Facta ꝓtestatione/nūc ad articulū de trinitate in diuinis accedamus: in quo duo ꝑ ordinē videnda sunt. Primū erit de gn̄atione filij a patre. Secūdū de ꝓductione spiritus sancti ab vtroq;.

De gn̄atione filij a patre.

¶ Quo ad primū ꝓbat̄ sic. Vbicūq; est principiū ꝓductiuū infinitū si ne imꝑfectione ꝛ impedimēto: ibi reperit̄ ꝓductū infinitū ei correspōdēs: sed in deo reperit̄ intellect⁹ infinit⁹ (vt superius ꝓbatū est) qui est potētia ꝓductiua: vt in nobis patet: ergo ꝛ ꝓductū infinitū ſm talē potētiam: maior patet: qm̄ aliter frustra esset ꝛ vacua talis potētia ꝓductiua ꝛ infinita: vn̄ Aristote.j.celi ꝛ mūdi. Illa potētia est ociosa/ex qua nulla operatio ꝓuenit: minor patet ꝑ Aristotelē viij. Physicoꝝ dicentē: ꝙ nullū finitū cōtingit infinitā potentiā habere: nec infinitū finitā: sed cū de⁹ sit infinit⁹ (vt ꝓbatū est) ergo potētiā intellectiuā infinitā habet: que quidē potētia obiectū infinitū exigit: ad hoc vt actū infinitū habere possit: aliter esset de⁹ ociosus/ꝛ ignar⁹: si nō intelligeret seipm̄/id qd̄ est: nec esset etiā purus actus/ꝛ eternus/per se intelligēs/de toto seipso eternaliter producēs noticiā cōceptā mētis siue verbū: vn̄ Augustin⁹ in libro de cognitione vere vite. Deus verbū suū genuit: cū seipsum cogitādo dicit: dicere ſm eūdē/est potentie intellectiue: qd̄ quidē nil aliud est ꝙ intelligere. ¶ Et est notādū ꝙ talis act⁹ generatiuus nō presupponit operantē/ceu intelligentē: qui est pater: q: tūc in tali priori nature esset pater: ꝛ nō haberet filiū: cū filius habeat esse per talem actū. ꝛ licet dicat̄ secūdus act⁹ operatiuus: hoc est respectu actus essentialis: qui est cōis tribus personis: queadmodum essentia: est tn̄ operatiuus/quo pater formaliter se cōstituit/ꝛ generat: nam pater emanādo ab essentia diuina se cōstituit de eadem essentia: ꝛ tali actu generatiuo/ a quo sumit̄ relatio/ que est paternitas: qua pater refert̄ ad filiū: ꝛ tali actui actiuo correspōdet actus passiuus: qui est generari: a quo sumit̄ filiatio: qua formaliter fili⁹ cōstituit̄/ꝛ denominat̄: ac ad patrem refert̄.

De duplici actu intellectus in diuinis.

Qd̄ filiatio in diuinis sit prior patre ꝓbatio.

¶ Et sic ꝑ firma cōclusione teneri pōt/filiationē in diuinis esse priorē patre: ꝛ ratio est: nā quecūq; sunt simul natura: quicquid est pri⁹ vno: est pri⁹ ꝛ altero: sed pater ꝛ fili⁹ in diuinis sunt simul natura: q: relatiua: ergo ꝛc. maior est de se nota: ꝛ minorē ꝓbo: nā fili⁹ presupponit ad suū esse filiationē/tanꝙ principiū cōstitutiuū ei⁹: ꝛ sic est prior eo prioritate nature: per illā regulā. Vbicūq; est presuppositio hui⁹ ab hoc: ibi est prioritas nature. ¶ Alteri⁹ est notādū/ꝙ intellectus est potētia naturalis distincta contra liberā: ideo verbū diuinū filius dicit̄: q: similis ꝓducēti est in natura numerica/ꝛ ꝑ modū nature ꝓductus: q: ꝑ actū intellect⁹/qui est naturalis: vn̄ Hylari⁹.v.de trinitate. Potestate nature est de⁹ filius ex deo patre: nā queadmodū in humanis vnus hō ꝑ nil aliud est fili⁹ alterius hois: nisi q: est similis sibi in natura specifica/ꝛ per modū nature genit⁹: q: per actū generatiuū/qui est naturalis: vt ex.j.de aīa elici pōt. vn̄ Augustinus de cognitione vere vite. Summus de⁹ seipsum talē qualis est cogitauit: proculdubio similē sibi ꝑ oīa imaginē generauit: ꝛ sicut gignēs iure pater vocatur: ita rectissime genit⁹ filius noiatur. ¶ Ex quib⁹ patet intelligēs nō esse intellectū: siue conceptū generatū: cū intelligēs se habeat per modū agētis: ꝛ cōceptus declaratus per modū patiētis: que absq; relatione ꝛ distinctione reali esse non possunt: vt ex.j. Metaphy. elici pōt. vn̄ Boeti⁹.j.de trinita. Nulla relatio ad seipsam re-

ferri potest. Augusti.v.de trinita.qđ relatiue dicitur nō substātiā vel essentiā:sed producentē ꝛ ꝓductū dicit.ꝛ in.j.de trini.nulla res gignit seipsam:ꝛ talis productio est necessaria:aliter intellect⁹ diuinus/ꝛ oēs diuine perfectiones essent ociose/vacue/ꝛ carētes fine:ꝛ de⁹ nō esset omnipotēs/nec purus act⁹:qđ est impossibile.nā queadmodū de⁹ pater generat intellectu suū filiū:sic ꝛ bonitate ipsum ꝓducit bonū:ꝛ magnitudine infinitū/eternitate eternū:et sic de aliis attributis:et sic pater cōicat filio quicquid habet in se:vñ Richard⁹. Quicquid habet fili⁹/habet a patre. Et nota ꝙ ly quicqd distribuit ꝓ essentialib⁹ ꝛ nō ꝓ notionalib⁹: ꝛ hec de primo. ¶ Quo ad secūdū est ꝓbandū/spiritū sanctū esse a patre et filio per actū volūtatis:ꝛ ꝓbatur tali ratione Richardi. Ub cūqꝫ est summa pfectio bonitatis:ibi est summa charitas/que in alterū tēdit:ergo pluralitatē personaꝝ arguit:sed in deo est summa perfectio bonitatis:ergo summa charitas: ꝛ p consequēs personarū pluralitas:maior patet quo ad pri mā partē: qꝛ charitas dicit perfectionē:quo ad secūdā partē patet per Gregoriū dicentē:min⁹ ꝙ inter duos haberi charitas nō pōt: nemo eñ ꝓprie ad seipsum habere charitatem dicitur. ¶ Et si obiicias ꝙ in vna persona potest esse charitas erga creaturas:dicitur ꝙ inordinata esset: si summe diligeret creaturam: que summe diligenda non est:nec etiā infinite diligi pōt:cū sit finita ꝛ limitata:ergo volūtas infinita ꝛ productiua exigit obiectū infinitū.tunc argui pōt/vt de intellectu diuino in generatione filij argumētatū est/hoc modo. Ubicūqꝫ est principiū ꝓductiuū infinitū sine aliqua imperfectione:ibi reperit̄ ꝓductū infinitum sibi correspōdens:sed in deo est volūtas(vt ꝓbatum est)que est principiū productiuū infinitū/qua deus pater diligit filiū:ꝛ filius diligit patrē:aliter in eis nō esset summa charitas: nā deus pater generās suū verbū in omni cōplemēto perfectionis intelligēdi oportet ꝙ eū diligat de sua summa et eterna perfectione: sicut ipsum intelligit esse in omni cōplemento perfectionis:ꝛ verbū immediate genitū de tota sua pfectione ꝛ potestate diligit producentē:siue generantem sicut seipsum:ꝛ intelligit ipsum esse in omni cōplemēto perfectionis: et si ex dilectione cuiuslibet non sequeret̄ aliquid/eoꝝ esse esset per existētiā/ꝛ nō per operationē:ex eo qꝛ non esset diligere cuiuslibet erga aliū:sed cōstat ꝙ est ibi vera dilectio:sicut est ibi vera intellectio : ergo sequit̄ ꝙ ex diligere cuiuslibet erga aliū/ sequit̄ aliquid:qđ ꝓbatur: qm̄ non minoris actualitatis/ potestatis/bonitatis ꝛc̄.est amare in deo: ꝙ generare: sed per gñare/seu intelligere exit persona de persona: scꝫ fili⁹ de patre.ergo per amare patris ꝛ filij exit persona:talē personā vocam⁹ spiritū sanctū. Et lꝫ hac ratione pater ꝛ fili⁹ sint vnū principiū spiratiuū spūs sancti:nō tñ possunt dici vnum principiū numero:nec discretione numeri:qꝛ tūc esset quaternitas ī diuinis: sed bene vnitate essentie ꝛ nature:ac conueniētia:prout cōueniunt in vi spiratiua:qꝛ mutuo se diligūt:ꝛ sic se cōstituunt de quadā cōi spiratione/ꝛ eadē essentia:ꝓductum vō seu spiratum cōstituitur de eadem essentia/ꝛ spiratione passiua. ¶ Et nota ꝙ in diuinis tantū vnus est generans:qui immediate de tota sua natura/essentia/bonitate ꝛc̄.generat:in tota perfectione qđ plus generare nō pōt:nam si plus posset:ꝛ nō generaret:non esset totus agens/siue intelligēs:sed ꝑm quid: ꝛ sic esset diuisibilis:ꝛ in eo essent diuerse nature: accidens ꝛ limitatio; qđ est fal

De essentialibus in diuinis que formalr aut cōcomitāter cōcurrūt.

De ꝓductione spūs scti.


Nota de ꝑncipio spiratiuo spirationis.

sum: et illud posse esset sibi nõ posse: nec põt etiã esse nisi vnus filius: nam si filius posset generare: sequerentur multa inconuenientia. Primũ q tota ratio et perfecta paternitatis non fuit in patre: ex eo q requiritur q filius generet. Scdm inconueniens/ qz tunc esset dandus processus in infinitũ: ex eo qm non sufficeret vnus pater: nec vnus filius: quia ea ratione qua primus filius generaret/ et secũdus: et sic pater non produceret suum filium infinitum in bonitate: et perfectione: et nullus perfecte daret: nec perfecte reciperet: qđ est inconueniẽs. Suo modo dicendum est de spiritu sctõ. vñ Anselmus in monologio suo. c. vj. nõ est pater filius: aut alter spiritus sanctus: lz sit intelligentia/ et amor: quia non est intelligẽtia genita: aut amor ab aliquo procedẽs: quid igitur phibet cõcludere/ q vnus tñ est in summa essentia pater: vnus filius/ vnus spiritus sanctus/ et nõ tres patres/ aut filij/ aut spiritus sancti: hec ille. Et nota q quelibet proprietas dicitur persona: ex eo quia est substãtia incõmunicabilis nature rationalis: et licet essentia diuina sit natura rationalis: tñ qz est cõicabilis tribus personis non dicitur persona: iõ nõ generat: nec generaẽ: qz operatiões fm Aristot. sunt suppositoꝝ. ¶ Et nota vlterius q notiones distinguũtur cõtra essentialia: et dicitur notio id ratione cuius relatũ cognoscitur: vt paternitas qua pater/ filiatio qua fili9/ et spiratio passiua/ qua spũs sanct9/ oĩa ista et lõge plura ex prĩa figura elici possunt.

Nota q I diuinis nõ possunt esse plures psone tribus.

Nota qd persona.

De notibus i diu



De regulis principio⁊ et regularuз ex quibus syllogismi et q̃stiones formanẽ.

De diffinitionib⁹ principiorũ et eorũ emanationibus seu synonimis.



Pro quorum euidentia primo notandum est de diffinitionibus principiorum/ et consubstantiali bus seu eorum synonimis. Scđo de quibusdam regulis specialibus. Tertio de regulis generalibus huius artis: et q̃uis hec pars de diffinitionibus principiorum sit secunda in arte: tamen hic nos necessitatis causa cã tractamus: et ponuntur diffinitiones principiorum: vt ars sciatur/ et intelligatur: nam ignoratis principijs: artem ignorare necesse est. vt ab Aristote. Diffinitio est principium demonstrationis. In primis ergo secũdum modum tractandi videamus diffinitionem bonitatis: que q̃uis ratione sue transcendentie diffiniri non possit a priori/ notificatur tamen tali notificatione. Bonitas est ens ratione cuius bonum agit bonum: et sic bonum est esse: et malum est non esse. ¶ Pro euidentia diffinitionis bonitatis/ et aliorum est notandũ/ qđ diffinitio ẽm ethimologiam vocabuli est rei in suis terminis finitio/ seu terminatio: et omnis bona diffinitio (vt a Boetio dicitur) constat ex genere et differẽtia. ponitur in predicta diffinitione ens loco generis: non tamen tanq contrahibile ad boni

tatem:quoniam ipsa non solū abstrahit ab ente:sed etiam ab entitate(vt in prima figura patet)ideo ab ipso formalē predicationē recipere non potest: sed dicitur ens tali denominatione extrinseca. ¶ Pro cuius euidētia est notādum/qđ ens capi potest duobus modis.primo modo pro omni positiuo/qđ est extra nihil/⁊ sic bonitas/⁊ vnitas est ens/priuationes/negationes ⁊c. Secūdo modo sumitur ens formaliter:⁊ tunc illa que ipsum includūt sunt entia formaliter:q2 entitate sunt talia:cuiusmodi nō est bonitas. ¶ Et vlterius est notandum/ꝙ duplex est bonitas/entitatiua.i.boni entitas/⁊ moris.entitatiua verificatur de omnibus que dicunt actualitatem siue consonantiam essendi:et tali bonitati opponitur nihil:et sic demones sunt boni tali bonitate:ideo quia bonum est esse/⁊ malum non esse. Bonitas moris causatur ex pluribus actibus elicitis a voluntate/prout sunt cōformesrationi recte:prout inferius de nono subiecto dicetur:et talis obiectiue habet esse a bonitate naturali/ a qua regulatur/et ei opponitur vitium/seu peccatum/⁊ est reducibilis ad bonitatem entitatiuam. Bonitas est quid abstractum/⁊ principiū omnino generale prescindens ab omni concernentia intrinseca:⁊ sic est primitiua/ vera/et necessaria:qua omnia sunt bona:⁊ sine ipsa omnia essent mala.eius concretum est bonum:cuius synonima/ seu consubstantialia sunt honestum/pertinens/decens/licitum/accōmodatum/honoratū/acceptabile/salubre/ salutiferum/ornatum/ sanctum/idoneum/ gratificum/purum/benemeritum/dignum/iustum/conueniens/debitum/cōmodum/tranquillum/benignūm/congruum/fructiferum/et perfectum. De quibus datur regula/ ꝙ semper concludatur affirmatiue per maioritatem finis esse et perfectionis: cū suis vo contrarijs negatiue per minoritatem finis esse et perfectionis:immo per priuationem ⁊ defectū.exemplū primi. Omne perfectum nobilius/melius/⁊ perfectius est suis imperfectis:omnis finis perfectionis nobilior/ melior est ordinatis ad finem.iste propositiones et maxime patent:nā perfectio dicit plus de entitate ꝙ imperfecto/⁊ finis ⁊ bonum conuertuntur. ex.iiij. Metaphy. ⁊ ratio est: quoniā finis est propter se:ordinata vo propter finem: et sic nullum ordinatum perfectius est illo ad quod ordinatur: nullus finis ignobilior suis ordinatis: et per istam regulam infinite questiones solui/⁊ determinari possunt. Exemplum Utrum deus nobilior et perfectior creaturis sit:⁊dicitur ꝙ sic: vt patet per predictam maximam:quia omne qđ est bonum ꝯm se ⁊ propter suam naturam finis est:deus est huiusmodi ex.iij. Metaphy. Suo modo dicēdū est de homine respectu aliarum creaturarum:et de toto et suis partibus:⁊ de omnibus essentialiter ordinatis:ac etiā in moralibus:vt iuste agere nobilius est iusticia: et ratio est:q2 habitus est propter actum/et omne vtile et expediens magis et citius est eligendum inutili ⁊ inexpedienti: et ratio est: quia ex.j. Ethicorum. Omne bonum est appetibile:malum vo non. ¶ Et nota ꝙ vult doctor noster/ ꝙ omnia que non sunt explicita in arte reduci possint ad explicita ꝯm eorum vicinitatem/ cōsubstantialitatem/et maiorem conformitatem (vt patet per regulā applicationis) quā habent presertim cū principijs huius artis:ad que omnia applicabilia/ seu reducibilia sunt:nā reductio est rei particularis ad suū vniuersale ductio:⁊ quia predicta principia sunt vniuersalissima/primitiua ⁊ necessaria/per que principia

De duplici bonitate/ entitatiua vide lz ⁊ morali.

De regl'a bonitatis cum suis synonimis.

aliarum scientiarum probari et examinari possunt: nam fm Aristote. j. Posteriorum. Illa principia per que possunt singularum sciẽtiarũ principia propria/ sunt omnibus cõmunia: ⁊ talia sunt principia huius artis: ratione quorum nihil est in latitudine entis/ qđ possit euadere: nam positis ipsis/ ponuntur omnia/ ⁊ remotis remouentur: est ergo necessaria applicatio seu reductio omnium ad illa: ideo sigillatim videndum est de omnibus/ que reducuntur ad ista principia: ⁊ primo fm traductionẽ magistri Rupeti/ ad bonitatem reducuntur omnia opera iusticie/ misericordie/ et honestatis/ ac omnia precepta legis sacramenta gratie: omnia dona spiritus sancti: ⁊ omnes beatitudines.

De magnitudine et ei⁹ synonimis ac regula.

¶ De magnitudine nota q̄ duplex est magnitudo: videlз substantialis/ ⁊ accidẽtalis: substantialis magnitudo siue entitatiua est sufficientia cuiuslibet rei fm suam capacitatem: et sic dicitur magni plenitudo vel magni extensio: sine qua omnia essent parua/ et sua priuatio esset magna malicia. et accidentalis est duplex: videlз virtutis/ ⁊ molis/ virtutis reperitur in rebus spiritualibus: molis vo in corporalibus. ¶ Diffinitur in arte generaliter magnitudo: et sua habet synonima tam in concreto/ q̃ in abstracto/ in abstracto/ vt capacitas/ copiositas/ sufficientia/ intẽsitas/ extẽsitas/ abundantia/ largitas/ mensitas/ immensitas/ fertilitas/ fecunditas/ copia/ multitudo/ amplitudo/ transcendentia ⁊c̃. De quibus datur regula/ q̄ semper concludatur affirmatiue per intensum fm maioritatem finis esse et perfectionis. negatiue vo per remissum/ extensum/ paruum fm minoritatem finis esse et perfectionis. exemplũ de copiositate. Omne copiosum intensum perfectius est suo extenso: probatur hec maxima: nam intensum dicit rationem formalem/ et magis de entitate et virtute: extẽsum vo dicit materiam/ in qua virtus est extensa/ et debilior intensa (vt patet de igne) qui in modico ferro ignito fortior est q̃ in stupa inflãmata/ et sic angelus maior est celo: et homo elephante/ et substantia suo accidente. vnde Aristote. Uirtus intensa fortior est seipsa dispersa. Negatiue sic. nulla defectuositas est perfectior/ copiosior copia et magnitudine intensa: nullum accidentale copiosius est substantiali: nullum finitum infinito/ nullum corruptibile incorruptibili. Ad magnitudinem reducuntur omnia particularia et singularia/ omnes inherentes rationes alicuius habitus: et omnia composita: et omnis materia/ omnia corporalia/ et omnis habitus exterior/ et omnis terminus/ et omnis mensura/ et omnia ea carentia.

De duratiõe ⁊ eius synonimis ac regula.

¶ Duratio est multiplex: videlз eterna/ euiterna/ et temporalis. eterna est interminabilis vite tota simul existens perfecta possessio: et ipsa solum reperitur in deo: immo est ipse deus/ vt tactum est in prima figura. est ergo necessaria et primitiua: et si ipsa non esset: omnia noua et a contingenti in esse ponerentur. Euiterna vo duratio reperitur in omnibus effectibus immediatis prime cause: ⁊ sic est eorum que habuerunt principium: et carent fine: quemadmodum angeli/ anime/ corpora celestia ⁊c̃. Temporalis vo duratio reperitur in generalibus et corruptibilibus: et sunt illa/ que emanãt a materia prima in tertio gradu: et talis duratio causatur a primo mobili fm morã rerum mutabilium: et diffinitur hic in arte duratio generaliter pro t amplectitur predictas durationes: et sua habet synonima: et sunt hec. Permanentia/ cõstantia/ stabilitas/ firmitudo/ perseuerantia/ presentia/ perẽnitas/ vita/ immo-

bilitas/mobilitas/immortalitas/mortalitas/temporalitas/euiternitas/eternitas/&c. Et dicitur duratio/id est dura statio: cuius datur regula: videlz q de eterno respectu euiterni & temporalis/et de euiterno respectu temporalis semper concludatur affirmatiue: vt omne immobile et eternum nobilius/perfectius/copiosius/et stabilius est mobili/euiterno/& euiternu successiuo et temporali. Negatiue. nullum temporale perfectius euiterno/nec euiternum eterno. Hec maxime patent: nam eternum dicit supremam entitatem: et euiternum maiorem q temporalem: nam generatio in deo nobilior/stabilior sine coparatione est generatione in creaturis: ex eo/quia in creaturis dicit successionem: in deo vo non. Ad durationem reducuntur omnis entis constantia: vt spes/confidentia/permanentia/ et omnis dictio tepus significans: vt annus/mensis/septimana/dies/hora: & omnis dictio immobilitatem designans: vt eternum/sempiternum: et omnis etas: vt infantia/pueritia/adolescentia/iuuentus/ virilitas/senectus/decrepitus/ vita/valitudo/ conualescentia/desidentia/inconstantia/inspectatio: et omnis designatio motus: vt mobile/successiuum &c. ¶ Potestas est principium generalissimum versabile circa omnia: et est duplex/infinita/& finita. infinita est ipsemet deus: finita est triplex: naturalis/legitima/& violeta: violeta est in oibus: vt potetia maris est submergere naues: legitima/vt illud possumus qd iure possumus. Violenta/vt si quis abutitur virtutibus et viribus: et diffinitur in arte generaliter: et dicitur potestas .i. potens vigorositas/ seu vigorosa positio: et si ipsa non esset: nihil per se existere et agere posset. sua synonima sunt auctoritas/facultas/ idoneitas/ altitudo/dispositio/ potentia/actus/ fortitudo/officium/ dignitas. Et datur regula de potestate/q semper cocludatur affirmatiue per ens in actu fm maioritatem finis esse et perfectionis Negatiue vo fm minoritatem: exemplum. vt si queratur: vtrum rosa in ramo sit perfectior rosa in radice. vel frumentum in spica/ siue esse subiectiuum esse obiectiuo &c. Et respondetur q sic. nam omnis actus melior/ sufficientior/stabilior/deo similior/potetior &c. e potentia Negatiue sic. nulla potentia nobilior actu &c. patet: quia actus est secundum maioritatem: potentia vero secundu minoritatem: ex eo/quia ordinatur ad actum. Ad potestatem reducuntur omnia entia/ que sunt in potentia/ et in actu fm quod huiusmodi: et omnes determinationes/qualitates rerum: & omnia armorum genera: vt ensis/scutum/lancea: et omnes potentie: vt esse imperatorem/ regem/principem/archiepiscopum/episcopum/abbatem &c. et omnia que dicunt vigorem/ facultatem: vt esse custodem/ conseruatorem. ¶ Sapientia est multiplex: videlz intellectus: et reperitur in rebus rationabilibus. estimatiua in animalibus perfectis. sensus in animalibus orbatis. instinctus vero reperitur in rebus animatis et inanimatis: et diffinitur sapientia in arte generaliter: vt de supradictis dictum est. Et ipsa est primitiua/ vera/ et necessaria: nam si ipsa non esset: nihil sciri posset: sed omnia essent ignorabilia/et non scita: & sic deus frustra creasset mudum. Et habet sua synonima/que sunt cosilium/ordo/lex/regula/dictamen/ratio/distinctio/scientia/ars/industria/prudentia/ intelligentia/ coniectura/pronosticatio/opinio/certitudo/doctrina/peritia/prouidentia/ cognitio. Et est sapientia sapida scientia: vel scitorum capientia: de qua datur regula/ q

De potestate et eius synonimis & regula.

De sapientia & ei9 synonimis ac regula.

semper concludatur affirmatiue per maioritatē finis esse et perfectionis de intellectu respectu estimatiue/ et de estimatiua respectu sensus: et de sensu respectu instinctus. Negatiue aūt ecōtrario: vt omnis ratio melior/ maior/ durabilior/ potentior est estimatiua: ꝛ estimatiua sensu: et sensus instinctu: et ratio est: quia estimatiua est propter intellectum: et sensus cōmunis propter estimatiuam: ꝛ instinctus propter sensum. ¶ Ad sapientiam reducuntur omnia rationabilia entia: vt deus/ angelus/ anima/ homo/ et omnes artes liberales/ ꝛ mechanice/ et omnia eius obiecta interiora/ ꝛ exteriora/ et omnes dictiones dicentes salutationem: vt salue/ aue. et omnia que dicunt doctrinam/ et disciplinam: et omnes scientie gradus: vt doctor/ magister.

De voluntate et ei⁹ synonimis ac regula.

¶ Voluntas reperitur in rebus rationalibus/ appetitus vero in alijs: q₂ oīa inquantum bona sunt volibilia/ et que sunt mala odibilia: ideo est necessaria/ et primitiua: sine qua nihil esset amabile/ vel odibile. Sua synonima sunt: amor/ appetitus/ desideriū/ ardor/ feruor/ cupiditas/ incēdium/ affectus/ concupiscentia/ amicitia/ societas/ affinitas/ participatio/ rationabilitas/ diuinitas/ humanitas/ arbitrium/ designatio/ charitas/ dilectio/ deuotio/ complacentia/ ꝛc̄. Et dicitur voluntas id est volendi vnitas: de qua datur regula/ ꝙ semper concludatur affirmatiue de amabili propter se respectu amabilis propter aliud: vt si queratur vtrum deus sit nobilior/ et amabilior omni creatura/ aut felicitas virtute? ꝛ respondetur ꝙ sic. nam omne amabile propter se melius/ copiosius/ durabilius/ potentius/ actualius/ sapientius/ desiderabilius est amabili propter aliud. Negatiue vero econtrario: vt nullum amabile propter aliud est melius/ et desiderabilius amabili propter se. ¶ Ad voluntatem reducuntur omnes virtutes gratificantes nos deo: vt gratia/ charitas/ et omnia vota/ et omnes misse/ et omnes deprecationes/ et omnia ieiunia/ et cordis contritio: dolor de commissis/ et omnes animi affectus: vt leticia/ gaudium/ tristicia/ et omnis naturalis appetitus/ et motus per ipsum: vt concupiscentia/ irascibilitas: et omnis deuotio mentis/ et omnis prostratio: vt humilitas capitis/ et genuflexio/ et omnis personarū acceptio/ et gratificatio/ et omnis dictio sobrietatem importans: vt temperantia/ abstinentia ꝛc̄.

De virtute ꝛ eius synonimis ꝛ regula

¶ Virtus est duplex: naturalis/ et moralis. Naturalis reperitur in rebus naturalibus. Moralis vero causatur a voluntate: de qua datur scientia moralis: et iura positiua/ et diffinitur generaliter in arte virtus: sine qua quicquid est primitiuum/ verum/ et necessarium est vitiosum: quod est impossibile. Et sua synonima sunt constitutum (nā ipsa est origo vnionis) compositum/ regulatum/ ortum/ productum/ emersum/ et omnia que ortum habent ab aliquo priori principio: et sunt concreta virtutum: vt iustum/ dignum/ laudabile/ equum/ temperatum/ prudens/ sobrium/ benignum/ et dicitur virtus/ id est vigoris rectitudo: de qua datur regula. ꝙ semper de actu respectu habitus concludatur affirmatiue per maioritatē finis esse/ et perfectionis. De habitu v̇o negatiue ſm minoritatē. vt omnis actus bonus operandi melior est/ et appetibilior suo habitu/ et ratio est: quia habitus est quedam forma: eius v̇o actus est operatio: modo forma est propter operationem: et non ecōtrario. vnde Aristote. xj. Metaphy. Actus est melior sua potentia. et in Ethicis. Non fortissimi/ sed qui certāt coronantur. Idem Cicero. j. Officiorum.

Omnis

Omnis enim virtutis laus in actione consistit:ad virtutem reducuntur omnes actus/et habitus positiui et priuatiui/vt virtutes et vitia:de quibus inferius in nono subiecto dicetur. ¶ Veritas s*m* Aristote.ij. Metaphy. est adequatio rei ad intellectum:sed diffinitur in arte generaliter:prout est ratio:vt omnia sint vera:nam si veritas non esset primitiua z necessaria:omne ens primitiuum falsum est z erroneum/ q*d* est impossibile. synonima sunt ratio essendi/ ratio formalis/ quiditas/adequatio/co*n*formatio/approbatio/ valitudo/auctorizatio/ registru*m*/ ratificatio/ probatio per veritatem: verum adheret intellectui: et intellectus vero:et est veritas vera entitas/vel verborum reitas:de qua datur regula/q*uod* de ente positiuo respectu priuatiui semper concludatur affirmatiue s*m* maioritatem esse finis/ et perfectionis: de priuatiuo autem aut de minus positiuo negatiue per minoritatem finis esse et perfectionis:vt omne positiuum perfectius est ente priuatiuo:omne videns perfectius est ceco:et lume*n* tenebra:iustu*m* iniusto:omnis vita perfectior/melior/copiosior/ sufficientior/ actualior/potentior/ scibilior/ desiderabilior/virtuosior/verior/etiam gloriosior est morte et priuatione. ¶ Et reducuntur ad veritatem omnes articuli fidei/omne testimonium/testame*n*tum/ omnia que dicuntur esse:vt ens/essentia/entitas/res/reitas/ et omnia positiua/ aliquid/et aliquiditas: et omnis approbatio: vt canonizatio sanctorum/ sanctificatio rerum/confessio/professio/et omnes actiones formales essendi: et omnis fidelis et infidelis/prout dicunt actualitatem essendi. ¶ Gloria est duplex: adequata/et inadequata: adequata est in vltimo termino/ qui est deus benedictus:ad quem omnia ordinata sunt:inadequata v*er*o est vnaqueq*ue* delectatio prima excepta.et diffinitur generaliter in arte:et talis est/vera necessaria/ et primitiua:et si ipsa non est:omnia sunt in labore et pena:q*uod* est falsum z impossibile.sua synonima sunt.leticia/gaudium/solatium/iocunditas/felicitas/prosperitas/alacritas/laus/fama/victoria/triumphus/chorea/exultatio/decus/ ornamentum/ pulchritudo/ venustas/ habitus/ honor/ iubilatio/ vsus et fruitio: alacritas est in facie:leticia in mente:iubilatio in corde:solatium in rationatiua:gaudium in anima: iocunditas in spiritu. ¶ Et nota q*uod* proprie tales emanationes a proprijs principijs substantialibus non dicuntur synonima: sed eorum similitudines/et vicinitates s*m* magis z minus:ideo artista debet eis vti/ponendo differentiam et concordantiam per angulum viridem:z dicitur gloria gauisa quies: de qua datur regula/ q*uod* de prosperitate respectu delectationis et gaudij semper concludatur affirmatiue s*m* maioritatem finis esse et perfectionis. De delectatione v*er*o/aut gaudio negatiue:vt omnis prosperitas melior/sufficientior/ durabilior/potentior/ scibilior/ desiderabilior/virtuosior/et gloriosior delectatione/et gaudio. patet:quia prosperitas est in maioritate finis esse et perfectionis: delectatio v*er*o siue gaudium in minoritate finis esse et perfectionis. Ad gloriam reducuntur omnes status beatitudinis et fortune/ac infortunij/ et omnis ratio gaudij/et vocum armonia:omnis dies festiuus/et suauis odor:et omnis ratio mortis et tristicie:nam oppositoru*m* eadem est disciplina.sequuntur regule principiorum respectiuorum. ¶ De differentia que est principium respectiuum secunde figure datur ethymologia:nam ipsa est distincta ferentia: et sic distinctio/ et ipsa diffe

De veritate z eius synonimis z regula

De gloria et eius synonimis ac regla.

De differētia et eius synonimis ac regula

rentia se habent tanquam superius et inferius: nam vbicunque est differentia: est distinctio/ et non econtrario: nam inter conceptus quidicos est distinctio: et tamen differentia ibi locum non habet: est tamen differentia principium substantiale/ et omnino generale ad omnes differentias specificas et numerales: et diffinitur in arte: est enim claritas conceptuum. vnde Aristote. Eadē sunt principia essendi/ cognoscendi/ et distinguendi. et sue emanationes sunt alietas/ discretio/ pluralitas/ multiplicatio/ diuersitas/ diuisio/ dissimilitudo/ disproportio/ disparitas/ varietas/ non idētitas/ multiplicitas/ separatio/ remotio/ longinquitas. Ad differentiam reducuntur omnia nomina propria/ et cognomina/ agnomina/ et pronomina primitiua/ et demonstratiua: et omnes propositiones singulares/ et indefinite: de qua datur talis regula/ quod per pluralitatem maiorem et dissimilitudinem semper concludatur affirmatiue: per vnitatē vero similitudinē/ et vnionem negatiue: nam omnis differentia arguit pluralitatem: et omnis pluralitas differentiam: et nullum indistinctum arguit pluralitatem: patet/ quoniam id quod est indistinctum/ est absolutum/ et vnum: ideo arguitur mixtim sic. Omnis differentia melior/ sufficientior/ firmior/ potentior/ etc. est in pluralitate/ quam in vnitate: omnis differentia peior/ defectuosior/ fragilior etc. est in vnitate quam in pluralitate: patet. quia ratio differentie stat in pluralitate: ergo deficit in vnitate/ et sic omnis distinctio se totis obiectiua melior/ maior/ stabilior est subiectiua/ et subiectiua generica/ et generica essentiali: et essentialis numerali/ et numeralis reali/ et realis formali/ et formalis ex natura rei/ et ex natura rei distinctione rationis: nisi sumatur distinctio seu differentia ab extremis.

De concordātia et eius synonimis ac regula.

Concordantia est principium respectiuum omnino generale in sua coordinatione: vt patet per eius scalam in angulo concordantie: et habet sua synonima: quibus variatur/ et specificatur/ et sunt idētitas/ similitudo/ equalitas/ propinquitas/ vnitas/ proportio/ paritas/ coniunctio/ vnio/ conuenientia/ cuius ethimologia est concors dātia: et ad ipsam reducuntur omnes idētitates/ similitudines/ et omnes affinitates: et omnia que dicunt vnionem: vt matrimonium: et omnia que dicunt conuenientiam: vt pactum/ et omnia que dicunt paritatem: vt amicitia/ par: et omnia abstracta/ vniuoca/ signa/ vniuersalia: et omnes propositiones vniuersales: et omnes vnitates fraternales: vt totum/ ciuitas/ plebs etc. De ipsa contrarietate datur talis regula/ quod semper concludatur affirmatiue per vnitatem maiorem similitudinem et vnionem: negatiue vero per minorem vnitatem et similitudinem: vt si queratur. Utrum angelus sit perfectior: et dicitur quod sic: nā omne deo similius est perfectius minus simili/ nullum dissimilius perfectius simili deo: et sic omnis concordantia melior/ maior/ firmior/ etc. est in vnitate et similitudine/ quam in pluralitate/ et dissimilitudine: nam omnis concordantia/ seu idētitas rationis melior/ maior etc. est idētitate seu concordantia ex natura rei precise/ et ex natura rei formali/ et formalis reali/ et sic de alijs.

De contrarietate et eius synonimis ac regula.

Contrarietas est principium omnino generale in suo genere: ad quam quidem contrarietatē omnes contrarietates reducuntur: vt patet ex. j. Physicorum. et specificatur his emanationibus: et sunt extraneitas/ incompossibilitas/ totalis separabilitas/ impermissibilitas/ resistentia/ inimicitia/ desistentia/ et generaliter omnes oppo

stiones: et sic est principium vniuersale diffusum in principijs substantie: in qua sunt fines contrarij/ et specifice particulares: sicut caliditas/ et frigiditas/ humiditas/ et siccitas/ ponderositas et leuitas: et sic de alijs/ que inclinationē habent ad fines contrarios: et dicitur contraria reitas ſm ethymologiam vocabuli. et ad ipsam reducuntur omnes oppositiones: vt relatiua/ oēs qualitates/ disproportiones/ priuationes/ separationes: vt diuortium matrimonij: et omnes controuersie: et omnia analoga: et omnes particulares propositiones: et prepositiones accusatiuo deseruientes: vt cōtra/ aduersus ꝛc. ¶ Principium est multiplex vt visum est in secunda figura: et ipsum est vniuersalissimū/ in quo apparēt principia specifica/ et particularia ipso diffuso in partibus substantie: vt patet sequē do ordinem nature: cuius emanationes sunt primitiuitas/ principalitas/ causalitas/ auctoritas/ preordinalitas/ precipuitas/ originalitas/ prioritas/ antecedentia: et dicitur principium quasi primum tenens statum/ et ad ipsum reducuntur omnes termini a quo: vt agens/ potentia: ⁊ omnis ratio causalis: vt efficiens/ formalis/ materialis/ et finalis/ et omnis actus originis: vt incohare/ incipere ꝛc. et omne antecedens/ precedens/ et omnis ingressus vt ianua: et propositiones deseruientes ablatiuo vt a/ ab/ ex/ de/ ꝛc. et omnia predicamenta/. et de ipso principio datur regula/ ꝙ semꝑ cōcludatur affirmatiue de causa respectu principij simpliciter dicti ꝑ maioritatē finis esse ⁊ perfectiōis/ ⁊ de cā finali respectu efficiētis/ et de efficiēte respectu formalis/ ⁊ de formali respectu materialis. Exēplū primi: de substātia que est nobilior/ ⁊ perfectior omni accidēte: ex eo: q2 est cā omniū accidentiū in triplici gñe cause: videlȝ efficiētis/ materialis/ et finalis/ ex. vij. Metaphy. de cā effectiua insimul patet in deo respectu creature. De formali autem/ de aīa respectu corporis: et oīs causa finalis et efficiēs nobilior/ ⁊ ꝑfectior est effectu. patet/ q2 causa est indepēdens: effect⁹ vero dependēs/ siue ordinat⁹. ¶ Itē oīs cā prior est suo effectu fundamētaliter intellige: et non formaliter: cū sint relatiua. Oīe principiū primū est in suo gñe.

De principio et eius synonimis ac regula.

¶ Mediū diffinit̃ i arte: ⁊ est subiectū fini: inquātū finis influit principio suā similitudinē: ⁊ est subiectū principio/ inꝗtū principiū refluit fini illā similitudinē: de qua finis ipsum induit. vñ rōne influentie et refluentie amborum est constituta substantia de ambobus: ⁊ omnes partes sunt cōiuncte: in vniuersali medio possunt attingi media particularia quesita conseruando illud qđ de vniuersali medio prediximus: vt hoc affirmādo/ vel negando/ et dicitur medium quasi metis distinctum. Emanationes sunt dimidium/ via/ transitus/ perfectibile/ instrumentum/ perfectiuitas/ et ad ipsum medium reducuntur omnia cingula: vt zona/ corrigia/ et omnia instrumenta artificialia: vt malleus/ securis ꝛc. Omnia moralia: vt virtutes/ vitia/ et oīa intelligibilia: vt substātie/ et artes/ et omnis habit⁹ positiuus/ vel priuatiuus/ et omnia membra corporalia/ quibus principaliter operamur: vt oculus/ manus/ pedes ꝛc. et omnes actus et operationes/ quibus aliquid in esse ponitur: et omnes mensure/ quibus res mensurantur: vt linea/ figura ꝛc. et omnia que dicunt vinculum in terminū a quo/ et in terminum ad quem/ sacramenta/ et omnia opera misericordie/ et omnia precepta legis. ¶ Et nota ꝙ nō est incōueniens vnum et idem diuersis respectibus ad diuersa principia artis reducere/ seu applicare/

De medio et eius synonimis ac regula.

proxime dicta reducũtur ad bonitatem (vt dictum est) inquãtum bona sunt: et ad medium inquãtum medient inter principium ꝛ finem: reducuntur etiam ad medium, prepositiones dicẽtes motum/ vt in/per/per quid: per quem/ et omnia verba que dicunt motum/ vel transitum: vt vado/ pergo/curro/ ꝛ omnes compositiones quibus totũ efficitur ꝛc̃. De medio datur regula per respectum ad extrema/ ꝙ semper cõcludatur affirmatiue: vt omne medium arguit principium et finem: omnis vacuitas medij priuat finem: omne medium ponens extrema melius est priuatione ꝛc̃. ¶ Sub fine vniuersali sunt alij fines/ in quibus principia substantie quiescunt/ quando attingunt hoc quare sunt: sicut bonitas/ magnitudo ꝛc̃. que quietem habent: quando constituta est substantia: et substantia quãdo constitutus est angelus: aut corpus primum sequendo ordinem nature: ac etiã extra ordinem: vt in artificialibus: sicut principia ferri: que habẽt quietem in suo fine: qui est sub fine hominis: quoniã si homo nõ esset: principia illa finẽ non haberent: ꝛ ipse finis est generalis: in quo relucent ꝛ apparent fines speciales ꝫm processum artis sue. Emanatiões sunt perfectio/ effectus/ extremitas/ posterius/ vltimum/ quies/ status/ complementum/ adeptio ꝛc̃. Et dicitur finis complementum rei: et reducuntur ad ipsam omnes status perfecti: vt esse beatum/ felicem/ et gradus indiuiduales/ intentiones prime. Ad finem priuationis reducuntur omnes priuationes tam naturales/ ꝙ̃ morales/ ꝛ artificiales. De fine datur regula: ꝙ semper concludatur affirmatiue per posterius vltimum et terminationem: vt omne posterius arguit prius ꝛ vltimum primum/ terminatio principium/ et medium/ et omne existens esse/ et omne esse essentiam/ essentia naturam/ natura quiditatem/ et quicquid est persona id est suppositum indiuiduũ/ et singulare: et omnis finis propter se melior/ potentior fine propter aliud: nam summus finis est deus: quem omnes fines appetunt. ¶ Est maioritas substantialis et accidentalis: substantialis est/ vt possit esse imago immensitatis/ magnitudinis: cum sit ratio naturalis/ ꝙ in parte naturali reperiatur plus de similitudine ꝙ̃ in parte accidentali: quoniam substantia maior est quocunq̃ accidẽte (vt probatum est in tertia figura) et maioritas substantialis et accidentalis/ prout vniuersalis transmittit similitudinem suam in partes: quarum quedam sunt maiores alijs: et hoc ꝫm capacitatem recipientium. vnde Aristote. iij. de anima. Quicquid recipitur/ ad modum recipientis recipitur: et sic particulares maioritates relucent in vniuersali: cuius emanationes sunt superioritas/ sublimitas/ eminentia/ supereminẽtia/ transcendentia/ excellentia/ superexcellẽtia/ dominium/ regnum magis perfectum/ ꝛ magis plenum: magis sufficiẽs ꝛc̃. Et dicitur maioritas quasi maior superioritas: et reducuntur ad ipsam oẽs gradus dignitatis: vt esse dñm/ regem ꝛc̃. et omnia que dicunt excessum magnitudinis: vt summus/ maximus: et omnes gradus comparatiui/ et superlatiui: et de ipsa maioritate datur regula/ ꝙ semper concludatur affirmatiue per superius/ dignius/ et perfectius: negatiue vͦo per contrarium. vt omnis maioritas maior/ et nobilior est minoritate: nulla minoritas nobilior est maioritate/ patet: quia maioritas dicit superioritatem: minoritas vͦo inferioritatem: et quia maioritas/ equalitas/ et minoritas relatiue se habent/ eadem est disciplina.

De fine ꝛ eiꝰ synonimis ac regula.

De maioritate et eius synonimis ac regula.

¶ Est tamen equalitas substantialis / in qua sunt sustentate equalitates accidentales: et in qua finis concordantie/bonitatis/magnitudinis &c. quiescit: hac ratione bonitas / magnitudo &c. se habent substantialiter ad essendum partes equales substătie: hec equalitas in substantia existens transimittit similitudinē suā in operationibus ad extra: sicut homo qui sub ratione bonitatis/magnitudinis &c. agit aliquod opus equaliter bonum: et magnum substantialiter: & accidentaliter/substantialiter sicut homo/ qui equaliter generat hominem bonū & magnum: accidentaliter sicut medicus/ qui medicinam gradat: et de equalibus gradibus quătitatiue/et proportionabiliter: quătitatiue/quădo partes sunt in equali quantitate secundum pondus proportionabiliter: sicut gradare in decoctione primum gradum frigiditatis cum secundo gradu humiditatis &c. emanationes sunt iusticia /equitas/proportio/commensuratio/paritas/mēsuratio quiditatiua /mensura ponderatiua &c. et dicitur equalitas/ quasi equa entitas: et omnia que ad concordantiam reducuntur / ad equalitatem reduci possunt: nam idem est iudicium. Dicitur in arte/ ꝙ minoritas est ens circa nihil: quia nō est aliquid quod/sit ita proprie nihil sicut minoritas: quoniam si esse posset: minoritas non esset id quod est: etiam maioritas perderet esse suum: et hoc idem seq̄ret suo modo de equalitate q̄ stat inter maioritatē & minoritatē. ¶ Item/nō esse esset aliqd: qđ est impossibile: minoritas est pars substătie: in qua substētātur omnes minoritates aliorum principiorum: et per quam partes substantie se habēt ad non esse: sicut simplex bonitas/in qua est ita magna minoritas/qđ per seipsam esse nō potest: nec stare hoc quod est: sed oportet ꝙ sustētetur in illis partibus substantie: et quod sit in illis: & per illas: et quādo partes ille deficiunt bonitati/deuenit bonitas in priuationem per viā bonitatis/que cū minoritate habet concordantiam: in hac minoritate generali attingit veritas minoritatū spālium discurrendo per omnia obiectiue: et subiectiue: eius emanationes sunt infinitas/inferioritas/ paruitas/egentia/indigentia/miseria/seruitus/inopia/subijcibilitas /obligatio/defectus/ infirmitas/fragilitas / inuirilitas/imperfectum /mobile/ vacuum insufficiens/&c. Et dicitur minoritas quasi minor entitas: et ad ipsam reducuntur oēs gradus inferiores: vt esse vassalū scutiferum/seruū/et omnia priuatiua/ et oīa que dicunt cadentiā magnitudinis: vt penuria/paupertas: et omnes gradus positiui/cōparatiui/& superlatiui/ cum detrimento: vt neq̄/nequior/nequissimus: et omnes actus ī nihil tēdentes. et hec sufficiant.

De equalitate et eius synonimis ac regula.

De minoritate tercius synonimis ac regula.



His sic rimatis et exquisitis/reuertamur vnde digressi sum⁹. Est enim homo q est omnia participans naturam omniū creaturarū deducibilis per prīcipia et regulas secundū eius capacitatem: nā habita noticia eius/facile haberi potest noticia omniū creaturarum/quam eminēter in se continet: tamē perfectiori modo sine aliqua cōparatione deus benedictus: et vt punctum attingamus quem querimus/ vtrūq; scilicet deū et hoiem deducemus per principia predicta et regulas: vt in esse vnito perfectam habeamus noticiam omnium: nā regula est quedam vtilis ordinatio ex necessarijs principijs procedens/tanq̄ via

De natura mixta ex corporali et spūali/q̄ natura humana dicta est.

compendiosa seu medium veniendi ad finem: et licet multe sint regule: tamen ad presens tantum decem ponimus: quas doctor noster in quarta parte tractat: sunt ergo deus et homo deducibiles per predictas regulas: sed antequam ad talem deductionem deueniamus/ videndum est quot sunt regule: et quid vnaqueque in se sit: sunt enim decem regule regulantes intellectum ad debite respondendum: videlicet vtrum/ quid/ de quo/ quare/ quantum/ quale/ quando/ vbi/ quomodo/ et cum quo/ prima in ordine tractandi est vtrum: et sue species sunt dubitatio: que tanquam genus ponitur: et affirmatio/ et negatio/ quibus determinatur dubitatio secundum iudicium repertum in arte. ¶ Pro cuius euidentia est notandum quod si preponatur questio sub tali interrogatiuo: videlicet vtrum: vel an/ artista debet facere quatuor/ aut quinque per ordinem. Primo debet attendere circa sensum questionis. Secundo circa intentum querentis: an inuestigatiue/ aut tentatiue querat. Tertio debet supponere vtramque partem esse possibilem sub disiunctione. Quarto debet recurrere ad loca huius artis: in quibus explicata est talis questio. Quinto et vltimo debet ad questionem respondere secundum iudicium repertum in arte: et hec questio non dicitur ostensiua veritatis: sed inquisitiua veritatis: nec querit de aliquo sensibili sub tali ratione: quia tunc non indigeret intellectu: sed sensu secundum sententiam Aristotelis. nam qui querit an nix sit alba: non indiget intellectu/ sed sensu: et relinquere sensum et querere rationem est debilitatis intellectus: nec etiam querit de aliquo credibili sub tali ratione: vt simplices/ qui secundum Aristotelem a longe speculantur/ non debent querere sub dubitatione illa que fidei sunt: sed debent facere vt cecus/ qui non videt solem: sed credit videntibus/ qui constituti in ecclesia esse debent: ad quos scribit beatus Petrus in sua canonica dicens. Estote semper parati ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea re/ que in vobis est spe et fide: nec etiam questiones facti debent queri per hanc regulam: nam quis probabit Moysen recepisse a deo legem in monte Sinay: nisi credatur libris hebreorum? vel Iustinianum condidisse leges etc. nisi credatur historijs? inquantum talis questio est intelligibilis his quibus preponitur: et etiam interrogantibus admittenda est: aliter vero non. ¶ Item/ artista huius artis non debet captiuare intellectum aliqua opinione: sed vnunquodque per artem enudeare/ et probare secundum eius processum: que necessaria et verissima est: vt si queratur/ vtrum deus sit? respondendum est affirmatiue iuxta processum prime figure: et vtrum homo sit visibilis? et sic de alijs: vnde duo sunt actus intellectus: videlicet credere: et intelligere: et in generando scientiam intellectus primo credit/ vt finaliter intelligat: et sit successiuus in sua operatione: et talis actus non est sibi proprius: sed intelligere: ideo in tali actu credendi generantur fallacie: et per consequens opiniones: per actum vero intellectus generatur scientia: que est noticia habita de conclusione per premissas: ideo secundum istos duos actus triplex est syllogismus demonstratiuus/ videlicet dialecticus/ siue opinatiuus: et sophisticus. Demonstratiuus est secundum quem in habendo ipsum scimus: nam scire est rem per causam demonstrare seu cognoscere. ¶ Unde est notandum/ quod triplex est demonstratio: videlicet quia/ propter quid/ et per equiparantiam. ¶ Demonstratio

De his que artista considerare debet antequam ad questionem respondeat.

Quomodo generantur opiniones et fallacie et de triplici demonstratione.

quia est quando demonstratur causa per effectum: vt creatura est: ergo et creator: album est: ergo albedo: et talis est dialetica demonstratio. ¶ Propter quid est quãdo effectus demonstratur per suam causam: et id quod demonstratur / est necessarium: ex primo posteriorum. vnde Aristoteles in eodem. scientias demonstratiuam necesse est esse ex veris / et primis / et immediatis prioribus et notioribus causis conclusionis. Et principium demonstrationis est propositio immediata: qua non est alia prior: et in tali demonstratione media sunt in eodem genere cum extremis / ex vndecimo Metaphysices. et primo Posteriorum / ex eodem genere oportet vltima et media esse: vt patet in isto syllogismo: omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: in isto syllogismo due premisse demonstrant id quod est in conclusione: et illud vocatur scientia proprie dicta. ¶ Est alia demonstratio / que est potissima omnium aliarum: ex eo / quia altissima demonstrãtur per eam: vt sunt articuli fidei: et talis dicitur demõstratio per equiparantiam: et est quando equale minus notum demonstratur per equale magis notum: vt patet per totam primam figuram. ¶ His habitis / datur modus respondendi ad predictam questionem de vtrum: nã illud de quo est questio: vel se tenet cum esse / et perfectione / aut cum non esse et imperfectione: si cum esse et perfectione / talis dubitatio affirmatione est determinanda: si vero cum non esse et imperfectione / determinanda est negatione: et sic omne esse est affirmandum: omne non esse negandum: et omne perfectum est affirmandum: omnisque defectus negandus: vt in nostro proposito: vtrum deus sit. et vtrum homo sit visibilis. ¶ Quo ad primam questionẽ dicit quod sic: vt probatum est superius: nam bonum est ipsum esse et malum non esse: et posito ipso / omnia alia in esse poni possunt: et remoto / remouentur omnia: ideo necessarium est ipsum / non solum necessitate actus: quia est / sed et necessitate subiecti: quod aliter esse non potest: de homine non est dubium: quia sensui se offert: quamquam hoc videatur: tamen non est verũ absolute: cum obiectũ visus sit color proprie: iam homo absolute non videtur / prout ab omni posteriori absoluitur: sed bene per accidẽs: prout accidentia ducũt nos in noticiam eius vnde Aristoteles primo de anima. accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Et sic possunt causari paralogismi / seu fallacie: et deceptiones / credendo id esse verum quod est falsum: et econtrario. Et dabimus exemplum per omnes species regularum. est enim paralogismus apparens syllogismus: eo quod sophista vtitur secũdarijs rebus et extra naturã consideratis: artista vero veris cõditionibus primitiuis et naturalibus: ideo facile cognoscere potest oẽs fallacias / que sunt contra veritatem: vt patet in sequẽtibus: et primo / per primã speciẽ de vtrũ / que versatur circa possibile et impossibile paralogisatur sic / credendo vtrã que partẽ cõtradictiõis esse possibilẽ. nullũ dubiũ est affirmabile: quoddã dubiũ est affirmabile / ergo quoddã dubiũ est affirmabile et nõ est affirmabile: maior est duplex: eo quod ex sensibus cõtrarijs cõstat: nã nullũ dubiũ / inquãtũ dubiũ est affirmabile / eo quod dubiũ est nõ est de genere affirmatiõis / alio modo est affirmabile propter hoc / quia dubiũ est actu: cum quicquid est actu sit affirmabile: minor simpliciter est vera: eo quia

De questionibus et regulis artis et primo de vtrum.

De modo paralogisandi per omnes regulas huius artis et prime per vtrum.

ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶Per secundam speciem nulla affirmatio est negabilis: quedam affirmatio est negabilis: ergo quedam affirmatio est negabilis ⁊ non est negabilis: maior est duplex: eo quia habet duos sensus contrarios: sed quod affirmatio inquantum affirmatio non est negabilis: eo quia inquantum huiusmodi non est de genere negationis: sed inquantum affirmat falsum est negabilis: sicut si dicatur: homo est lapis/ maior simpliciter est vera: eo quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶Per tertiam speciem nulla negatio est affirmabilis: quedam negatio est affirmabilis: ergo quedam negatio est affirmabilis / ⁊ non est affirmabilis: maior est duplex: eo quia primo modo negatio inquantum negatio non est affirmabilis: quia inquantum huiusmodi non est de genere affirmationis: sed inquantum negat verum est negabilis: sicut si dicatur. deus non est: minor simpliciter est vera: eo quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶Questio de quid querit de duplici quiditate intrinseca ⁊ extrinseca siue absoluta/ ⁊ respectiua: ⁊ secundum hoc quatuor sunt species eius: vȝ quid est in se: ⁊ quid habet in se absolute: quid est in alio: ⁊ quid habet in alio respectiue: vt si queratur de deo/ quid deus est in se: dicitur quod est illud supremum bonum / quo maius excogitari non potest. ¶Per secundam speciem habet quicquid perfectionis est in se: vȝ bonitatem supremam/ magnitudinem infinitam/ eternitatem ⁊c. ⁊ hoc formaliter ⁊ essentialiter: coessentialiter autem habet suas proprietates personales. ¶Per tertiam speciem est in alio gubernans/ conseruans/ glorificans ⁊c. ¶Per quartam speciem habet in alio dominium/ ⁊ potestatem ⁊c. de homine si queratur quid est in se: dicendum est quod est animal rationale. ¶Per secundam speciem habet in se corpus ⁊ animam. ¶Per corpus habet animal/ corpus animatum/ corpus primum nature in eo specificatum ⁊ per corpus substantiam/ per substantiam bonitatem/ magnitudinem ⁊c. ⁊ per animam habet similiter substantiam ⁊ spiritualitatem. b autem. ⁊ per substantiam habet bonitatem/ magnitudinem ⁊c. ⁊ sic duobus modis est homo discurribilis spiritualiter/ ⁊ corporaliter: sed quia doctor noster discurrit intellectum in arte ⁊ per illa que dicta sunt de eo ⁊ de inclusis formaliter in corpore eius notitia haberi potest: cum noticia totius dependeat a noticia partium. ¶Sed pro maiori eius euidentia/ quo ad suum esse totale ipsum discurremus: habet ergo formaliter predicta: ⁊ sic sua bonitas est constituta ex duabus bonitatibus: vȝ corporali ⁊ spirituali: ex duabus magnitudinibus ⁊c. tamen nobilior/ perfectior/ durabilior/ stabilior/ potentior/ sapientior/ desiderabilior/ virtuosior / verior/ ⁊ gloriosior est anima quam corpus / ⁊ spirituali bonitate quam corporali: ⁊ quamuis eadem sit substantia ex parte corporis ⁊ anime: ⁊ per consequens eadem bonitas / magnitudo ⁊c. absolute tamen quia ratione spiritualitatis maiorificantur contracta ad esse anime/ idcirco predicta verificantur de ipsa. ¶Per tertiam speciem quid est homo in alio distinguendum est: vel querit de homine in esse obiectiuo ⁊ specifico: vel de homine in esse subiectiuo ⁊ particulari: si obiectiuo/ est in suis particularibus actu/ aut potentia precise includens quiditatem/ naturam essentiam/ ⁊ esse essentie / in esse vero subiectiuo et particulari/ vt Adam tempore innocentie erat iustus in iusticia et rectitudine eius mentis ad deum/ et in generatio

De secunda questione p. C. designata ⁊ eius modo pralogisandi.

ne actiua fuit pater generando suum filium Caym &c. Per quartam speciem homo b3 in alio quicquid b3 in se obiectiue/subiectiue vero b3 dominiũ I seruo et rex in regno &c. Per primam speciem de quid paralogisatur. sic nulla diffinitio ẽ diffinitũ: quedã diffinitio est diffinitum: ergo quedam diffinitio est diffinitũ/et non diffinitũ: maior est duplex: eo q2 pr̃o mõ diffinitio inquantũ diffinitio nõ est diffinitũ: qm̃ inquãtũ hm̃i signũ cẽt signatum: cũ diffinitio sit signum diffiniti: sed inquantum per diffinitionem et diffinitum eadem res importatur: vnum est reliquum: et ecõtrario/minor simpliciter est vera: qm̃ ponẽdo secũdũ sensum maioris priuat primũ. Per scdã spẽcie arguitur sic. nullum ens habet in se seipsum: sed quoddam ens b3 in se seipsum: ergo quoddã ens b3 in se seipsum: et nõ habet in se seipsum: maior est duplex: quia primo modo intelligitur in creatis: nam habitus et habituatus differunt/sicut accidens et subiectũ: sed secundo modo in deo/inquantum deus pater habet in seipso deũ filium: habet in seipso deum per essentiam: qui non differt/sicut habitus & habituatus: sed sicut gignẽs et genitus idem per essentiam diuinam existentes: maior simpliciter est vera: quia concedendo secundum modum maioris priuat primum. Per tertiam speciem arguitur sic. nullum ens est in alio hoc quod est in seipso: sed quoddam ens est in alio hoc quod est in seipso: ergo quoddam ens est in alio hoc quod est in seipso: et non est in alio hoc quod est in seipso: maior est duplex: quia primo modo intelligitur de creatis/in quibus in se/et in alio non sunt idem: sed secundo modo in deo deus pater est in deo filio id quod est per essentiam in seipso per bonitatem/infinitatem et huiusmodi. minor simpliciter est vera: quia concedendo secundum modum maioris priuat primum Per quartã speciẽ arguit̃ sic. nullũ ens habet primo et per se in alio hoc quod habet primo et per se in seipso: sed quoddã ens habet primo et per se in alio hoc quod habet primo et per se in seipso: ergo quoddam ens habet primo et per se in alio hoc quod habet primo et per se in seipso: et non habet primo et per se in alio hoc quod habet primo/et per se in seipso: maior est duplex: quia primo modo intelligitur in creatis/in quibus essentie sunt diuerse: et esse diuersa habent: eo quia differunt numero: sed secundo modo in deo deus pater habet primo & per se essentiam et esse in seipso: et primo et per se in filio eandem essentiam/idẽ esse minor simpliciter est vera: quia concedendo secundum modum maioris priuat primũ. ¶ Questio de quo querit de materialitate rei/a qua res deriuatur materialiter: et sic habet tres species. Per primam speciem queritur de quo est ens primitiue: et respondendum est scdm̃ respectum quem habet ad sua inferiora ꝙ de nullo: sed est primum subiectum in sua coordinatione: vt si queratur deꝰ de quo est primitiue: dicendum est ꝙ de nullo: sed est primum ens/a quo effectiue omnia alia habent esse: homo etiam primitiue de se est in esse obiectiuo: todes particulares homines ab eo habent esse. Per secundam vero speciem est deriuatiue secundum respectum quem habet ad sua superiora: a quibus deriuatur nam ipse est de materia prima omnium generabilium et corruptibilium: deus tamen de nullo est deriuatiue: quia non de aliqua materia preexistenti: cu3 sit infinitus et eternus: homo vero quia finitus/et limitatus est de materia specifica

De tertia q̃stione p. d. de signata et ciꝰ modo paralogisandi.

et forma compositus: videlicet de corpore/et anima: nam anima adueniens corpori componit hominem: et ipsum sub specie humana reponit/componendo sua principia innata cum principijs innatis corporis: et sic ex duabus naturis composita est vna substantia et natura: videlicet humanitas et suum concretum siue esse/est homo in esse specifico: in singulari vero esse ad quod ordinatur et in quo reatur est hic homo: videlicet sortes vel Plato. ¶ Ex quibus patet ibi esse plures deriuationes essentiales/et cōceptionales: de essentialibus satis ex superioribus patet: de conceptionalibus vero patet ex his que sequūtur. Prima est nature a quiditate. Secūda essentie a natura. Tertia esse ab essentia. Quarta esse singulare ab esse essentie. Quinta est esse existētie ab esse singulari: et licet non dicantur proprie deriuationes: ex eo/quia non arguunt materiam: tamen earū retinēt modum. Per tertiā speciem queritur/cuius est deus: et dicē dum est/quod suijpsius: homo vero est dei: et sortis/aut Platonis. Per primam speciē paralogisatur sic. nullū ens est de nihilo: quoddā ens ē de nihilo: ergo quod dā ens est de nihilo/et nō ē de nihilo: maior est duplex: eo quia/primo modo si intelligatur materialiter est vera: quoniam non esse non est materia entis: sed si intelligatur creatiue/et non materialiter: omne ens est de nihilo: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem sic. Nullum hile est de forma: quoddam hile est de forma: ergo quoddam hile est de forma et non de forma: maior est duplex: quia primo intelligitur in creatis/in quibus forma et materia sunt diuerse essentie: sed secundo modo si intelligatur in deo/filius est generabilis a forma patris ab omni materia denudata: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primū. Per tertiā speciē arguitur sic. Nullus subditus est de suo dño: quidam subditus est de suo domino: ergo quidam subditus est de suo domino et non de suo domino: maior est duplex: videlicet/quo ad materiam/et quo ad moralitatem: quoniam primo modo seruus non est de essentia domini sui: sed secundo modo est de domino eius: minor simpliciter est vera: quia ponendo secū dum sensum maioris priuat primum.

De questiōe de quare per c. designata et eius modo paralogisandi.

¶ Questio de quare habet duas species videlicet quare formaliter: id est per quam rem habet esse: et quare finaliter/id est propter quam rem: vt si queratur de deo per primam speciem quare est: dicitur quod non est per aliquam causam effectiue/aut essentialiter: cum ipse sit causa causalissima a nulla causa causata: sed omnia ab ipsa: aliter nō esset id quod est: videlicet ens infinitum et eternum/sed limitatum. Potest tamen dici quod formaliter est bonus/magnus etc. si vero queratur de homine/dicendum est/quod ipse effectiue est per deum: et essentialiter habet esse per suas partes essentiales: que sunt corpus et anima: et per secundam speciem si queratur/quare est deus: finaliter dicitur quod deus non est propter aliquam rem extrinsecam: vt patet per eius diffinitionem superius assignatam: tū potest dici/quod essentia diuina est/vt sit emanatio proprietatum ab ea: aliter esset ociosa/vacua/et carens fine: et deus pater est vt sit filius: et pater/et filius vt sit spiritus sanctus. De homine autem dicitur quod est/vt multiplicet suam speciem vltimate tamen: vt deum intelligat: et amet: et quia anima est superior pars hominis: quo ad nobilitatem/

virtutem/ &c. agit homo secundum talem potentiam in inferioribus/ gubernando illa & mouendo ad finem quare sunt: & durat ipsa anima durante humido radicali (de quo inferius dicetur) sed quia humidum nutrimentale sibi deficit: ex eo/ quia est in continuo motu influendo et refluendo per contrarias qualitates paulatim diminuitur/ & consumitur: & sic deficiente humido nutrimentali deficit humidum radicale/ ex quo anima viuit/ seu conseruatur: & sic deficiente tali humido radicali/ recedit anima: ex eo quia non habet subiectum dispositum/ quo possit esse coniuncta: ideo finaliter oportet/ quod querat alium finem: et quando recedit/ portat secum species/ quas in via acquisiuit: quibus cognoscat finem iudicium sibi datum: veniam/ et huiusmodi: et sic plures sunt fines hominis subordinati. Ultimus tamen est intelligere: et amare deum propter quem creata sunt: et sic mediante homine finem in Christo attingunt: vt inferius dicetur. ¶ Per primam speciem de quare paralogisatur sic. Nullum quare est propter finem: sed quoddam quare est propter finem: ergo quoddam quare est propter finem et non propter finem/ maior est duplex: quia vno modo in creatis quod est forma non est terminus ad quem: sed secundo modo in deo non est sic: quia deus pater est forma a qua: et est pater/ vt sit filius ab ipso genitus: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶ Per secundam speciem sic. Nullus finis est propter quare: sed quidam finis est propter quare: ergo quidam finis est propter quare: et non est propter quare. maior est duplex: quia in creatis finis non est de essentia forme: sed in deo non est sic: quoniam in ipso finis et forma sunt eadem essentia ab omni materia disparata: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶ Quantum est questio querens de duplici quantitate: continua videlicet/ et discreta. continuum secundum Aristotelem in predicamentis: est cuius partes copulantur ad vnum terminum communem: discretum vero est cuius partes non copulantur ad vnum terminum communem: tunc si queratur vtrum deus sit quantus tali quantitate continua: et dicitur quod non: ex eo/ quia non habet partes/ quoniam si haberet partes: iam esset finitus et limitatus per suas partes: homo vero qui ex pluribus partibus constat/ est quantus tali quantitate continua/ ac etiam et discreta: ex eo quia discreta causatur ex diuisione continui: secundum mentem peripatheticorum tamen tunc non erunt due species immediate quantitatis: si vna dependeat ab altera: nec per consequens opposite: est ergo homo quantus tali quantitate/ videlicet continua/ inquantum sua essentia pluribus essentiis copulatur: et quia participat naturam omnium rerum corporalium/ et spiritualium: iccirca sua essentia est magis extensa/ quam aliqua alia essentia creata: et ratio huius est: nam homo maiores perfectiones in se continet: dato quod peccatum non haberet: ex eo/ quia secundum Augustinum in de ciuitate dei/ angeli & anime sunt equales natura: & cum homo vltra includat elementatiuam/ vegetatiuam/ sensitiuam/ et imaginatiuam/ que perfectiones sunt: ergo &c. si dicas quod natura angelica intensiue illas continet cum portio superior contineat inferiorem: verum est: tamen dato quod anima & angelus sint equalis perfectionis/ semper homo maior erit in perfectione angelorum: tamen vtrum/ quod ratione peccati primi parentis angelica

De questione de quanto per f. designata & eius modo paralogisandi.

natura est magis communiter intensa. Per tertiam species est vnus in esse ob iectiuo vnitate specifica/ et plures per accidens subiectiue: iuxta illud Porphi rii in suis vniuersalibus participatione speciei plures homines sunt vnus ho mo: deus est trinus in personis/ et vnus in essentia: tamen talis quantitas non est accidentalis: cum nullum accidens sit in deo: sed est substantialis. Per pri mam speciem paralogisatur sic. nullum quantum continuum est compositum: qd dam quantum continuum est compositum: ergo quoddam quantum conti nuum est compositum/ et non compositum: maior est duplex: quoniam in crea tis simplex intensum continuum non habet/ ex quo sit compositum: sed respectu prime cause omnia sunt composita: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem sic. Nulla quantitas discreta est quantificabilis: quedam quantitas discreta est quantificabilis: ergo quedam quan titas discreta est quantificabilis/ et non quantificabilis. maior est duplex: quia quod est in facto esse/ non est in fieri inquantum huiusmodi: sed potest esse iterum in fieri ratione multiplicationis compositi/ aut numeri: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶ Quale est questio/ siue re gula/ queres de duplici qualitate: propria vel/ et appropriata. ¶ Pro cuius eui dentia est notandum/ quod proprietas propria est in duplici differentia: quedam est substantialis: et quedam accidentalis. proprietas substantialis identificatur realiter cum eo/ cuius est proprietas: quod probatur sic. omne prescindens a quocunque posteriori identificatur realiter cum omni incluso in eo: sed homo inquantum homo est prescindens a quocunque posteriori: ergo in tali esse identificatur reali ter cum omni incluso in eo: sed risibilitas que proprietas est includitur in homi ne: ergo identificatur cum ipso realiter: maior prime consequentie est nota de se: et minor manifestatur per illam dictionem reduplicatiuam inquantum: que solum ponit illa que sunt de essencia rei. ¶ Quo ad secundam consequentiam etiam patet: nam homo inquantum homo habet potentiam ad actum ridendi: aliter non posset peruenire ad ipsum actum: nec deus posset ei dare/ si non esset capax illius proprietatis et eius receptionis in tali esse. Est alia proprietas extrinseca: que est de genere accidentis: et nil aliud est/ quam similitudo proprietatis substantialis: pro ut ordinatur exterius: nam quando homo est in proxima dispositione: et ordina tur actu ad actum ridendi: tunc fundatur in proprietate substantiali quedam aptitudo accidentalis: que est posterior apto nato/ et talis est de genere ac cidentis: et habet pro termino actum ridendi ad extra: et talis non modo distin guitur (vt volunt thomiste) realiter a subiecto: sed etiam essentialiter genere sub alterno: et se totis subiectiue. substantialis vero et intrinseca formaliter/ secundum scotistas. Qualitas vero appropriata siue communis/ est que pluribus conuenit: vt albedo/ nigredo/ siccitas/ que propria est terre appropriatur igni: et caliditas ignis aeri: et humiditas aeris aque/ et frigiditas aque terre: etc. in deo est proprie tas substantialis: nam quecunque sunt in deo cum designatione infinitatis/ immensitatis et dei tatis sunt ei propria/ substantialiter tamen et ad intra paternitas est propria pa tri/ et filiatio filio: spiratio vero passiua spiritui sancto. ¶ Per primam spe ciem paralogisatur sic. nulla propria actio est propria passio: sed quedam propria

Questio de qualit. Et de signata et eius modo paralogi sandi.

actio est propria passio: ergo quedam propria actio est propria passio ⁊ non pro
pria passio. maior est duplex: quia in creaturis actio ⁊ passio essentie sunt diuer
se/ratione diuersitatis forme ⁊ materie: sed in deo actio ⁊ passio in essentia non
diuersificantur: eo quia ab omni materia sunt disperse: licet sit distinctio per-
sonarum: eo quia relatiue se habent. minor simpliciter est vera: quia ponendo se
cūdiū sensum maioris priuat primū. Per secundā speciē sic. Nulla propria qua
litas est qualitas appropriata: sed quedam propria qualitas est qualitas ap-
propriata: ergo quedam propria qualitas est ꝓpria ⁊ appropriata. maior est du
plex: quia proprium non potest esse appropriatum: nec cōtrario respectu eiusdē
⁊ si sic/destrueretur numerus: quod est impossibile: veruntamen qualitas que est
propria qualitas ignis/est qualitas appropriata aeri: eo quia non differunt spe
cie. minor simpliciter est vera: eo quia ponendo sm̄ sensū maioris priuat primū
¶ Questio siue regula de quando querit de duratione rei secundum eius per- De q̄st
manentiā: ⁊ est triplex/videlicet eterna/euiterna/⁊ temporalis. ad habendam p- q̄n p. [illegible]
fectam noticiam durationis cuiuslibet rei recurrendum est ad regulas: vꝫ. c. d. gnata ⁊
k. ⁊ per species earundem discurrere illud de quo est questio: qua duratione mē mō pal
suretur: ⁊ secundum iudicium repertum in eis respondere debet ad questionem: sandi.
nam si queratur de deo quando est: videndum est primo quid sit: et de quo est: ⁊
quomodo est: ⁊ cum quo est: sed quia ipse est ens immensum (vt probatum est in
prima figura) quo maius excogitari non potest: ergo eternum: ⁊ sua duratio est
interminabilis vite tota simul existens perfecta possessio: ⁊ sic amplectitur om
nem durationem in se: ⁊ sic totum tempus primi mobilis non est nisi instans:
(vt ita loquar) in eternitate: sic deus est in qualibet differētia duratiōis/in quo
libet momento: ⁊ instanti temporis: ⁊ extra non tanq̄ ens comprehensum: sed
tanq̄ ens comprehendens. Euiterna duratione mensurantur omnes effectus
immediati prime cause: videlicet angeli/anime/corpora celestia/quatuor demen
ta/vegetatiua: sensitiua/⁊ imaginatiua/homo vero licet perpetue esset duratio
nis: quia deus creauit ipsum ad vitam ⁊/ non ad mortem: tamen propter pecca-
tum primi parentis mors orta est in eo: ⁊ licet separatio anime a corpore sit vio-
lenta: aliquando tamen terminabit: cum nullum violentum sit perpetuum: pre
sertim cum anima dicta sit ab animando: quod sibi perpetuo competit: ideo fru
strari a tali proprietate non potest. vnde habetur in Apocalypsi. Uidi in altari
dei animas interfectorum clamantium/domine vendica corpus nostrum/seu san
guinem qui expersus est supra terram. textus habet; vindica /sed illud non vide
tur rationi consonum; quia anime beate non querunt vindictam: sed se con-
formant cum voluntate diuina: sed debet ibi esse vendica/idest da corpus no-
strum: ⁊ manifestatur ex responsione: nam responsum fuit eis/q̄ expectarent ad
huc modicum: ⁊ ei daretur duplex stola/vna ratione corporis; ⁊ alia ratione ani
me: ideo talis clamor est anime naturalis/in quantum appetit suum corpus
actu informare: quod habitudinaliter informat: ⁊ sic homo interior non mori-
tur/vñ nō dicim⁹/aīa Petri ora ꝓ nobis: sed sancte Petre: qd̄ minime dici pos
set/si ipse non exerceret suas operationes cū habitu ⁊ inclinatione ad corpus:
et probari potest resurrectionem hominum esse futuram: vt inferius patebit

Temporali duratione mensurantur omnia generabilia/ ⁊ corruptibilia: ⁊ causatur a primo mobili mensurante motum secundum prius ⁊ posterius cuiuslibet rei mote per agentia naturalia: ⁊ sic diffinit ab Aristotele tertio physicorū. Tēpus est mora motus rerum mutabilium secundum prius ⁊ posterius. Per primam speciem regule de quando paralogisatur sic. Nulla essentia temporis est successiua: sed quedam essentia temporis est successiua: ergo quedam essentia tēporis est successiua ⁊ non successiua: maior est duplex: quoniam non est successiua quo ad suum numerum: videlicet quo ad suum esse: sed est successiua quo ad subiectum/ in quo subiecto multiplicantur hore/ dies/ ⁊ huiusmodi/ causa motus subiecti. minor simpliciter est vera: q̃ ponendo scđm sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem sic. Nulla successio est instantanea: sed quedaꝫ successio est instantanea: ergo quedam successio est instantanea ⁊ non instantanea: maior est duplex: quoniam instantaneitas/ ⁊ successio differunt specie: sed est instantanea per hoc/ quia est in suo numero suum esse in sua essentia permanens: minor simpliciter est vera: quoniam ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ❡ Questio siue regula de vbi querit de localitate rei: et quia triplex est localitas: videlicet immensiua/ diffinitiua/ ⁊ circūscriptiua/ gratia huius vnumquodq̃ discurribile est per regulas c d k. ⁊ per earum species/ ⁊ secundum iudicium repertum in eis respondendum est ad questionem de vbi: vt si queratur vbi est deus: videndum est primo quid sit deus secundūz quatuor species de quid: inde de quo est secundum tres species/ de quo/ demum/ quomodo ⁊ cum quo est/ secundum octo earum species: quo facto/ respondeat ad questionem/ videlicet quod deus est vbiq̃: ex eo/ quia est ens immmensum/ quo maius excogitari non potest: ⁊ est interior rei ipsa re (teste Augustino) ⁊ sic est in quolibet puncto indiuisibili/ non tanq̃ ens comprehensum a loco: sed tanq̃ ens comprehendēs locū/ ⁊ omnia que in rerum natura sunt: ⁊ hoc ostendit sua immensitas. Angelus vero est in loco diffinitiue: quia non est vbiq̃/ quemadmodū de⁹: sed suis terminis finiť ⁊ terminatur. Ubi enim operatur/ ibi est: naꝫ si est in oriēte non est in occidente. Homo vero qui corporalis est: est circunscriptiue in loco: ⁊ talis locus est habitudo locantis ad rem locatam/ videlicet ad hominem locatum. Per primam speciem de vbi paralogisatur sic. Nullus locus est collocatus: sed quidam locus est collocatus: ergo quidam locus est collocatus: ⁊ non collocatus: maior est duplex: quia locus ⁊ locatus differunt/ sicut accidens ⁊ substantia: que est suum subiectum/ in quo: sed locus qui est pars coessentialis corporis ⁊ collocatus in ipso corpore/ sicut pars in suo toto: minor simpliciter est vera: quoniam ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem arguitur sic. nullus locus est extra motum: sed quidam locus est extra motum: ergo quidam locus est extra motum ⁊ non extra motum/ maior est duplex: quia locus idest genus ⁊ motus vt genus sunt partes generales totius vniuersi/ quarum vna pars est in alia: vt totum chaos sit vnum quantum continuum: veruntamen locus in quo chaos est collocatus est extra motum: eo quia chaos non moueť per lineas rectas diametrales. minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ❡ Questio siue re

[Margin:] .. q̃stiōe de vbi p. I. designata ⁊ eius mō palogisandi.

[Margin:] De q̃stiōe d q̃ mō p. K. designata ⁊ eius mō palogi-

gula de quomodo querit de modalitate rei: que quidem modalitas distinguitur contra formalitatem: vt in secunda figura dictum est: et sic ad questionem de quomodo generaliter respondendum est per medium gerundium/aut per aduerbia terminata in e/vel in er/exemplum primi. vt si queratur. quomodo est anima in corpore: respondendum est secundum suam diffinitionem/quod vniendo nam anima rationalis est spiritus corpori vnitus: vnde positio/et dispositio materie arguit positionem forme: vt ab Aristotele/actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: et quomodo est anima in homine: dicitur quod componendo ipsum: et ratio est: quia omnis positio medii arguit positionem extremorum/a quibus dicitur. Et si queratur/quomodo homo est in suis partibus: dicitur quod resultando ex ipsis: nam positio ordinatorum ad finem arguit positionem finis ex illis/et quomodo homo transmittit extra se suam similitudinem/et suarum partium: dicitur quod operando: nam omne agens respicit rationem forme: et ratio forme rationem substantie. exemplum secundi. vt quomodo viuit petrus moraliter/aut vitiose. etc. Per primam speciem de quomodo paralogisatur sic. Nulla pars est partiabilis: quedam pars est partiabilis: ergo quedam pars est partiabilis/et non partiabilis: maior est duplex: quia pars postquam est actu/non est in fieri: cum sit in facto esse: veruntamen quia deducitur de potentia in actum successiue est partiabilis: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem sic. Nulla pars est in parte: sed quedam pars est in parte: ergo quedam pars est in parte et non in parte. maior est duplex: quoniam si pars esset in parte/esset totum/videlicet compositum: veruntamen est pars in parte/vt compositum sit quantum continuum. minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per tertiam speciem. nullum totum existit in partibus suis: quoddam totum existit in partibus suis: ergo quoddam totum existit in partibus suis/et non in partibus suis existit. maior est duplex: quia si totum existeret in partibus suis/esset contentum ab ipsis: veruntamen existit in partibus suis/per hoc quod est compositum ex ipsis: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per quartam speciem arguitur sic. Nullum totum transmittit extra se suam similitudinem: sed quoddam totum transmittit extra se suam similitudinem: ergo quoddam totum transmittit extra se suam similitudinem: et non transmittit extra se suam similitudinem: maior est duplex: quoniam non transmittit extra se suam similitudinem: quia si sic/ageret extra se: veruntamen transmittit extra se suam similitudinem: sicut homo verus qui causat extra se suam similitudinem: videlicet hominem pictum/minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Questio siue regula de cum quo querit de instrumento rei: et quia instrumentum est triplex: videlicet naturale/morale et artificiale. ideo de quolibet istorum queri potest per regulam: et primo de naturali quo deus generat filium: etiam dicendum est quod intellectu/et pater/et filius spirant spiritum sanctum voluntate: et pater/filius/et spiritus sanctus producunt creaturas eadem voluntate vt in secundo obiecto. Suo modo dicendum est de homine. instrumenta moralia sunt virtutes/quibus creatura rationalis regulat suos actus: vt inferius dicetur.

De questione de cum quo per R. designata/et eius modo paralogisandi.

instrumenta artificialia sunt/vt malleus/quo faber edificat domum: calamus quo homo scribit:et sic de alijs. Per primam speciem arguitur sic. nulla pars est cum parte:sed quedam pars est cum parte:ergo quedam pars est cum parte et non cum parte: maior est duplex: quod pars non sit cum parte patet in hoc: quia si sit simplex causaret simplicem: quod est impossibile: veruntamen est pars cum parte in componendo compositum: siue totum /minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem sic. nulla pars habet cum quo sit in alia: sed quedam pars habet cum quo sit in alia: ergo quedam pars habet cum quo sit in alia: et non habet cum quo sit in alia: maior est duplex: quoniam si pars haberet cum quo esset in alia/ haberet per se habitum et essent in subiecto composito tot habitus/ quot essent sue partes: quod est impossibile: veruntamen pars habet cum quo sit in parte ratione totius: quod non posset esse totum continuum sine hoc: videlicet quod pars non esset in parte: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per tertiam speciem sic. nulle partes habent cum quo sint totum: sed quedam partes habent cum quo sint totum: ergo quedam partes habent cum quo sint totum: et non habent cum quo sint totum: maior est duplex: quia si partes haberent cum quo essent totum: illud cum quo haberent/non esset de essentia totius/ neque de essentia earum: veruntamen habent cum quo sint totum per seipsas: cum quo componunt substantiam: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per quartam speciem sic. Nullum totum habet cum quo transmittat extra se suam similitudinem: sed quoddam totum habet cum quo transmittat extra se suam similitudinem: ergo quoddam totum habet cum quo transmittat extra se suam similitudinem: et non habet cum quo transmittat extra se suam similitudinem. ostenditur per hoc: quia si sic/illud quo esset totum possessum a toto composito: quia ipsum haberet: quod est impossibile: veruntamen totum habet cum quo transmittit extra se suam similitudinem: sicut intellectus cum suis coessentialibus correlatiuis/cum quibus facit res intellectas/scilicet lapides/plantas/et huiusmodi: minor simpliciter est vera/ quoniam ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Et hec de regulis sufficiant.

De natura mixta ex corporali et spirituali dicta natura humana.

In superioribus dictum est: quod deus debuit creare mundum ornatum / et perfectum/ cuius ornatus et perfectio consistit in tribus naturis: videlicet in mere spirituali /mere corporali/et mixta. Ex spirituali et corporali que natura humana dicta est: et in his tribus relucet diuina trinitas secundum quid/et diuina vnitas: trinitatem tamen representant/inquantum inter se differunt: et vnitatem / inquantum conueniunt: et identificantur in vna et eadem substantia: que primum ens (ab Aristotele dicitur) a quo omnia dependent: et sic totus mundus est trinus et vnus. ¶ Quod predictas tres naturas debuerit deus ad ornatum et perfectionem vniuersi creare/manifestatur: et primo de prima: nam deus est intellectus purus sine intelligentia: ideo sibi magis competit creare naturam intelligentem: quam aliquam aliam naturam/ex eo/quia natura intelligens potest habere noticiam infinite perfectionis dei: et eam amare: et memorari/eaque frui: et potest intelligere se et cum ea creata: et diligere vt ei congruit: ergo sequitur quod talis natura debet esse in mundo: alr

deo competeret creare magis id quod esset minus/ꝙ id quod esset maius:vz naturam non intelligentem/que de se/nec de deo noticiam habere non posset/ nec quiescere in tali actu:quod est inconueniens. Debuit etiam creare naturam corporalem :vt opposita iuxta se posita clarius elucescāt:si ergo deus creauit naturam:que vere intelligit/amat/et memoratur/non habentem in se longitudinem /latitudinem/profunditatem ꝛc. ergo debet creare eam/que non intelligit:et que sunt opposita spiritualitati:sequitur ꝙ deus ab itellectualibus creaturis per experientiam minoritatis magis/et melius potest itelligi:diligi/ꝛ memorari/et ipse res spirituales in eo magis gloriari: ergo natura corporalis debet esse:aliter deus deficeret maiori noticie sui ꝛ beatitudini spiritualiū: quod est falsum:ergo ꝛc.etiam potestas dei magis ostenditur in pulchritudine omniū rerum corporalium/si eam creat:ꝙ si illa pulchritudo non esset:et res corporales si sunt create sicuti sunt/habent in se magnam perfectionem:vt patet per experientiam /in quibus sapientia diuina relucet:et valde ostenditur itellectui creato/et non sibi:cum sit eternus:et non indigeat aliquo:ergo sequitur ꝙ deo competit creare naturam corporalem:vt ostendat suam maximam perfectionem: et omnes predicte res in eo suo modo quiescant:debet ergo mundus in se continere vniuersaliter duas naturas:videlicet spiritualem/et corporalem/sine quibus nullo modo potuit esse sine defectu:qđ est cōtra sapiētiā/volūtatē/pfectionē dei ꝛc.sed quia deus potest a rebus intellectualibus intelligi/amari/et memorari:et ipse res in eo quiescere:et natura corporalis consistit naturaliter in vacuitate intellectualitatis:quia deum/et se intelligere non potest:et deus est perfectus:ꝛ debet dare sibi tantam perfectionem/sicut possibile sit sibi recipere per posse eternum:maiorem perfectionē deus non potuit dare nature corporali/nisi per incarnationem:vz vniendo eam cum spirituali natura supra cursum naturaliter ꝙ ex ambabus fecit ad eius similitudinem vnum suppositū/vz Adā in quo tres nature relucent:videlicet spiritualis/corporalis/ꝛ mixta: que dicta est humana:ideo dicitur microcosmus/idest paruus mundus: ꝛ quia nobilior forma nobiliorem arguit materiam:ꝛ cum anima rationalis sit nobilior forma que dari possit:nobilius omnibus arguit corpus:idcirco corpus humanum habere debebat dominium supra omnia alia corporalia:et sic est finis omnium ratione vnionis anime rationalis:in qua vnione natura corporalis tantam perfectionem recipit per creationem/quantam dare possibile fuit per potestatem diuinam:ideo oportuit ipsum corpus esse ita bene proportionatum/factum et ordinatum/quod posset in tanta altitudine/ꝛ tanta perfectione/qua maior intrinsece dari non posset:aliter defuisset deus rationalitati/non ornando ipsam de pulchro corpore:ratiōe cuius inordinationis melius posset deum diligere/recolere/ꝛ amare/ꝛ deo frui:ꝛ in via meritum acquirere in illa maiori maioritate/que fuit possibilis:facta est ergo participatio spiritualium/ꝛ corporaliū principiorum in vnitate persone in maiori gradu perfectionis/qui dari potuit dempta tamen vnione dei verbi ꝛ hominis in Christo. ¶ Et nota ꝙ licet in primo parente Adam vnio anime rationalis/informatio/ꝛ resultatio totius in instanti temporis facta fuerint/ex eo:quia ab agente supernaturali/fuerunt

De c... toti...

tamen prioritates nature: nam illa que primo sunt: primo uniuntur/ et sic quiditas corporis primo unita fuit quiditati anime/ quam natura nature: et primo natura corporis nature anime/ quam essentia essentie/ et primo essentia corporis essentie anime/ quam esse esse/ et esse corporis esse anime/ quam singularitas singularitati: et in tali esse essentie dicitur natura specifica humana/ et realis: deinde resultat singularitas totius: videlicet hominis ex singularitatibus partium: videlicet corporis et anime/ a qua dictus est hic homo: videlicet Adam.




Deus sicut sciuit locum supremum beatitudinis: et locum infimum communem: ita constituit locum medium specialem: qui participat (ut ita loquar) naturam extremorum: et talis locus debet esse pulcher: ex eo quia in eo habitare et esse debebant spiritualia: et quia homo communis est participans naturam omnium spiritualium et corporalium: ideo debuit fieri in loco communi et non speciali: et sic factus fuit extra locum specialem: videlicet extra paradisum terrestrem: propter predictam rationem etiam ut ipse homo maiorem noticiam haberet propter solitudinem societatis et ignobilitatem loci: propterea deus ipsum transtulit de loco communi minori ad locum specialem et maiorem scilicet ad paradisum terrestrem: et postquam in dicto paradiso ipsum posuit: societatem similem voluit ei dare propter multa/ primo propter multiplicationem nature humane: et maiorem delectationem/ et congruitatem/ et eius apprehensionem: et sic abstraxit formam ab eo: ut ipsa congauderet de tali abstractione: et de tali natura: sicut homo congaudet altitudine et primitiuitate sue nature: quia est finis omnium creaturarum: et ex illa forma seu materia (ut proprie loquar) formauit Euam: et inter Adam et Euam fuit ordinatum matrimonium a deo: et sic coniunxit mulierem cum viro in una societate inseparabili: et talis fuit per consensum utriusque: et illud esse debuit propter duo: primo ut esset signum et sacramentum representans/ et significans coniunctionem inuisibilem et spiritualem anime Adee per amorem et charitatem cum deo. Secundo ut omnes homines representarent se quasi unum hominem: dum viderent se omnes ab uno descendisse per viam generationis: nam dixit. Crescite et multiplicamini: et replete terram (ut vult sacra scriptura) et sicut anima est maior/ superior/ et dignior corpore: ita vir muliere: et sicut coniunctio corporis et anime non potest destrui/ nisi per mortem/ sic nec viri/ nec mulieris. ¶ Item creauit deus ipsum rectum/ et iustum/ et vestiuit illum veritate: ut habetur Ecclesiastici. xvij. et talis iusticia secundum Anselmum nil aliud erat/ quam rectitudo mentis ad ipsum deum: que consistebat in hoc quod est amare deum et intelligere: erant enim intellectus et voluntas sic ordinata: nam voluntas Ade erat simpliciter ordinata ad amandum deum: et intellectus ad voluntatem/ ei ostendendo quid eligendum et diligendum esset: et ad finem voluntatis/ inquantum primo intelligebat deum/ et per deum creaturas: sensualitas obediebat rationi: quatuor elementa erant bene proportionata/ ibi non erat actio/ nec passio: et sic omnia quadam rectitudine regulabantur: et oportebat ita esse: ut iustus diceretur: quod probari potest pluribus rationibus: est enim oppositorum eadem disciplina: et cum duo sint status hominis contrarij/ unus

De iusticia originali.

corruptus in quo est/ et alius in quo debebat esse secundum ordinationem dei: nam omnis causa exaltat suum effectum/ inquantum potest: sed deus est causa perfectissima/ cuius effectus est homo: ergo debuit ipsum creare in maiori gradu perfectionis/ qui dari potuit in puro homine: sed hic status in quo est nunc homo positus non est perfectus/ cum sit subiectus vitijs/ et multis miserijs: ergo secundum ordinationem dei non est talis status: quoniam hoc esset contra honorem eius potestatis/ sapientie/ bonitatis etc. et esset contrarius deo: et sic deus fecisset hominem/ vt esset eius inimicus: ergo deus nõ fecit hominem talem: nec dedit animam vt esset subiecta corpori: sed econtrario: nec etiam creauit ipsum hominem ad mortem: sed ad vitam: aliter absque demeritis dedisset ei penam/ quod esset malum contra bonum. ¶ Concludendum est ergo/ quod deus creauit hominem rectum/ et iustum: vt predictum est: et scientia de homine consistit in isto duplici statu: et quãdo sunt duo status contrarij/ oportet quod habeãt contrarias cõditiones: et per consequens ex conditionibus vnius status possumus arguere et concludere cõditiões alterius: vnde postquam iste status in quo est homo nũc/ est malus/ sequitur quod oẽs cõditiões quas habet/ sunt male: et tot cõditiões malas quot habet homo in statu isto/ tã ex parte aie quam corporis: tam intus quam extra/ tot conditiones bonas contrarias istis habuit in primo statu suo tam ex parte anime/ quam corporis/ tam intus quam extra. Unde malum est homini quod sit ignorans: ergo creauit ipsum sapientem: malũ est quod faciat quicquid contra rationem: ergo bonum erat vti ratione: malum est homini ex parte corporis infirmitas/ senectus/ et mors/ malũ est quod corpus dominetur: et anima famuletur: malum est homini famem/ sitim/ calorem/ et frigus contra naturam sui corporis pati: et finaliter malum est homini omnis pena/ et miseria: ergo necesse est quod homo habuerit in primo statu suo bono oẽs conditiones bonas contrarias istis. ¶ Item omnis natura quãto nobilior est creata/ tãto naturaliter magis debet esse ab omni imperfectione et necessitate elõgata: sed natura humana nobilior est omni natura irrationali: ergo magis debet esse elongata ab imperfectione et necessitate/ quam natura irrationalis/ videmus autem contrariũ quia puer quando natus est/ si non administraretur ei/ moreretur: et indiget pluribus quam animalia irrationalia: quorum multa mouentur de loco ad locum immediate/ cum sint nata: et breuiter pluribus periculis/ et necessitatibus/ et imperfectionibus est expositus homo a sui natiuitate/ quam aliquod aliud animal. Cum ergo in nobiliori subiecto ista imperfectio inueniatur: et hoc non possit inesse nature humane a sui institutione: et sit in omni homine/ oportet quod hoc fuerit ratione peccati originalis: cum status hominis nobilior omnibus alijs corporalibus debeat esse. ¶ Item nulla pena imponitur a iusto iudice sine culpa: sed omnes homines tam iniusti/ quam iusti iusticia morali subijciũtur a sui natiuitate multis penis/ tribulationibus/ doloribus/ erumnis: ergo ratione alicuius culpe: et per consequens in statu innocentie contraria predictis ab institutione eius inesse homini debebant/ aliter deus ipsum non creasset in illo gradu perfectionis/ in quo creari potuit: quod est impossibile: et sic omnes questiones que fieri possunt de hoc statu innocentie/ per predicta solui possunt/ et determinari.

De rectitudine primi hominis.

QVARTA·FIGVRA·



Possibilitas/necessitas/et modus incarnationis satis ut opinor lucide explanata sunt secundum communem opinionem in libro de incarnatione ubi: tamen hoc loco illa per artem deducere intendimus.



Antequam deveniamus ad practicam/declarande sunt non nulle figure: et in primis sequendo ordinem/quarta que posita est in dicta arte duplici de causa: prima est/ut tabula generalis explicata in arte magna abstrahi possit ab ea/secunda causa est/ut artista huius artis multas rationes artificialiter ad unam questionem possit adducere. ¶ Quo ad primam est notandum quod in quarta figura fiunt septem revolutiones: quarum prima fit cum b. circuli superioris immobilis/et cum c. circuli mediocris mobilis/et cum d. circuli inferioris etiam mobilis: et ordinantur sic. b c d. et sic in toto circulo sunt novem camere: prima est secundum modum tractandi predicta b c d. secunda c d e. tertia d e f. quarta e f g. quinta f g h. sexta g h i. septima h i k. octava i k b. nona k b c. Et nota quod septem columne que ponuntur in arte brevi causantur ex prima novena prime revolutionis: que est predicta: ut patet ad sensum usque ad h i k. et volvendo circulos modo qui sequitur inferius multiplicantur predicte septem columne usque ad .lxxxiiii. columnas explicatas in arte magna: et fit hoc modo. b c d/b c e/b c f/b c g/b c h/b c i/b c k. Et ulterius non est procedendum/quo ad inferiorem: sed postquam devenerit ad k. circuli inferioris completa est talis revolutio: qua facta/debet numerare novenas: que facte fuerunt ex tali revolutione: et fuerunt in ista prima revolutione septem: ut patet in ea. ¶ In secunda revolutione ponitur d. circuli mediocris sub b. circuli superioris: et e. circuli inferioris sub d. circuli mediocris: et sic formantur novem camere: prima est b d e. secunda c e f. tertia e f g. et sic de aliis: deinde volvatur circulus inferior modo supradicto/usque ad k. dicendo b d e/b d f/b d g. b d h/b d i/b d k/et in hac secunda revolutione sunt sex camere. ¶ Tertia revolutio fit hoc modo: ponatur e. circuli mediocris sub b. circuli superioris: et f. circuli inferioris sub e. circuli mediocris modo qui sequitur. b e f/b e g/b e h/b e i/b e k et in ista tertia revolutione sunt septem novene. ¶ Quarta revolutio fit modo qui sequitur: quod ponatur f. circuli mediocris sub b. circuli superioris: et g. circuli inferioris sub f. circuli mediocris: et tunc volvendo circulum inferiorem usque ad k. formantur quatuor novene: videlicet b f g/b f h/b f i/b f k. ¶ In quinta revolutione sunt tres novene: et formantur ponendo g. circuli mediocris sub b. circuli superioris: et h circuli inferioris sub g. modo qui sequitur. b g h. b g i/b g k. ¶ In sexta revolutione sunt due novene: et formantur modo qui sequitur b h i/b h k. In septima et ultima est tantum una novena in toto circulo: cuius prima camera est/b i k/secunda c k b/etc. ¶ Ex his septem revolutionibus formantur .xxviii. novene: et ex illis formantur ducente quinquaginta et due camere: ut patet cuilibet calculatori multiplicando predictas .xxviii. novenas. ¶ Et est notandum/quod hec quarta figura generalior est/quam sit tabula generalis explicata in arte magna/ex eo: quia plures habet cameras/quam tabula.



Duobus modis practicari potest quarta figura: de primo habetur in hac parte: de secundo vero in septima parte/que est de multiplicatione quarte figure: sed nos — De modo practicandi quartam figuram.

De quarta figura artis et eius practica tertia pars

(vt materiam cōcatbenatam trahamus/et prolixitas euitetur) nō modo de his duobus modis hoc loco tractauimus: sʒ etiā de modo mixtiōis/ et applicationis. ¶ Quo ad primum est notandum/ q̄ omnes questiones scibiles et peregrine determinari et examinari possunt per hanc artem: et ad eandem determinationem / seu cōclusionem plures rationes adduci: sed opus est in primis totaʒ artē bene scire: deinde si preponatur questio aliqua /eam scire per regulam applicationis ad locum/seu loca mittere/ in quo vel in quibus implicita / vel explicita est talis questio: seruando tamen differentiam inter implicitum/ et explicitum /concretum et abstractum/ seu substractum / et secundum iudicium repertum in illis partibus questionem determinare: et fit hoc modo qui sequitur: nam si questio fit de homine /an sit substantia: beatificabilis: vel assumptibilis a verbo diuino: aut de deo vtrum incarnatio dei verbi sit necessaria: tres prime questiones enucleande / et determinande sunt per hanc figuram quartam. ¶ Ultima vero et quarta que est de necessitate incarnationis dei filij ante peccatum primi parentis deducetur per tabulam. ¶ Est vlterius notandum / q̄ si questio sit de deo/mittenda est ad primum subiectum in nona parte et s̄m dispositionem prime aut secunde figure est determinanda: si vero questio sit de angelis: est mittenda ad secundum subiectum/quod est de angelo: et termini questionis sunt deducibiles per principia et regulas: deinde secundum iudicium repertum in his respondendum est ad questionem: verum q̄ artista resolutus in arte immediate absq̄ tali discursu respondere potest: et questionem determinare/ideo per modum forme in hac quarta figura dare volumus practicā de hōie ad p̄dictas tres q̄stiones respondēdo: et in primis ad primā/videlʒ vtrum homo sit substātia: hō est terminus explicitus in arte: et substantia implicitus in bonitate vel maioritate in secunda figura: ponitur tamen eius diffinitio in centum formis: applicentur ergo ad propria loca: et deducantur per principia et regulas: vt predictum est: deinde situentur in quarta figura: isto modo videlicet: q̄ subiectum per e. designatum ponatur in circulo inferiori: predicatum vero in superiori/vel econtrario ad placitum/ex eo: quia ars est generalis: quo facto/voluatur circulus medius: et per significata literarum in eo contentarum multiplicentur rationes modo qui sequitur. e b. id est homo est substantia: deinde inuestigentur media naturalia/seu coniunctionis per significata literarum positarum in circulo medio: quoniam per medium illorum homo est substantia: et subiectum et predicatum coniunguntur in ꝯclusione / de qua habetur scientia: et tale medium sumi potest ad placitum /vel b. aut c d. ꝛc. sed secundum modum tractādi primo accipiatur b. deinde c. et sic successiue de alijs: et formetur camera hoc modo e b b. ¶ Et nota q̄ per hoc differt quarta figura /seu modus practicandi quarte figure a modo eiusdem multiplicationis: quia in quarta figura sumi possunt litere ad placitum: seruando tamen differentiam inter significata earum: vt in proposito: in tabula autem non: sed sumende sunt litere: vt iacent pro suis precise significatis: nam litere que precedunt t. sunt de prima figura: et ille que sequuntur ipsum t. sunt de secunda figura: igit̄ quarta figura practicat̄ aliter: nā significata literarum p̄ ordinē sumunt̄: vt

De modo applicationis ad propria loca artis.


pz de b.circuli supioris qd significat substantiā prout reducit ad bonitatē:qm̄ bonum est esse:& substantia hz esse p se:ergo &c.in circulo medio tn̄ ponit.b.prout ꝓ cise significat bonitatē/& alia significata explicita. ¶ In multiplicatiōe vo q̄rte figure nō pōt sic fieri:qm̄ oportet vt cōditiōes literaꝝ multiplicenf/ & varientur: quib9 intellect9 se cōditionat:ideo ad nostrū ppositū sumat mediū/qd est b.i medio circulo/explicans diffinitionem ꝑdicati hoc modo.oē bonum per se existens/& per se agens est substātia:sed homo est qdda m bonū per se existēs/ & p se agens:ergo homo est substātia:maior patet p diffinitionē substantie : & minor est nota de se. ¶ Item/omne differens substātialiter ab alio est substātia:sed homo est differēs substātialiter a quocūqꝫ alio/ergo ipse est substātia:maior est nota:qm̄ oē totū sapit naturaꝫ suarum partiū:& p Aristotelem.eadem sunt princi pia essendi & distinguendi:& minor manifestatur:qm̄ si homo non distingueretur substantialiter a leone/vel alio ente/sed accidentaliter:tunc indiuidua de genere substantie prout sunt priora indiuiduis de genere accidentis / ex septimo metaphysices/non distinguerentur adinuice. Nec est dicendum ꝙ per actum intellectus distinguerentur:vt aliqui asserunt:quia tunc cessante tali differentia/ homo nō distingueretur a leone:vel ab aliquo alio:sed essent ideꝫ. Et confirmatur.nam quecunqꝫ non sunt distincta/ necessario sunt indistincta: sed predicta cessante operatione intellectus/ vel nullo concurrente accidente sunt omnino indistincta:ergo sunt idem:cum indistinctio dicat vnitatem :quoniam non potest remoueri vnum oppositorum ab aliquibus/nisi propter presentiam alteri9 oppositi. Ulteri9 per regulam de b.probatur sic.omne bonum est affirmandum sed bonum est hominem esse substantiam:ergo ipse est substantia . maior patet: nam illud cum quo intellectus/voluntas/& memoria/ maiorem actum habent: et cui magis adherēt & consentiunt:illud est affirmandum/& oppositum negandum:sed huic veritati/vcꝫ ꝙ homo sit substantia/intellectus / voluntas / & memoria/magis adherent/& consentiunt eius opposito:ergo &c. ¶ Item per primum subiectum probatur sic.omne ens quanto similius est deo/tanto substantialius esse debet:sed homo est similior deo omnibus substantijs corporalibus: ergo ipse est substantia:maior est de se nota:naꝫ aliter quanto dissimilior esset/ tanto substantialior:vt est peccatum:quod est manifeste falsum.minor est nota apud omnes. ¶ Item per quintum & sextum significatum de b.arguitur sic.cuicunqꝫ competit electio boni & mali / illud tale est substantia:sed homini competit electio boni & mali:ergo ipse est substantia.maior est de se nota:& minor manifestatur per virtutes eius/que ex pluribus actibus elicitis a voluntate prout conformes sunt rationi recte acquiruntur/ & vēdicantur:per oppositum de vicijs facta multiplicatione rationum ad predictam conclusionē per significata de b . voluatur medius circulus: & ponatur c .loco b.hoc modo e c b.tunc multiplicentur rationes per significata de c . modo qui sequitur. omnis magnitudo corporalis & sufficientia est substantia : homo est quedam magnitudo corporalis & sufficientia secundum eius capacitatem: ergo ipse est substantia : maior patet per arborem porphirianam: et minor manifestatur per eandem . ¶ Item quicquid includit concordantiam partium essentialium

in se illud est substātia: sed homo est huiusmodi: ergo 7c. maior est de se nota: et minor manifestatur: qm̄ anima et corpus sunt partes substantiales: que concordant in hoc/ quod est ponere hoiem in esse. Et si dicis/ qd illud idem dubium est de partibus: dicitur q nulla pars essentialis constituere potest per se aliquod tertium/ nisi illa sit substātia: et ratio est: qr soli substātie cōpetit causalitas: et licet accidentia habeāt partes essentiales: non tamen per se/ sed per substantiam qm̄ specificantur et indiuiduantur ad specificationem et indiuiduationē substātie. ¶ Ulterius per primā spēm de qd arguit sic. Quicqd est animal rōnale: illō est substātia: homo est animal rationale: ergo est substātia: maior probatur p illā regulam predicamētalem. qcquid dicitur de predicato: dicitur et de subiecto: sed substātia dicit de aiali: vt pt3 per eius diffinitionē: ex scdo posteriorū. animal est substātia/ aīata/ sensibilis: minor etiā manifestat p Porphyriū in suis vniuersalibus: vbi diffinit hoiem sic. homo est animal rōnale. Per scdam spēm de qd arguit sic. qcquid h3 in se principia substātialia/ illud est substātia: sed hō h3 in se pncipia substātialia: ergo 7c. maior pt3 ex primo phycorū: qm̄ ex substātiis nō resultat nisi substātia: minor pt3: qr hō h3 in se corpus et aiam: q substātialia sunt principia: vt probatū est. Per tertiā speciē sic. illud est substātia in alio p qd tale habet naturā/ motum/ et operationem: sed sortes ratiōe hois existentis in ipso h3 naturam humanā/ motū/ et operationem: ergo homo est in alio puta in sorte: vel in platone substātia. maior est nota per predicta: et minor patet de se. Per quartā speciem sic. quicquid habet in alio principia substantialia: illa h3 in se: sed homo habet principia substantialia in suis inferioribus: ergo et in se maior est nota: cum nullum ens vbicunq reperiatur prescindat ab eo quod habet in se formaliter/ minor patet in quolibet. ¶ Per alia significata etia3 de c. multiplicari pñt rationes: quo facto mutetur litera circuli mediocris: et ponat d. loco c. et tunc formentur modo prehabito media per significata de d. deinde de e. f. g. h. i. k. et talis est modus multiplicandi rationes omniu3 materiarū in quarta figura ad eādem conclusionem.



Quo ad secūdam questione3/ vc3 vtrū homo sit beatificabilis: sumendi sunt termini questionis: et mittēdi ad ppria loca: vt de terminis pdicte questiōis dictū est: deinde situētur in quarta figura modo qui sequitur. homo importat p e. et beatitudo per k. nā tanq implicitū reducibilis est ad gloriā designatā p k. et format sic camera e k. idest homo est glorificabilis: et probatur per significata literarum mediј circuli: et qr intellectus et voluntas in quibus liberū arbitriū hominis cōsistit/ sunt media coniunctiōis/ quibus hō beatificari pōt p ordinē in medio circulo inter/ e. et k. poni debent modo qui sequitur e f k. nam intellectus importatur per f. et volūtas per g. s3 qr scdm Augustinū/ nihil volitu3 nisi precognitum: ideo per medium intellectus primo vidēdū est: et formetur sic camera e f k. homo est creatura intellectualis: vt de se patet: ergo ipse est beatificabilis: maior manifestatur/ nam fm Aristotelē in Ethicis/ felicitas cōsistit in actione intellect9. et cōfirmatur: nā vnaqueq potētia suū h3 obiectum adequatum/ quod attingere potest: et in eo gloriari: aliter non poneretur obiectum

adequatū:sȝ verū est obiectum intellectus:ergo pōt ipsuȝ attingere:et per consequēs ab eo glorificari:alr potestas designata per e.ei deficeret:nā si pōt attigere illa ad que pricipaliter nō est creat⁹:ergo et illud ad qđ intelligēduȝ creat⁹ est:sȝ intellectus hūanus intelligit:et intelligere pōt creaturaȝ ad quā pncipaliter intelligēdū creat⁹ nō est:ergo ⁊c. ¶ Item/omne mediū arguit pncipiū ⁊ finē:sȝ itellectus est mediū quo pricipiū veȝ homo pōt peruenire ad finē:ergo homo est btificabilis a suo adequato et quietatiuo obiecto:qđ est verū infinituȝ:alr homo nō quiesceret in fine/sed in medio. ¶ Item per camerā e g k. Quicquid volūtas hominis eligit/id sub rōne boni eligit:sed intellect⁹ hūanus dictat sūmū verū esse summū bonū:ergo volūtas pōt ipm velle:et per ꝯsequēs ab eo beatificari:aliter nō eēt supmū bonū/nisi esset btitudo assequentib⁹ ipm:et qꝛ est tante nobilitatis ꝙ libere/⁊ nō coacte vult amari:ideo opera hois bona q̄ facta sunt cū deliberatitione et libertate sunt nobilissima:et veniūt pmiāda:ex eo qꝛ sunt sua: qꝛ sua potestate facta:et quia hō pōt bn̄/aut male operari/ex eo meretur/aut demeretur. ¶ Item p camerā b c e. Omne bonū quāto mai⁹ est/tanto ab hoie appeti pōt: sed deus est supremū bonū:vt in pma figura deductū est:ergo ab hoie appeti potest:maioꝛ est nota ex primo ethicoꝝ.qm̄ omnia bonū appetunt:et magis bonū magis appetibile/et summū sūme:sed nullus conabiꝛ facere aliquid.ex.ff.ꝯ Methaphysices ad terminū nō futur⁹:ergo postq̄ conaꝛ deū intelligere:pōt ipm intelligere/et amare/ cū vbiq̄ se offerat:et p cōsequēs hō pōt ab ipso deo beatificari:vt ex superioꝛib⁹ satis liquet. Per significata aliaꝝ lraruȝ pfate camere multiplicari possunt rōnes ad eandem cōclusionem etiam per alias cameras voluendo circulum medium.



Quartus liber in quo videndū est de possibilitate ⁊ necessitate incarnationis in statu innocētie:et qꝛ superi⁹ pposite fuerūt tres qōnes:quaꝝ due sunt solute:restat tertiā hoc loco artificialiter soluere:igitur quo ad tertiā questionē/veȝ vtrum hō sit assūptibilis a vbo diuino:assignaꝛ hec camera b c e.et arguiꝛ sic.omne bonū est possibile:sȝ assūptio hominis a vbo diuino est quoddā bonū:ergo ⁊c.maioꝛ est nota d se quoniam bonum est esse:et malum non esse:minoꝛ manifestatur:nam per talem assumptionem mundus est in maioꝛi gradu perfectionis qui dari pōt:quoniā per mediū hominis qui est omnia participaret cum deo in vna persona:que est Christus:sed dices ꝙ licet illud esset bonū/si poneretur in esse:tamen quia repugnat homini et deo tale esse:ergo ⁊c.contra.omnis creatura est in potentia obedientiali respectu dei:et omne bonum potest deus in esse ponere/cum sit omnipotens:⁊ eius bonitas que eadem est cū potestate sit diffusiua de se. Si dicis qđ homini et deo repugnat talis assumptio:ex eo/quia tunc Christus esset duo indiuidua / duo supposita:quod est malum contra bonum/et paruum contra magnum/et contra Athanasium in symbolo dicentē: quod licet Christus sit deus et homo:non tamē duo sed vnus est Christus. ¶ Iteȝ assumptibile et assumēs cōuerti nō possunt:sed deus et homo cōuertunꝛ in Christo: ergo hō nō ē assum

oyse vsq ad Christum. Tertium tempus et presens est gratie/ ab aduentu Christi vsq ad finem seculi. Linea per successionẽ temporum texitur inferius: sicut vnus post alium successerit: vel sm generationẽ/ vel sm prelationẽ: per quas ois rerum gestarum narratio determinatur: ⁊ in primis Adam primus parẽs: qui eiectus post eius peccatũ de paradiso terrestri cum Eua vxore sua terrã habitauit/ in qua creatus fuerat: ⁊ sepultus est (vt volũt historie) in conualle Mãbre: ⁊ vixit. dcccxxx. annos ante generationẽ Seth filij sui. cxxx. ⁊ post. dcccc. De ipso Adam/ Eua/ et filijs suis Caym et Abel habetur Geñ. ij. iij. iiij. ⁊. v. et Eccli. xxiiij. xxxiiij. ⁊. xlix. ⁊ Osee. vj. ñ. Zacha. xx. ⁊. xiij. ⁊. j. Cor. xv. ⁊. j. Thim. xj. Luce. iij. ⁊c. Seth vixit an. dcccccxij. ante Enos. cl. ⁊ post. dccccccvij. et de ipso habetur Geñ. iiij. ⁊. vj. Enos vixit. dcccccv. ante Caman. xc. ⁊ post. dccccxv. ⁊ de ipso habet etiã Geñ. iiij. ⁊. vj. Caman vixit ante Malabel. lxx. ⁊ post. dcccccxl. Malabel vixit ante Jarel. lxv. ⁊ post. dcccccxxx. Jarel vixit ante Enoch. lxij. et post. dcccccc. Enoch vixit ante Mathusale. lxv. ⁊ post. ccc. ⁊ de ipso habetur Gene. iij. v. xxv. ⁊ Eccli. lxiiij. ⁊. xlix. ⁊ Hebreor. xxj. Mathusale ante Lamech vixit clxxxvij. ⁊ post. dcccclxxxij. Lamech vixit ante Noe. clxxxij. ⁊ post. dcccxlv. de ipso habet Geñ. iiij. ⁊. v. Noe vixit ante Sem. ccccc. ⁊ post. cccl. ante aũt diluuiũ. dcccc. post. cccl. de ipso habetur Geñ. ix. nam ipse plantauit primam vineam: ⁊ bibendo de eius vino se inebriauit. de cuius vita habetur. v. vj. vij. viij. ix. xj. Genesis Sem ante Arphaxat vixit annis. c. post aũt. ccccc. de ipo habetur Leuitici. xxiiij. ⁊. ij. Reg. xxj. ⁊. ij. Paralipo. xx. Arphaxat ante Sale vixit annis. xxxv. post aũt cccxxxiij. Sale ante Heber. xxx. ⁊ post. cccciij. Heber vixit ante Phalech. xxxiij. et post. ccccxxx. Phalech vixit. xxx. annis ante Reu. ⁊ post. ccix. Reu. vixit. xxxv. ante Saruch. ⁊ post. ccvij. Saruch vixit ante Nachor. xxx. ⁊ post. cc. Nachor vixit xxix. añ Thare. ⁊ post. cxix. Thare vixit añ Abrahã. lxx. ⁊ post. cxxv. Abrahã a cuiꝰ vocatione incepit vetus testm̃ vixit añ Isaac annis. c. ⁊ post. lxxv. ⁊ de ipso hr Geñ. xij. xvij. xxj. xxij. ⁊. xxiiij. ⁊. xxv. Isaac Jacob: ⁊ hi duo fuerũt filij Abrahe de quibꝰ hr Geñ. xxix. Leui/ Caat/ Amrã hucusq pr̃iarche fuerũt. a Moyse incepit lex scripture: de quo hr. xxix. ⁊. xliiij. Exo. ij. xix. ⁊ Deuter. xxxiij. de Josue. ij. iudice habetur Josue. v. ⁊. xx. de Othoniele. iij. Judice habetur Judicũ. iiij. de Aioth. iiij. Judice etiam de Sangar Judice habetur Judicum. iij. De Albora et Barach iudicibus Judicum. iiij. de Gedeone habetur Judicum. vj. vij. ⁊. viij. de Abimelech Judicum. viij. ⁊. ix. de Thola Judice habetur Judicum. x. de Lair iudice habetur Judicum. x. de Jepte iudice habetur. x. Judicum. ⁊. xj. ⁊. xij. de Abessan iudice habetur Judicum. xij. de Abialon iudice similiter habetur Judicum. xij. ⁊ de Abdon iudice similiter habetur Judicum. xij. de Sansone iudice habetur Judicum. xiij. xiiij. et. xvj. de Heli sacerdote habetur Regũ. iiij. de Daniele propheta habetur Reg. xij. hucusq fuerunt iudices. De Saule rege habetur Regum. xiij. xv. ⁊. xvj. de Dauid primo rege habetur. ij. Regum. xv. de Salomone rege habetur. iij. Regum. ij. ⁊. ix. De Roboa rege habetur. iij. Regũ xij. de Abia rege habetur. iij. Regum. xv. ⁊ Matth. j. de Asa rege habetur. iij. Regum. xv. de Josaphat habetur Paralipome. xvij. de Joran rege nihil inueni. de Ochozia rege habetur. ij. Paralipome. xxij. Et in eodem de Athalia rege.

De linea per successionem temporum.

De inceptione veteris testamẽti.

De regibꝰ veteris testi.

de Joa rege habetur Paralipo.xiij.et de Amasia rege habetur.ij. Paral. xxvij.et de Acha rege habetur.ij. Paralipo.xvij. de Ezechia rege.ij. Paralipo. xxix.et.xxxij.de Manasse rege habetur.ij. Paralipo.xxxiij de Amon rege habetur.ij. Paralipo.xxxiij.de Josia rege habetur.ij. Parali. xxxiiij.et.xxxv. de Joachim rege habetur.ij. Paralip.xxxvj.et de Eliacbin rege.iiij. Regũ.et.xviij.et Judicum.iiij.de Sedechia rege postremo Judeorum habetur.ij. Paralipo. xxxvj. huiusque fuerunt reges: et primus scilicet Dauid regnauit annis. xl. Salomon etiã xl. Roboan.xvij. Abia.iij. Asa.xlj. Josaphat xxvij. Joram.viij. Athalia. vij. Ochozias.j. Joas.xl. Amasias.xxix. Ozias.lij. Jonathan.xvj. Achas.xvj. Ezechias.xxix. Manasses.lv. Amon.ij. Josias.xxxj. Joatham tribus mẽsibus. Joachim annis.ij. Elyachin mensibus tribus. Sedechias annis.ij. Pontifices fuerunt Jesus naue filius sirach: de quo habetur Eccli.j.et.xl.xlvj. Secũdus fuit Joachin: de quo habetur Esaie.xij.et Paralipo.xxxvj Tertius fuit Eleasin Quartus Judas: de quo habetur Gen.xxix.xxxviij.xxvij.xliiij.et Numeri.ij. Quintus fuit Joannes. Sextus Jaddus. Onias fuit septimus. Simon octauus. Onias fuit nonus. Jason decimus: de quo habetur Act.xxj. Menelaus vndecimus. de quo habetur.ij. Machabeorum. Alcimus duodecimus. Decimustertius Judas machabeus: de quo habetur Machabeorum.ix. Jonathas decimusquartus de quo habetur.j. Regũ xiiij.xiij.xviij.et Matthei.v.et.ix. Aristobolus decimusquintus. Alexander Hircanus decimussextus: huiusque pontifices fuerunt.

Supputatio annorũ a creatione mũdi vsque ad presentem diem

¶ Creatio introducta est per Adam: Diluuium factum sub Noe. Vetus testamẽtum inceptũ a vocatione Abrahe. Lex per Moysen introducta: per Aaron sacerdotium: Regnum in Dauid/reprobatus enim Saul fuit. Recreatio orta est per Christum. Ab initio mundi vsque ad diluuium fluxerũt anni. M.cccclv. et a diluuio vsque ad Abraham.ccxciiij.ab Abraam vsque ad Moysen.cccccccxx. a Moyse vsque ad Dauid.ccccxxxvj.a Dauid vsque ad excidium templi.cccclxxiiij.et ab excidio templi vsque ad Christum.cccccxl. Et a natiuitate Christi vsque ad presentem annum. M.cccccxxiij.et a creatione mundi vsque ad nos.v. M.cccccvj.et tot quot fuerunt anni ante natiuitatem Christi: tot esse debent post: vt probatum est in libro de incarnatione ad summum pontificem Leonem dedicatum.

¶ Est vlterius notandum/quod secũdum predictam lineam septem enumerantur etates: in prima etate vsque ad diluuium homines et animalia erant magne statu re: quia gigantes fortiores et longioris vite/quam fuerunt post: nã ea tempestate natura erat recens: post autem diluuium in secunda etate nõ fuit ita valida: quia ab aquis fuit debilitata. Dicebatur tamẽ etas aurea ob hominum bonitatem: et morum simplicitatem: et lex nature/ex eo: quia naturaliter omnia erant communia: inde illud. Qui sitim habet bibat: et qui capere potest capiat: et durauit vsque ad etatem Abrahe. Hec etas aurea fuit primo: vt habetur Gen.x. a Nymbroto quadam ambitione violata: nam erat potens et robustus. iste fuit primus qui bella excogitauit: et primo pugnis rudes certabant (vt recolligit Bonilius) deinde fustibus/lignis/lapidibus/et demum ferro. Cham etiam denigrauit hanc etatem: irridẽdo patrẽ suum Noe: et incumbẽdo artibus magicis/ quibus patrẽ incãtauit: et sterilem ipsum reddidit: quapropter ipsi pater maledixit.

3056


¶ Tertio vitiauit hanc aureã etatẽ idolatria: ⁊ huiuſmodi idoloꝝ cultus: prim⁹ fuit Ninus rex prim⁹ Babylonis: qui ob patris memoriã eius imaginẽ ſculptã expreſſit: eãq; rudibus adhuc populis/ vt aliquid diuinitatis habentẽ colendam exhibuit: hui⁹ occaſione demones impulſi ceperũt in imaginib⁹ habitare: et ſenſus hominũ illudere: hinc idolatria ꝓceſſit in mundũ. ¶ Tertia etas incepit ab euocatiõe Habrae vſq; ad legẽ Moyſi. ¶ Quarta a lege Moyſi vſq; ad regnũ Dauid. ¶ Quinta etas a regno Dauid vſq; ad regenerationẽ. ¶ Sexta etas a regeneratione humani generis vſq; ad Meltã/ ſeu cõciliationẽ vtriuſq; teſtamẽti. ¶ Septima etas erit a recõciliatione vſq; ad antichriſtũ/ ſeu cõſummationẽ ſeculi: ⁊ hec de tertia parte huius tractatus.

De recreatione gñis humani/ ⁊ de oĩbus articulis fidei ad humanitatẽ ptinẽtibus.

Equitur ſextus tractat⁹: in quo videndũ eſt de recreatione generis humani: ⁊ poteſtate ſummi põtificis: ac de ſeptẽ ſacramẽtis eccleſie. Quo ad primũ manifeſtum eſt ex quarto tractatu/ in quo ſtatu fact⁹ erat homo a deo: et in quo ſtatu cecidit/ qñ perdidit illud bonũ vltimum ꝓpter qð factus fuerat: videlʒ beatitudinẽ eternã: et ſic perdidit bonum infinitũ: et incidit in malũ infinitũ: nã ſm Anſelmũ in libro cur de⁹ homo/ tantũ fuit peccatũ Ade/ quãtus eſt ille in quẽ peccauit obiectiue: ſed ille fuit deus: qui eſt infinitus/ cui infinitus honor debetur: ergo primus parẽs peccãdo abſtulit a deo honorẽ infinitũ ſibi debitũ: ⁊ qꝛ cuilibet peccato correſpõdet equiualẽs ſatiſfactio: ſed Adam fuit finit⁹ ⁊ limitat⁹ nõ potuit ſatiſfacere ꝓ infinito/ niſi ſolus deus: ⁊ qꝛ deus non debuit: cũ innocẽs peccati ſit: ſed homo: oportuit ergo vt de⁹ ⁊ homo eſſet/ qui pro peccato ſatiſfaceret: de⁹ qui poſſet: ⁊ homo qui debet. iõ hac ſecũda cauſa ⁊ occaſionali ⁊ nõ principaliter intẽta de⁹ verbũ naturã humanã aſſumere debuit: ſed non potuit/ niſi p viã gñationis: qꝛ aliter nõ eſſet vnũ ſuppoſitũ: ĩ quo de⁹ ⁊ hõ cõuertereñ: vt patet in libro de incarnatiõe verbi: ⁊ debuit icarnari in nobiliori ⁊ perfectiori muliere/ q̃ dari potuit in rerũ natura: vt maior participatio ⁊ dilectio ac cõcordãtia eſſet inter matrẽ ⁊ filiũ: que dari poſſet: vt deductũ eſt in libro de conceptione ỽginis Marie/ quẽ dedicauim⁹ ad Juliũ ſecũdũ pontificẽ maximũ: ⁊ lʒ in primo tractatu p tabulã ꝓbatũ ſit: videlʒ ꝙ fili⁹ in diuinis debuit incarnari: ⁊ nõ pater/ nec ſpũs ſctũs: nihilomin⁹ hic p modũ forme illud idẽ intẽdim⁹ tali rõne ꝓbare. Jlla pſona incarnari debuit/ q̃ maiorẽ cõcordãtiã habet cũ natura humana: ſed perſona filij eſt hmõi: ergo ⁊c̃. maior eſt de ſe nota: et minorẽ ꝓbo: nã potẽtia filij ſm eius ꝓprietatẽ cõcordat magis cũ natura humana/ ꝙ aliqua aliarũ perſonarũ/ ex eo: qꝛ natura humana eſt filia dei p creationẽ: ⁊ etiã cũ natura que naſci debet melius cõueniet filio/ ꝙ patri/ aut ſpũi ſancto: ergo ⁊c̃. Talis etiã cõceptio debuit fieri p ſpiritũ ſanctũ: qð ꝓbaꝛ ſic. nullũ agẽs trãſcendit limites ſue nature: ſed incarnatio eſt op⁹ ſupnaturale: ergo nõ potuit fieri per agens naturale: factũ fuit ergo p agẽs ſupernaturale: videlʒ p ſpiritũ ſanctũ: ⁊ hoc manifeſtatur: qm̃ operatiões ad extra ſunt cões tribus perſonis ſm cõem rationẽ: aut ſm ꝓprietates pſonales: ſed in tali incarnatiõe pater miſit filiũ: fili⁹ gñatur

et spiritus sanctus talē generationem procurauit: nā pater et spiritus sanctus inuisibiliter existētes filiū visibilem fecerunt: ergo omnes tres persone in tali generatione operate sunt: debuit etiā nasci ex virgine: ꝛ de spiritu sancto (vt probatum est) sed fortius ꝓbatur tali ratione. Omnis potētia cōcordat cum suo obiecto in operatione: ꝛ quāto maior est concordantia / tanto actus simplex ꝛ magis ꝓpinquus potentie et obiecto est: oportet ergo ꝙ Christus sit cōceptus de spiritu sancto / ex virgine: quoniā si per hominem conceptus fuisset: actus non fuisset ita purus: nec ita simplex inter deum ꝛ dominā nostram sanctā Mariam: qꝛ de muliere corrupta: et non virgine cum esse posset: et sic christus haberet duos patres: videlꝫ vnum deum / et alium hominē: ꝛ per consequens conceptio fuisset in minoritate facta: et nō esset illa maior concordātia / que dari potuit inter potentiam ꝛ obiectum: et cum naturalior sit filiatio vnius patris ꝛ vnius matris / ꝙ duorum patrum / et vnius matris: oportuit ergo ꝙ talis conceptio fieret per spiritū sanctum: etiam deus verbum incarnari non potuisset: quia tunc homo per suū patrem carnalem factus esset hic homo in se / et non in supposito diuino: cum iam esset conceptus ex homine patre / et femina: est ergo Christus homo per spiritum sanctum et non per patrem humanum. Dictum est superius ꝙ deus hominem primum fecit de terra: et feminam fecit ex homine ſm ordinem: oportuit ergo ꝙ hominem ex femina fecisset: et si Christus fuisset filius hominis et femine tertius modus defecisset: qui quidē defectus fuisset vacuitas ordinis / ꝛ magnitudinis / bonitatis ꝛc̄. ¶ Item christus sic conceptus debuit mori pro redēptione generis humani: qđ ꝓbatur sic. Omnis natura quāto plus exaltatur a deo / tanto deo debuit esse humilior / ꝛ ad sibi obediendū ꝓportior: sed natura assumpta est magis exaltata in domino iesu christo ꝙ alia natura creata: ergo ꝛc̄. et qꝛ contrariorum contrarie sunt cause: sed peccatū primorū parētum fuit cum delectatione: ergo christus qui est deus et homo, debuit satisfacere pro dicto peccato cum passione / que in altissimo et summo gradu passionis sit / qui dari possit: vt transcendat delectationem peccati: sed nulla maior passio dari potest / ꝙ mors: ergo christus debuit mori pro redēptione generis humani: vt mūdus recreatus esset per illū: per quē creatus fuit: et rediret ad finem: propter quem creatus fuerat: fuit enim propter christum creatus: ergo per ipsum et propter ipsum redemptus: ꝛ ipse christus mortuus fuit inquātum homo / nō inquātum deus: sed corpus christi existens in cruce mortuū fuit: inquātum anima ipsum dimisit: et non mortuū / inquātum deitas ab ipso nō recessit: nec coniunctio diuine nature et humane dissoluta fuit: remāsit ergo iesus viuus ꝛ mortuus sine cōtradictione: quia mortuus fuit ſm mortalitatem humanā: viuus fuit ſm ꝙ fuit deificatus in vita deitate: a qua quidē vita discedere nō potest: et idem sequitur ꝙ in cruce deus mortuus fuit: ꝛ non fuit mortuus sine contradictione: mortuus fuit inquātum homo deus: quia inquātum homo fuit mortuus: non fuit mortuus / inquātum deus homo: quia inquātum deus non fuit mortuus: idcirco mors christi extitit ſm cursum naturalem: et remansit viuus supra cursum naturalem: nam articulus est / ꝙ christus descendit ad inferos: qđ intelligi non potest: nisi in ipso due essent nature: diuina videlꝫ / ꝛ humana: quas presupponit ad suum esse. ¶ Item

debuit ad inferos descendere: quoniam omnis reparator iustus et perfectus debet facere oia requisita ad talẽ reparationem: sed a tẽpore peccati primi parẽtis vsq ad passionem christi innumerabiles fuerunt homines: quibus deus dederat remedia ac precepta/per que valebãt saluari in fide tamen futura: et illa qui ea seruabãt post mortem detinebãtur in sinu Abrahe propter peccatũ originale: ideo immediate facta satisfactione de illo debuit descendere ad inferos/ꝛ liberare eos/qui ibi detinebantur: aliter iniuste ibidem essent detenti: ac etiã nisi descendisset: non fuisset nota satisfactio detẽtis. Debuit etiam resurgere tertia die: nam quãdocunq aliqua duo naturaliter et substantialiter vniuntur: si propter aliquod faciendum separentur: illo facto/vel habito propter quod separãtur debent iterato substantialiter vniri: sed corpus et anima Christi in morte separata fuerunt propter redemptionem generis humani: ergo facta tali redemptione debuerunt iterum vniri: et non immediate post mortem: quoniam tunc posset dubitari de morte eius: et credi ꝙ non fuisset vere mortuus: sed forte in extasi positus: ideo debuit tertia die resurgere. ¶ Item/maior finis ꝛ perfectior consistit in homine/ꝙ in aliqua suarum partium tãtum: oportuit ergo ꝙ Christus resurgeret: vt maior finis veniret: aliter in ipso fuisset aliqua culpa: qđ est impossibile: et signum esset/ ꝙ victoria non erat completa: et suũ corpus fuisset in terra: et anima in celo: et sic corpus Christi non consecutum fuisset priuilegiũ ratione vnionis: qđ est impossibile: cum tota natura humana exaltata fuisset per talem vnionem a maiori gradu perfectionis/ qui intelligi potest: et eius resurrectio debuit declarari per resurrectionis et ascensionis congruum interuallum. Postmodũ debuit ascendere ad celos/qđ probatur sic. nobilissime nature corporali debetur locus nobilissimus/vt inter locatum et locũ sit proportio: sed natura humana est nobilior omni alia natura corporali: ꝛ inter oẽs homies dñs Iesus Christus sine cõparatione: ergo sibi debeť nobilissim⁹ locus: sed loc⁹ quãto sublimior/tãto nobilior esse dꝫ: ergo ad celos ꝛ locũ nobilissimũ ꝛ sibi debitũ debuit ascẽdere.



Et est sciendum ꝙ Christus in illo interuallo suã ecclesiam ordinauit: ne in absentia eius confusa remaneret: et hoc fecit/ordinãdo suum vicarium beatum Petrum/ei dãdo/ꝛ suis successoribus claues regni celorum: dicens. Quodcũq ligaueris super terram/erit ligatum et in celis: et quodcunq solueris/erit solutum: et sic potestas summi pontificis est maior que dari possit in puro viatore: immo si maior dari posset/ et non daretur ei: scilꝫ summo pontifici/deus non esset ordinatus in sua operatione: nec summus largitor/seu ipsa summa largitas et bonitas suprema: que diffusiua est de se: qđ est impossibile: ideo dubium esse non debet/vtrum summus põtifex habeat omnem potestatem/que a deo dari potest puro viatori: ex eo/quia eius vicarius constitutus est in terra. vnde Hieronymus de ordine episcoporum habet/ ꝙ dignitas summi pontificis est potestas/et ordo est maior qui dari potest: nam ipse cõcedit oẽs alios ordines: ipse fabrice dei preest/ipse qđ vnusquisq facere dꝫ ostẽdit: ipse clamat: ipse recipit: ipse ligat: ipse ligata soluit: ipẽ claues regni celoꝝ habet: ipẽ thronũ dei reserat/ꝛ claudit: supra se nihil habẽs/si humilis ꝛ bon⁹ fit:

De potestate summi pontificis.

si perfectus (vt scriptum est) Estote perfecti sicut pater rc. hic per omnia similis deo est: si nō recedat a Christo: ꝯm quod scriptū est. Tu es sacerdos in eternū rc. hic in carne ambulat/ non ꝯm carnem militat: hic non vult esse nisi cum Jesu: hic neminem damnat: hic pre cunctis patitur: hic saluat vniuersos. hec ille. vnde sicut in homine continentur omnes creature: sic ꝛ in summo pontifice oēs alij dignitatis gradus inferiores/ ꝛ cū oībus habet cōuenientiā: cū laico/ qꝛ primo fuit laicus: ꝛ sic reducit oīa ad deū in sacramēto eucharistie: ꝛ oīa ibi cōiungit: et sicut potestas liberi arbitrij ex natura sua est supra alias potestates naturales: ita potestas summi pōtificis ex natura sua ꝓpria est supra oēs alias potestates spūales/ ꝛ tpales: ꝛ sicut est vnꝰ primꝰ homo solꝰ: quē deꝰ fecit p manus suas: et p illū fecit/ ꝛ multiplicauit alios hoīes in natura: ita sīr nō est nisi vnus primus sacerdos/ quē deus primo fecit p manus suas: ꝛ p illū fecit/ ꝛ multiplicauit oēs alios homīes sacerdotes: ꝛ ille homo est xp̄s/ qui est solus ꝛ verus sacerdos/ qui immediate est cōiūctus deitati: Quis aūt Christꝰ ordinauerit/ ꝛ cōstituerit plures sacerdotes immediate per seipsum: attū debuit cōstituere vnū sacerdotē vicariū suū/ qui haberet preeminētiā/ ꝛ excellētiā sup alios: et sibi dare oēm potestatem et facultatē necessariā/ quā ipsemet xp̄s in regēdis/ gubernandisq hoībus necessariā cerneret ad salutem: aliter principalitas non esset vna/ nec ordinata/ nec posita in vnione: sed in pluralitate/ ꝛ diuisione: ꝛ p consequēs in debilitate: ꝛ nō in fortitudine: qꝛ vnitas est causa oīs fortitudinis/ ꝛ diuisio debilitatis: ergo necesse est vt sit vnus summus pontifex/ qui sit caput omnium/ et princeps/ et sit loco Christi: postq̄ Christus debuit ascēdere in celū: habet ergo vicariꝰ Christi in se potestatē sacerdotalē/ ꝛ cōferēdi sacramentū ordinis vniuersaliter: ꝛ ordinādi quos voluerit: et vniuersalē potestatē iudicandi/ et absoluendi super oēs christianos indistincte: ꝛ in eo est radicata ꝛ plantata: et ipse pōt distribuere omnes christianos per plures partes/ ꝛ dare alijs sacerdotibus ab ipso ordinatis certam portionē christianoꝝ: in qua quilibet sacerdos suam exerceat partem: ꝛ talis potestas dicitur iurisditionis: et sic in summo pontifice est duplex potestas: videlꝫ ordinis/ et iurisditionis. Prima immediate descendit a christo. Secūda vo primo a Christo: et datur suo vicario: et vicarius distribuit illam quibus vult: ex eo/ quia non potest esse vbiq: et recipientes vocantur episcopi: qui sunt immediate supra sacerdotes simplicem potestatem habētes: ꝛ habent potestatem iurisditionis/ potestatem administrandi sacramentū ordinis/ ꝛ ordinādi alios sacerdotes: et necessarij sunt sacerdotes simplices/ qui immediate administrent alia sacramēta: et sic sunt tres sacerdotes/ scꝫ simplex sacerdos/ magnꝰ/ et summꝰ: ita q simplex recipit a magno sacramētum ordinis/ et partem iurisditionis sue: et immediate respicit populum christianum: cui administrat sacramenta: et sic est superior/ q̄ pars laicalis: et qꝛ potestas per excellentiā quāto magis descēdit/ tāto magis dilatatur: ꝛ quāto magis ascēdit/ tanto magis vnitur: sicut in ordine nature: seu in essentialiter ordinatis: ideo plures sunt epi/ et pauciores archiepi/ paucissimi patriarche/ et vnicus papa: qui est fons/ origo/ et regula omnium principū christianoꝝ/ et de iure totius mūdi: et sic patet quomō pars clericalis eleuatur supra laicalē: nā p solā tōsurā aliqs est honorādus/ quāto plꝰ summꝰ pōtifex/ p quē xp̄s tenet totā

De duplici potestate sūmi pōtificis.

tenet totã Christianitatẽ sibi copulatã/colligatã/ꝛ vnitã: pars ergo laicalis sub ordinatur parti clericali: vt pars recipiens parti danti: et sic dans est nobilior: ꝛ iste due partes faciunt vnam ecclesiam/et vnum corpus: et sicut ex corpore et anima fit vnus homo: ita ex his duabus partibus vna ecclesia: et sicut se habet anima ad corpus/cui influit vitam corporalem: sic pars clericalis parti laicali influit vitam spiritualem: et sicut anima est ordinata per suas potentias et potestates: sic et corpus est ordinatũ per sua membra ꝛ organa visibilia: et sicut pars clericalis est ordinata pulcherrime per hierarchias/ꝛ gradus perfectionales/ita debet esse suo modo ꝛ laicalis per potestatem corporalem: et temporalem: duplex est vita: videlicet celestis/et terrena: hoc est qua corpus viuit ex anima: et alia qua anima viuit ex deo: et sicut corpus est propter animam: et ad illam ordinatur: ita potestas terrena est propter spiritualem: ꝛ ad illam ordinatur: et sicut corpus habet esse subiectum anime: ita terrena potestas debet esse subiecta spirituali: et sic sunt tres ordines mirabiles: videlicet ordo rerum naturalium creaturarum ad hominem: pars laicalis/et temporalis ad spiritualem/et quanto homo excedit omnes creaturas/quo ad earum ordinem: tanto potestas spiritualis potestatem temporalem: et populus populum: et homo hominem: et sic mirabilis est mundus propter mirabilem ordinem ad vnum: qḋ caput et regula omniũ est: dicitur autem caput sub cuius dispositione cetera mẽbra manere debent: est aũt papa caput accidentale/et essentiale Christ⁹ bñdictus: in quo et propter quem omnia creata sunt: et cui omnis potestas in celo et in terra data est: quã suo vicario secundũ eius capacitatem/ virtute illius dicti. qḋcũqꝫ ligaueris ꝛc. ascẽdẽdo i celũ delegauit/atqꝫ dedit: vt testaẽ euãgeliũ: et sic summus pontifex habet plenam et supremam potestatem: quod deduci potest per quartam figuram/aut tabulam sic. nam in primis papa applicari potest ad bonitatem supremam in puro viatore secundum dispositionẽ prime figure: seruando tamen differentiam inter principalem/qui est Christus benedictus/et eius vicarium: qui est ipse papa/seu inter caput essentiale et accidentale: potestas per e. importatur: et formatur camera hoc modo. b c e. deinde arguitur sic. oĩs bonitas diffusiua intensiue et extensiue per totum corpus Christi mysticũ est summe potens: bonitas pape est huiusmodi: aut esse debet: ergo ꝛc. maior manifestatur: quoniam aliter bonitas eius esset defectuosa: quia potestas ei deficeret: ꝛ sic extenderet per totũ corpus Christi mysticũ: ꝛ nõ extenderet ob defectũ potestatis: quod est pura cõtradictio: minorẽ probo: quoniã si bonitas pape non esset diffusiua per totum corpus Christi mysticũ: tũc Christus frustra Petro dixisset ter/amas me: et pasce oues meas: nam omnis bonitas quãto altior et generalior est/ tanto diffusior esse debet: sed bonitas pape est altior ꝛ generalior que dari potest in puro viatore: ergo ꝛc. maior patet: quia in magno homine relucet/seu relucere debet: et ab omnibus videri/et sentiri per consequens debet. ¶ Item/omnis differentia quanto maior est/tanto clarior efficitur: sed differentia pape ab omnibus alijs/est maior que dari possit intensiue/ꝛ extẽsiue: ergo clarior: sed talis claritas ꝛ bonitas stat cũ summa potestate/aliter frustra ꝛ vacua esset (vt probatũ est) sequitur ergo de necessitate: ꝙ ipse Papa


De sũma potestate summi põtificis per quartam figuraꝫ pbata deductaqꝫ

habet plenam et supremam potestatem: maior est nota de se: et minor mani-
festatur per diffinitionem differentie. ¶ Item / omnis concordantia quanto
inter obiectum et potentiam maior est: tāto actus simplex et magis propinquus
potētie: obiecto est: sed talis esse debet inter caput et eius membra / quibus vni
tas ecclesie militantis copulatur: et in tali copulatione minus lumen / qđ est
papa / a maiori videlȝ a Christo claritatem / influentiam / et potestatē / immedia
te recipit / et ad inferiores / et particulares ordine quodam per viam concordan
tie transmittit: ideo necesse est ad salutem in vnam ecclesiam catholicam crede-
re: et sub eius obedientia concorditer esse: vt dicitur in symbolo: et cum tota eccle
sia sit vnum corpus mysticum / cuius singuli sumus membra: vt dicitur prima
ad Corinthios. xij. et quia ad viuificationem membrorūȝ in corpore naturali re
quiritur conformitas ꝛ harmonia membrorum ac vnitas cum capite sub eius
dispositione stando: atq; vniendo: al's membrum putridum et inutile reputa-
tur: sic et in corpore mystico Jesu xpi (vt patet Joannis. xv.) si quis in me non
manserit / mittetur foras sic ut palmes ꝛ arescet: et colligent eum: ꝛ in ignem mit
tet: et in tertio Regum: qui non obedierit principi / morte moriatur / necessaria est
ergo talis summa vnio ꝛ concordantia membrorum ad ipsum caput: que qui-
dem summa cōcordantia esse non potest absq; summa capitis potestate. ¶ Itē
omnis potestas bonitatis quanto maior est / tāto maiorem finē bonitatis effi
cit: sed si potestas summi pōtificis bona sit maior q̄ dari possit in puro viatore:
tunc ipse omnes homines poterit dirigere ad finem eternum per veram concor
diam erga deum: nam secundū sententiam saluatoris: constituti in ecclesia sunt
lux mundi sal terre: quibus inest / seu inesse debet virtus regitiua / viuificatiua
ꝛ illuminatiua. vnde Cypriani ꝰ. ideo sal terre dicuntur: vt ex ipsis omnis fra-
ternitas celesti sapientia saliatur: et licet in tali corpore mystico potestas pon-
tificalis equalis sit: est tamen differentia gradualis / quo ad autoritatem guber
natiuam / regitiuamq; curam: et hoc consistit in quadam concordantia: que est in
vno et pluribus: vt inquit Cyprianus ad Nouarianum: et Hieronymus con-
tra Jouianuȝ: inter pares apostolos Petrum ad presidendum electū: vt capite
constituto schismatis tollatur occasio: et quoniam hec presidentia a Christo ca
pite est ad vitandum schisma: et pacē fidelium ac vnitatē conseruandam: ergo
necessaria est summa potestas in summo pontifice: et regula de b. hoc affirmat:
eo quia bonum est esse summum in potestate: et malum est non esse. etiam per
regulam de quid probari potest: quoniam est summus in dignitate (vt proba-
tum est) ergo et per consequens in potestate. tenet consequentia: quoniam ali-
ter summus non diceretur in dignitate / et preeminentia: nec esset singularis in
potestate. id idem vult regula de quare: nam omnis papa habet officium publi
cum ad vtilitatē publicā ordinatum: publica vtilitas est dirigere: ꝛ ordinare oēs
homines ad finem eternum: sed hoc facere non potest: nisi habeat summam et
perfectam potestatem: ergo ꝛc. Et confirmatur: nam deus / ars et natura nihil
faciunt frustra: sed deus constituit papam vicarium suū: vt pasceret oues suas
et eas dirigeret ad finem debitum: ergo dedit ei omnimodam potestatem neces
sariam ad salutem generis humani / quam ipsemet Christus exercuit: vel exerce-

ret/si presens visibiliter esset:aliter frustra papa eius vicarius constitutus esset nec dici vicarius ipsius Christi valeret:quod est manifeste falsum. ¶Item/per cameram b de.arguitur sic.quicquid est bonum supremum/ illud est summe durabile. Potestas summi pontificis est supremum bonum:quo maius dari nõ potest pro viatori:ergo est summe durabilis :sed hoc facere non poterit/si est limitata et remissa:quoniam tunc posset omnino deficere contra dictum Christi. Rogaui pro te Petre/vt non deficiat fides tua/ et contra illud.ego vobiscũ sum in omnibus diebus vsq3 in seculi consummationem. quoniam si ex concordia procedit diffinitio vnionis Christiane:tunc ex spiritu sancto processisse creditur:quoniam ipse est auctor pacis et concordie:et non est humanum varios homines in vnum cõgregatos in summa libertate loquendi constitutos/ et vna concordia iudicare:et sic nulla contrarietas/ aut partialitas pape inesse debet :sed summa concordantia :nam contrarietas disiungit:concordantia vero vnit:et quia pro soliditate ecclesie Petrus petra dictus est(teste Ambrosio)et cephas/quod est caput/quod equaliter inter duo brachia influendo tenere debet:aliter monstrum reputabitur:nam ad viuificationem omnium membrorum in corpore naturali(vt predictum est)requiritur conformitas membrorum in influendo et refluendo:ita quod caput suam influẽtiam influat cuilibet s̃m capacitatem recipientium /et in tali influentia et refluentia consistit et conseruatur vnitas totius corporis:est ergo necessaria potestas suprema per caput designata/sub eius dispositione stando atq3 viuendo /et per regulam de quo probatur sic.omnis potestas primitiua nobilior/maior/stabilior/potentior/scibilior/desiderabilior /virtuosior/verior/ et gloriosior esse debet potestate deriuatiua:potestas summi pontificis respectu aliorum hominum est primitiua: vt superius probatum est:ergo et c.maior tenet per illam regulam.propter vnunquodq3 tale et illud magis:et per camerã b f e.probatur sic. Si papa non habet plenam potestatem/quam deus creare potuit pro salute generis humani: sequitur in deo esse superioritatem et inferioritatem/maioritatem/et minoritatem: quod est impossibile :ergo et illud ex quo sequitur:consequentiam probo nam deus nouit sua sapientia maiorem finem perfectionis que/ dari potest ad salutem generis humani :ergo debuit illum sua potestate in esse ponere: aliter perfectiones dei non essent equales/intelligendo maiorem finem/et ponendo volendoq3 minorẽ:sed cum potestas plena et suprema summi pontificis sit maior finis qui dari potest pro salute generis humani :ergo debuit in esse poni: et sic data de facto fuit Petro et successorib9 eius:vt habetur in Luca.iuxta illud dictum Christi /quodcunq3 ligaueris super terram: erit ligatum et in celis: et quodcunq3 solueris et c.quod falli nõ potest: ex eo/quia dictu3 est a xp̃o/ qui non potest fallere:nec falli:et sic tota sacra scriptura est vã:et i ea nullũ mẽdaciũ ẽ:vñ totũ nouũ testm̃ ẽ a xp̃o:et ipemet ꝑbauit vet9 testm̃/et ꝑphetas:et dicit q̃ de ipo loquebãtur:et p ꝯñs necesse ẽ/q̃ sit vex:et sic p vnã veritatẽ ꝑbanẽ oĩa:fundare ergo debemus istam veritatem principaliter in nobis:et debent Christiani eius verba ponderare : nam ly quodcunq3 distribuit pro omnibus qui ligari /et sol ui a Christo potuerunt:cui data est omnis potestas in celo/et in terra:et ipse eam

Utrum potestas pape se extendat ad aias purgatorij.

que necessaria est ad salutem generis humani(vt pluries dictum est)dedit vicario suo:aliter esset defectuosus:qd est impossibile:sed difficultas est/vtrum talis potestas pape se extendat ad eos/qui sunt in purgatorio:τ videt q nõ:nã iuxta predictã sniam xpi.potestas ei data solũ est p his/q sunt super terram:sed purgatorium est in centro terre:ergo τc. Contra.omnis potestas cuius plenitudo se diffundit extensiue/τ intensiue per totum corpus mysticum Christi potest in quamlibet eius partem:sed potestas pape est huiusmodi:ergo τc.sed anime existentes in purgatorio sunt membra corporis mystici christi:ergo iurisditio τ potestas pape se extendit ad eas:maior prime consequentie est nota de se:τ minor ex eo/quia potestas pape se extendit per totum corpus mysticum. quo ad antecedens secunde consequẽtie manifestatur:quia omnes anime in purgatorio existentes sunt membra corporis christi:ex eo/quia fideles/licet detineantur ibi propter penitentiam/quam non impleuerunt dum erant supra terrã. ¶Item/vbicunq est prima potestas in aliquo genere/ibi est plenitudo potestatis in illo genere:in papa est prima potestas in corpore christi mystico:ergo põt in oia cõteta sub tali gñe:sz aie purgatorij cõtinent i tali gñe:ergo pt papa eas liberare:maxime cũ nõ sint i vltio termino/sed i via. ¶Itẽ/si illud si qd min⁹ videtur inesse: inest/τ illud quod magis:sed minus videtur inesse q habeat potestatem τ auctoritatem in celis datam imediate a christo:τ habet:vt probatum est:ergo τ in terris:τ sic potest animas purgatorij liberare maxime per viam obsequij/ iuxta illud.Sancta τ salubris est cogitatio pro defunctis exorare:vt a peccantis soluantur:potest ergo licite summus pontifex animas purgatorij participes omniũ bonorũ que fiunt sup terrã facere:τ liberare eas a penis:τ ne admireris:qñ vicari⁹ est illi⁹/cui oĩs ptãs ẽ ĩ celo τi terra : nã(teste Augustino i sermone de apostolis)potest regibus obsistere:reges sanctificare:regibus omnibus imperare:mũdum frenare legibus :demones calcare sub pedibus : iubere virtutibus : celum omnibus aperire/celum claudere cũ placeret:τ imortale regnũ conuersis donare:negare peruersis/merita mũdi cognoscere:culpas τ crimina hominib⁹ relaxare.o inestimabilis τ immẽsa potestas/hominem in terra positum tenere celum. hec ille.Talis potestas τ ligamen est signum coniunctionis diuine nature/et humane:inquantum deus factus est homo:nam diuina potestas se ligauit cũ potestate summi pontificis:vt ipse cum diuina potestate liget/τ soluat in celo/τ in terra. ¶Item.quicqd põt in principio/potest in medio τ fine:alr nõ haberet ptãtẽ pfectã/τ absolutã:q2 nõ cõstare t de pricipio/medio/τ fine:sz triã gul⁹ esset impfect⁹:cũ nõ se haberet nisi ad pricipiũ:sz papa põt dimittere penas penitẽti b⁹ in pricipio:vcz dũ sunt sup terrã:ergo τ i medio/ac fine:sz aie purgatorij sunt i medio:qi nõdũ attigerunt finẽ/ad quẽ ordinant:ergo papa põt eas liberare ab ipsis penis. Preterea/si papa põt dimittere oẽs penas penitẽtib⁹/τ discedẽtib⁹ ab hac vita:põt post hãc vitã:nec videt aliqua impossibilitas/cũ vnũ τ idẽ sit obiectum/τ vna τ eadem potestas:sed papa potest in hac vita (vt probatum est) ergo τc. cuius potestas τ iurisditio in sequenti arbore ad mentem doctoris nostri designatur.


Gloria
pena
cleri[c]i
rural.
sacer.
merc
pores
burge.
abba.
mili.
epi.
baro.
archi.
duces
patri.
comi.
cardi.
reges
papa.
monach9
raymund9

De ordīatione potestatis summi pōtificis in arbore designata.



Resens arbor in septem partes diuiditur: et sunt radices/trūcus/brāchie/rami/folia flores/et fruct⁹: et est arbor generalis. i. ptās supma ad oēs ordines scʒ spūales/et tēporales: in qua sunt īpressiōes vicarie sancti Petri: subiectū cui⁹ est alba petra/pura/mūda: et scripta sanctitati in qua sunt impssiones literarū sigilli dñi nři iesu xpi: q̄ siquidem litere sunt sue operatiōes/et sua bona exēpla: q̄ dedit gētib⁹ in amando: et honorādo deū/et suū proximum: et qr ille litere sunt impsse in petra: fortiores sunt/q̄ si essent impresse in cera: et qr petra est alba/sunt magis apparentes/q̄ si essent impresse in arena: et etiā litere pulchre sunt/et munde: qm̄ petra est alba. ¶ Radices arboris pontificalis sunt virtutes cardinales/et theologice: de quib⁹ in octauo libro dicetur: iccirco summus pontifex dʒ esse iust⁹ p iusticiā/et prudens per prudentiam: etc. et iusticia ipsius pape debet esse bona per bonitatem: et magna per magnitudinem etc. debet esse differens: tribuendo vnicuiqʒ qđ sibi debetur: et debet esse concordans/concordando oēs christianos: eosqʒ dirigendo ad debitum finem/etc. et debet papa illā fidem habere/quaʒ habuit beatus Petrus sub habitu bonitatis/magnitudinis etc. et talis fides debet esse fortis: vt fortitudo eius fortificet fidem cuiuslibet hominis: et ideo ordinatio dei fuit/q̄ imperium romanum datum fuit pape: vt cum brachio seculari papa foret fortis ad resistēdum inimicis fidei: adhuc fides pape debet esse clara hominibus per sapientiā et bonū exemplū: et debet esse charitatiua/et amabilis: vt moueat suos subditos ad charitatem: debet etiam esse virtuosa cōtra vitia: et vera contra falsitatem: et qr fidei pape sunt oēs oues cōmisse: male facit ille papa/qui fidem in pluribus ouibus non augmentat: vt ipse sit pastor multum vniuersalis: et deus a pluribus amatus/et intellect⁹: et q̄ in illa fide viuāt oēs oues mundi: quoniam satis est maior gratia vite spiritualis/q̄ corporalis: et sic papa cum sua fide debet esse contra illos/qui sunt contra fidem: ratiōe cuius conari debet errores destruere qui sunt seminati inter saracenos/tartaros/et iudeos. debet etiā destruere schismata/que seminata sunt inter xpianos.

De radicib⁹ arboris pontificalis.

¶ Truncus arboris apostolicalis est ipse papa: qui est persona generalis: et est maior/et plenior in magnitudine sub branchis: et eius magnitudo consistere debet in bonitate/virtute/et omni perfectione: nam ab ipso trūco emanant branche/et rami: et sic de bono trunco bona brancha: et quanto maiores et meliores sunt branche: melior et maior est trunc⁹ et econtrario: et si truncus est malus: ipsum multum esse damnosum necesse est quoniā nihil est/in quo tantū peruertatur de bono in malum: nec quod tāta pena dignum sit: et econtrario/si est bonus: est ergo truncus soli similis in splendore et officio/influendo suis branchis et ramis: ideo ei debent reuerentiam: et honorem facere/sicut partes suo toti: et si contingat/q̄ aliqua nebula obscura consistat in eo: figura illius nebule est multum intensa in vmbra contra lucem: et quia est in loco alto: ab omnibus videtur: et quia magna est vmbra/magnam impedit claritatem: que descendere non potest ad inferiores/videlicet ad eius branchas et ramos: sunt enim due branche emanantes a trunco/ex dextro latere vna/et ex sinistro reliqua. In dextra brācha ponunt in primis cardinales: pa

De trūco arboris pontificalis et eius branchis.

triarche/episcopi/abbates/priores/sacerdotes simplices/et clerici.in sinistra ponunt imperatores/et reges/duces/comites/barones/milites/burgeses/et rurales. rami sunt sacramenta et mandata legis:folia sunt canones et leges: quibus papa indiget ad suum regimen.flores autem sunt.xiiij.articuli fidei:de quibus supradictum est. ¶ Fructus vero arboris apostolicalis est ille in quo colliguntur omnes fructus aliarum arborum:quoniam omnia quotquot sunt in hac vita presenti secundum diuinam ordinationem/quam deus posuit in creaturis istius vite in qua sumus/se ita dirigunt ad arborem apostolicalem et generalem/sicut plures lineae ad vnum punctum ex illis constitutum/et centrum/in quo sibi inuicem obuiant:et suum habent complementum/sicut plures partes in suo toto: et sic fructus huius est saluatio gentium: et ordinatum ministerium/vt deus recolatur/intelligatur/et ametur/honoretur:et ei seruiant/plus quam alicui alij et iste fructus est ita nobilis/et de ita nobilibus conditionibus/quod requirit vnam personam communem:que sit eius cultor:et habeat dominium super omnes homines. Inter cultorem et fructum oportet esse ita magnam concordantiam in magnitudine bonitatis/sanctitatis/virtutis et veritatis/quod maior esse non possit:et omnes res mundi ordinari debent ad seruitium summi pontificis:vt inde bonus fructus sequi possit:et per illas saluationem gentium tractare. quis ergo cogitare posset/vel scribere nobilitatem arboris apostolicalis? iccirco oportet quod huiusmodi fructus nobiliorem qui dari possit habeat cultorem:et sic male faciunt cardinales/si pro posse in eius electione non proportionant cultorem fructui:et papa electus in illa proportione seipsum conseruare:et si papa eligi debet ex cardinalibus/totis viribus cum maxima diligentia deberent perfectiorem in bonitate/potestate/virtute/sapientia/et veritate eligere:quod minime facere potuerunt:si ad vota principum(vt fieri solet)eos eligant: sed perfectiores inuestigare debent non questu/sed in obsequium Iesu xpi.

De fructu arboris apostolicalis.

De septem sacramentis.



Sacramentum est sacre rei signum: vnde ipse Christus ordinauit in ecclesia sua septem sacramenta:et ordinauit etiam modum:et formam/in quibus ipse dat homini gratiam/salutem/et bene esse: et homo recipit eam de facto:et quia illud bene esse quod homo debet recipere a Christo est inuisibile:ex eo quia est res spiritualis propter hoc deus ordinauit aliquas res corporales/sensibiles:quibus homo reciperet gratiam inuisibilem:que quidem res corporales et visibiles habent similitudinem cum illa gratia recipienda:et quodammodo eam representant:et sic gratia videtur in tali re visibili:sicut in quodam signo:et ordinauit exterius modum/et formam recipiendi et applicandi tales res visibiles ad ipsum hominem:vt ipse cogitaret/quod sicut exterius et visibiliter fit/quod ita conformiter dominus Iesus Christus operatur in anima:ideo homo inquantum est lapsus/debet primo ascendere per istam scalam gratie:quoniam est in profundissimo et infimo propter peccatum:et distat in infinitum a deo/et est inimicus dei: ideo prius debet exire de illo loco infimo:et ascendere ad gratiam dei:nam sicut deus prius ordinauerat quod homo habens iam bene esse reciperet suum optimum esse per

res corporales/scz lignum scientie boni et mali: quod quidem lignum erat res corporalis et visibilis: et homo seruando obedientiam de precepto reciperet optimum esse: ita etiam ordinauit Christus aliquas res visibiles et corporales: vt homo illas recipiens per obedientiam/et propter obedientiam recipiat gratiam: qui autem contemnit recipere tales res ab ipso Christo ordinatas/nullam recipit gratiam: et tales res sanctificantur/et sacrantur per verba/que dicuntur in nomine suo super ipsas res: et sic sanctificate per verba sunt sufficiens instrumentum ad recipiendum gratiam: et quia deus per verbum suum fecit creaturas: ideo verba dei operantur: ex eo/quia habuit magis aptitudinem ad significandum res inuisibiles/quam ipse res corporales: ideo se habent per modum forme: et res corporales per modum materie: et sic per verba que audiuntur/et per res visibiles fit vna representatio/et significatio completa vnius et eiusdem rei inuisibilis: et talis ordinatio facta fuit a domino nostro Jesu christo: hac de causa tam sua institutio et ordinatio inquantum voluit quod per res corporales homo susciperet gratiam/quam per sua verba irrefragabilia verissima formant hominem ad credendum/quod ibi recipit inuisibilem gratiam qua indiget/quid enim magis firmum/ magis solidum/magis securum/quam ordinatio Christi/et verba sua? ideo imponunt necessitatem/non tamen cogentem/sed voluntariam: vt homo recipiendo tales res visibiles recipiat a Christo talem gratiam significatam per tales res: et vt Christus det illam: quia ipse se obligauit dare ex sua bonitate/et voluntate: vt esset summa securitas: si enim deus secrete in ventre matris quando corpus est organisatum creat/et dat animam rationalem sine petitione/quanto magis dabit gratiam inuisibilem suam/si homo debito modo recipiat res corporales visibiles ab ipso ordinatas ad recipiendum suam gratiam? ecce igitur modum per quem xps dat homini lapso suum beneficium/et adiutorium: et facit ipsum participem in merito suo/et in morte sua/et incorporat hominem sibi: et facit ipsum suum membrum: ideo si quis vniri vult Christo/oportet quod adhereat ei: et credat in eum: et quod talis credulitas occulta manifestetur per signa exteriora/et visibilia: quare non immerito debent dici sacra.

De sacramento baptismi.

Baptismus est sacramentum necessarium ratione originalis peccati: a cuius feditate/corruptione/macula /et infectione debet anima mundari: quam quidem maculam contraxit ex carne et eius societate: necesse est etiam quod fiat plena remissio omnis culpe et offense: et quod deleatur omnis obligatio ad penam: ideo Christus ordinauit ad significandum/et representandum omnia ista que sunt inuisibilia/quod exterius in corpore fieret ablutio: et lauacrum per aquam elementalem cum verbis expresse significantibus ablutionem: dicendo /ego te baptiso in nomine patris/et filij/et spiritus sancti: quod est idem/ac si diceret: ego te abluo: et lauo et tale sacramentum conuertit hominem ad finem propter quem creatus est: quoniam forma sacramenti in patienti posita purificat/et mundificat: et transmutat immundiciam in puritatem/tenebras in lucem: et hoc facit cum potestate diuina homini data: sicut instrumentum ad vtendum illa loco dei qui recupare vult quod perdidit in suo subiecto: nam sicut malleus est instrumentum fabro/vt clauum faciat: sic potestas diuina est instrumentum presbytero/vt illa mediante homo immundum peccatum originale sanctificet/et mundet: et efficiatur amabilis et acceptabilis deo: et incorporetur cum Christo: et sic efficitur

particeps passionis Christi: et talis a Hutio cognoscitur ex eo/quod illud quod videt in sacramento est signum/figura et imago illius quod non videtur: et ideo debemus arguere de visibili ad inuisibile: nam sicut aqua purificat omnes maculas: ita inuisibiliter anima per tale sacramentum mundatur/et purificatur ab omni macula: et sicut aqua est clara/et diaphana/luminis susceptiua: ita intra anima illuminatur: et sicut aqua est refrigeratiua: sic per baptismum concupiscentia carnis/que animam inficiebat/refrigeratur: et oportet quod homo adultus recipiens tale sacramentum voluntarie relinquat/et odio habeat vitam antiquam: et quia actualiter peccauit: oportet quod habeat displicentiam actualiter: et quod per consensum adhereat Christo: et credat in eum: et sic requiritur fides propria: sed in paruulo qui non habet potestatem volendi/aut consentiendi: et qui non peccauit per propriam voluntatem: sed totum malum venit sibi ab alio/non requiritur quod habeat fidem propriam: sed sufficit ei fides aliena/vz sui patrini: et ante baptismum fit exorcismus: vt diabolus expellatur: et fit etiam cathecismus/idest instructio de fide: ex eo quia in baptismo fit noua regeneratio spiritualis: debent omnia illa precedere/que preparant/et disponunt subiectum ad formam .i. gratiam recipiendam/que fit participatio cum deo: sicut litere cere que participant in similitudinem cum literis sigilli: et sic imprimitur character: quo differt a quocunque alio non baptisato: et sicut recipit a Christo esse nouum/et rem nouam: quia per aquam (vt dictum est) efficitur homo nouus: ita recipit nouum nomen a Christo: ideo christianus dicitur: et sic renouatur quo ad rem/et quo ad nomen: et non immerito vocatur Christianus: quia emptus est infinito precio/scz morte Christi: et sic homo non est suipsius/sed est Christi/quia membrum eius: ideo cauere debet ne tibi nomen polluat/et deturpet/ne discordet a Christo: nec ipsum offendat.

Confirmatio est/vt puer qui non erat disposit⁹ ad intelligendum/quando fuit baptisatus/recipiat impressionem sacramenti primi (quam in suo intellectu/voluntate et memoria/habet) in suo intelligere/amare/et memorari: et sic per tale sacramentum confirmationis fiunt characteres sacramenti in actibus potentiarum/inquantum baptisatus consentit/quod sit mundatus a peccato originali/recolendo/et intelligendo/et amando: nam quemadmodum homo corporaliter primo generatur/et recipit esse: deinde accipit augmentum/donec peruenit ad etatem et robur/et perfectam virtutem: vt possit facere perfectas operationes humanas secundum corpus: sic conformiter fit in vita spirituali ale: nam primo homo accipit vitam spiritualem: et sic dicitur generari/quo ad illam vitam: deinde oportet/quod recipiat augmentum vite spiritualis: et roboretur/et confirmetur in tali vita: vt perfecte possit operari operationes que pertinent ad vitam spiritualem: ideo necesse est/vt sit aliud sacramentum post baptismum: in quo ala recipiat augmentum vite spiritualis/robur/et fortitudinem perfectam: ideo sacramentum confirmationis se habet ad baptismum sicut augmentum et robur ad generationem: vnde gratia que datur in baptismo lauat aiam totaliter: et ista est sua propria operatio: sed gratia que datur in sacramento confirmationis roborat aiam/atque confirmat: et quia ista est alia operatio distincta a prima: necesse est quod sit aliud instrumentum distinctum a primo: vt omnia fiant ordinato modo: ideo oportet/quod in quolibet sacramento visibile proportionetur rei in-

De sacramento confirmationis.

inuisibili: quo ad significationē et representationē: et quia chrisma quod est compositum ex oleo oliuarum/ et ex balsamo est res visibilis in isto sacramēto: et innunctio fit exterius in fronte cum verbis que significant operationē/ que fit interius in anima: et sunt ista. Signo te signo crucis: confirmo te chrismate salutis in nomine patris/ et filij/ et spiritus sancti: et ideo tam per oleū et balsamum (que materia sunt in hoc sacramento) quam per verba que modum habent forme/ possumus arguere omnia illa que fiunt in homine per istud sacramentū: nam sicut oleum natat supra aquā: ita gratia que datur in sacramento supra gratiā que datur in baptismo: et sicut reddit aquam saporosam et sapidā: ita per istud sacramentū homo recipit maiorē saporem in Christo: et sicut balsamum (quod miscetur oleo in hoc sacramēto) habet preciosum odorem: ita similiter gratia que confertur in hoc sacramēto/ quo mediāte homo mittit extra se odorē bone fame vite ad alios homines: et trahit alios homines ad se: et quia talis vnctio fit in fronte: ideo significatur/ quod in isto sacramēto datur gratia ad pugnādū publice contra inimicos Iesu christi: et ad cōfitendū nomē christi publice et audacter sine timore et verecundia: vnde signum fortitudinis et cōstātie ostenditur in facie

De sacramēto matrimonij



Matrimoniū est sacramentū quod ordinat/ copulā hominis et femine ad finem propter quam sunt masculinitas/ et femineitas: videlicet ad multiplicādū naturā humanā/ seu speciē: vt deus sit amatus et honoratus a pluribus hominibus: et debent specificari cū ordine verborū/ et ordine cōceptionis interioris: que monēt verba illius qui agit sacramentū: et illorum qui caracteres sacramenti recipiūt intus et extra: et agens ligat: et sic remanēt ligati: et tale sacramentū est sustentatum in cōtrahentibus/ sicut litere sigilli in cera: et quia deus non fecit oēs homines insimul: sed primo fecit primū hominē: et primā mulierē: et cōtraxerunt matrimoniū per consensum vtriusque: et deus ordinauit eos sic/ vt per generationē homines multiplicarentur: et vnus ab alio descenderet: vt maior vnitas/ et maior amor esset inter ipsos: et quia deus creauit hominem/ vt ab ipso intelligeretur/ et amaretur: sed talis dilectio inuisibilis debuit per aliquid visibile significari: vt iam in quito tractatu deductū est: ideo ordinauit matrimoniū in paradiso terrestri: et quia matrimonium propter hoc est sacramentū: quia est signum propter signatū/ et non ecōtrario: ideo sine cōparatiōe nobilior est illa cōiunctio spiritualis que significatur per matrimoniū/ quam ipsum matrimoniū: et quia humana natura a principio cōiungebatur deo solū per amores et liberū consensum: sed post lapsum in reparatiōe facta est noua cōiunctio et vnio inter deum et humanā naturā: quia persona filij dei coniunxit se humane nature in vnitate persone: et talem vnionem etiam significat matrimonium. In isto sacramento/ sicut et in alijs considerantur materia et forma/ vt verba et signa exteriora/ seu actus et operationes: ideo per verba dicta exterius a viro et muliere declaratur consensus interior amborum: sic quod consensus per verba declaratus non est matrimonium/ sed causa: et sic sunt ibi tria per ordinem/ scilicet verba exteriora significantia/ et ipse consensus spontaneus viri et mulieris: et vinculum obligatorium tantum indissolubile et infrangibile: et tale vinculum est sacramentum/ et ex tali vinculo obligatorio per quod vir transit in potestatem mulieris: et mulier in potestatem viri: quantum ad corpus/ sequitur vltima coniūctio/ que est copula carnalis: et ideo

propter talem obligationem vir tenetur reddere debitum mulieri/et mulier viro:vnde cum in matrimonio detur homini facultas/et potestas vtendi sua vxore ad procurationem prolis:et hoc ex diuina institutione/datur etiam ibi gratia cum qua illud conuenienter fieri possit illis qui digne suscipiunt sacramentum matrimonij in fide Christi recta intentione:vt scilicet vniantur ex consensu boni amoris ad procreandum prolem ad dei seruitium: tales recipiunt gratiam in matrimonio/que adiuuat eos contra concupiscentiam carnalem. Ex ista gratia datur remedium contra tres inordinationes concupiscentie:et nascitur triplex bonum matrimonij. Primum quia concupiscentia et pronitas ad multas mulieres tollitur. Secundum quia in matrimonio datur gratia:et adiutorium/vt non cognoscat vxorem nisi causa prolis. Tertium bonum est/ quia in luxuriosis post operis carnalis cõsummationẽ gñatur fastidiũ ꝛ nausea: et sic respuit illam:et desiderat aliam:in vero tamen matrimonio datur gratia/ et adiutorium /vt semper velit esse cum sua vnica:et sic tale fastidium tollitur: deberent ergo homines contrahere verum matrimonium: quia tunc predicta gratia eos in omnibus iuuat:et tale est magnum signum:quia magnas et sanctas res significat:videlicet coniunctionem inuisibilem dei et anime hominis per amorem:et coniunctionem dei verbi et nature humane / ac etiam coniunctionem Christi et ecclesie / cuius ipsum matrimonium est expressum signum:ideo qui violat et deturpat signum/facit iniuriam rei significate per illud:et illi videlicet deo qui instituit/et ordinauit tale sacramentum: et si ex tali matrimonio non sequitur proles /sufficit quod sit fides/et fidelitas propter solutionẽ debiti.

Eucharistia est sacramẽtũ altaris:qđ quidẽ sacramẽtũ ẽ/vt deꝰ cũ hoĩe multum possit participare ĩ magnitudine bonitatis/durationis/potestatis ꝛc. Est enim magnũ bonũ hoĩ tractare ꝛ tenere corpꝰ xp̃i: q est finis ꝛ cõplemẽtũ oĩm corporaliũ: ꝛ tangere ipsum cũ suis manibꝰ:ꝛ recipere per cõtactũ/rõne cuiꝰ tangens mũdificat tactum bene dispositũ p penitentiã: et in tali tactu sit participatio ambarũ bonitatum:et tale bonum est ita magnũ/qđ nemo potest cogitare:est etiam valde magna eiꝰ duratio/et conseruatio/que requiritur in homine:nam sicut in vita spirituali oportet baptismum esse/qui est spiritualis generatio/et etiam confirmationem que est spirituale augmentum/ita oportuit esse sacramentum vnum:quod esset spirituale alimentum ꝛ nutrimentum:in quo homo cõseruaret totaliter in bono ꝛ spũali vita:ideo Christus qui est deꝰ ꝛ hõ remanet sine cremẽto ꝛ diminutiõe suipsius in sacramento homine ip̃m recipiente:qui nõ crescit p trãssubstãtiatione panis in carnẽ Christi/ꝛ vinũ in sanguinem xp̃i:nec diminuitur/inquantũ ille q ipsum recipit/trãssubstãtiat materiã panis trãssubstãtiatã in corpꝰ xp̃i ĩ carnem suipsius recipientis:ꝛ idem est de vino in sanguinẽ:ideo xp̃s est nutrimentum ꝛ alimentum spirituale:et sic recipiens mutatur ꝛ cõuertitur in Christum per amorem:sed ipse Christus non mutatur/sed mutat/et transformat xp̃ianum in seipsum:ideo vt ista nutritio fiat continue:ꝛ vnitas ista cõseruet/xp̃s ꝯstituit ꝛ ordinauit istud sacramentũ/in quo sunt materia ꝛ forma/vꝫ panis ꝛ vinũ:et verba q̃ a Christo ordinata fuerũt:ꝛ sunt res visibiles:que indicant inuisibiles:

De sacramẽto eucharistie.

ideo dicitur sacramentum: est enim magna potestas/quam deus dat presbytero in tali sacramēto: quoniam cum potestate infinita dei q̄ ei datur: vt instrumētū motum per agentem ad suam voluntatem facit de modico pane ita magnam carnem: sicut est caro Christi/ꝛ idem de vino: ꝛ tale sacramentum est verissimum: nam si verba que proferuntur in sacramento baptismi habent efficaciā vt homo baptisetur intus/scꝫ in aīa: etiam ꝛ istius sacramēti/vt panis trāssubstātietur in verum corpus Christi: et vinum in sanguinem: et sicut ergo baptism⁹ est verum sacramentum/et etiam eucharistia: cum idē dn̄s vtrūqꝫ ordinauerit: ꝛ instituerit: et verba eius sint maioris efficacie/q̄ verba hominis puri: et tamē significant semper aliqd: ergo verba Christi magis deberent habere vltra significationē/scꝫ q̄ faciūt: ꝛ significāt id qd̄ faciūt: sequitur ergo q̄ verba q̄ significant suum corpus esse in hoc sacramento faciunt ipsum esse et existere: et oportet de necessitate/q̄ ita sit sicut significant: ita q̄ non possunt esse falsa / aliter nil plus haberent verba Christi/q̄ verba vnius pueri: maxime cū ip̄e xp̄s non possit mentiri: est ergo eucharistia verū sacramentū: nā sicut panis ꝛ vinū sunt principalis sb̄a nutrimenti ꝛ alimēti corporis: ita significatur q̄ ip̄e xp̄s ibidē existēs est principalis substantia nutrim[illegible]ti et alimenti spiritualis: vnde sicut aqua ī baptismo significat ablutionem: [illegible] forma panis et vini significat refectionem et nutritionem: quia caro Christi ibidem existens animam reficit: et sustentat spiritualiter super omnem gratiam: et sanguis Christi animam letificat: ꝛ hoc sacramentum fit supernaturaliter: nam virtus ꝛ veritas superior trahit ad suā magnitudinem veritatem inferiorem/inquantum facit esse verum hoc qd̄ p̄sbyter dicit ī sacramēto tūc: cū dicit/hoc est corp⁹ meū: et hoc est magnū miraculū veritatis: q̄ vnū fit corpus xp̄i/ꝛ aliud corp⁹ p̄sbyteri: et qd̄ corp⁹ xp̄i ꝛ p̄sbyteri sint agētia in vno corpore/qd̄ est sacramentū: hoc aūt esse nō posset sine sacramento qd̄ p̄sbyter facit in figura xp̄i: q inquātū xp̄s loquitur/ꝛ facit sacramentum: ꝛ sic est magna participatio inter procuratorē ꝛ dn̄m: ꝛ inter veritatē cuiuslibet: ꝛ hoc fit cū magna hūilitate sue bonitatis/magnitudinis ꝛc. nā magnū est q̄ ille q est de⁹ ꝛ hō velit p̄ticipare inferi⁹: ꝛ tm̄ seip̄m humiliare/q̄ se offerat hoib⁹: ꝛ iō male faciūt illi p̄sbyteri ꝛ illi hoīes: q recipiūt sacramentū: et sunt sup̄bi: cū ita sit q̄ sup̄bia ꝛ hūilitas sint 9ria: ꝛ ī hoc passu cognoscitur q̄ p̄sbyteri debēt esse magis humiles/q̄ alij hoīes ī loquēdo/induēdo/comedendo/eq̄tando/ ꝛ habitādo: sicut Jesus xp̄s/ q nō modo in p̄senti sacramēto est hūilis: sꝫ ī oib⁹ fuit: p istud enim sacramentū xp̄iani exaltantur: et dignificantur tāta exaltatiōe et dignitate / qua excogitari non potest maior in hoc mūdo: quoniam efficiuntur diuini: ꝛ deificantur: et conuertuntur in Christum: quia conuertuntur in suam voluntatem.


De sacramēto ordinis.


ORdo est sacramentum necessarium ad alia sacramēta: q: ē instrm̄/cū q̄ siūt alia sacramēta: ꝛ ordo est ita magn⁹: sicut spectat ad magnitudinē aliorꝫ sacramētorꝫ: sicut malle⁹ q p̄portionarie ad magnitudinē claui: vn̄ cū sacramentū altaris ꝛ penitētie sit ita magnum: opꝫ q̄ ordo quē p̄sbyter recipit/sit magn⁹: vt possit illa administrare ꝛ perficere: nam sicut Christus ordinauit sacramenta/vt homines suscipiant ea: ita necesse est quod ordinet homines / et

Personas que ministrant ipsa sacramenta: et sic necessaria est potestas in terra hominibus ad duo: primum est ipsa gratia/per quam regenerantur/ et perficiuntur vt sint apti intrare in regnum celorum: et quia ista gratia datur per sacramenta visibilia: ideo est necessarium secundum/scilicet auctoritas/seu officium administrandi ipsa sacramenta: quia nullus potest administrare/neque dispensare res alicuius domini/nisi de licentia et auctoritate domini/cuius hec sunt: nec haberet vigorem quicquid/si aliter factum esset: sic ergo necesse est quod auctoritas seu officium dandi et ministrandi ipsa sacracramenta detur spiritualiter aliquibus personis specialibus/omnibus vero non indifferenter/sed solum ordinatis: et oportet etiam quod ordo quem presbyter recipit/sit ita magnus: vt per talem ordinem conficere possit sacramentum altaris/et dare penitentiam hominibus soluendo illos/aut ligando cum clauibus vel Petri/que claudunt/et aperiunt hominibus in celo/et in terra: sicut enim omnia membra corporis humani conueniunt in vita et calore naturali/per quem omnia viuunt: sed etiam differunt per diuersas potestates et officia/que singula membra habent: sic fit inter fideles: quia omnes conueniunt quantum ad charitatem: sed differunt penes potestatem: et est necessaria talis potestas ad viuendum ordinate: ita quod oportet quod aliqui recipiant sacramenta: et non dent: neque habeant potestatem donandi: et aliqui sunt/qui etiam recipiunt primo: et habent potestatem dandi aliis: ideo necessario sunt due partes inter christianos/videlicet pars laicalis/et clericalis: et quia clericalis est superior/et dignior/et magis filiis christo quia insimul concurrunt ad vnum opus: quia christus dat gratiam inuisibilem: et clerici qui sunt ministri eius dant sacramenta visibilia: ideo quia sunt cooperantes/sunt magni honoris/et magne dignitatis ex parte officii christi: ideo presbyteri male faciunt/qui habentes ita magnum ordinem/quod se indinant ad aliquod peccatum: cum ita sit quod ordo et peccatum sint contraria: necesse est etiam quod talis potestas dispensandi et dandi sacramenta detur per aliquod signum manifestum. (vt in supradictis diximus) per aliqua verba/que significent talem potestatem: ideo ista potestas debuit dari per modum sacramenti: et quoniam ista potestas est res spiritualis/et non corporalis: ideo debet poni et caracterisari intus in anima: vnde necesse est: quod tales persone que recipiunt talem potestatem et auctoritatem magis assimilentur christo/quam alie persone: et quia alii christiani assimilantur christo per gratiam: et etiam iste persone: cum etiam recipiant alia sacra: ideo oportet quod vltra gratiam que datur omnibus per alia sacramenta recipiant aliquod aliud inuisibile in anima/per quod ascendant/et eleuentur super alios et modo spirituali assimilentur christo: et licet homo perdere possit gratiam que datur per alia sacramenta: tamen hanc sacerdotalem propter illam perdere non potest: quia sunt due gratie distincte: ideo quamuis aliquis perdat gratiam sibi datam in baptismo: dummodo dicat se christianum/potest recipere sacramentum ordinis/et per consequens talem potestatem: sed cum potestas sit ita excellens/debet ordinatus superare alios in bonitate: sicut superat potestate/et auctoritate: nam si ordinandus habet gratiam/que datur in aliis sacramentis: tunc augetur/et crescit in isto sacramento: si vero est in peccato mortali scienter/tunc nullam gratiam recipit: sed auget culpam: et solum recipit potestatem. ¶ Sacramentum ordinis continet septem gradus ordinatos: qui omnes ordinantur ad vnum: iste autem potestates spirituales distinguuntur per respectum ad sacramentum altaris: et de quolibet istarum sigillatim tractaturi sumus (si opus tamen perficiatur) in libro de vnitate christiana/et eius peruersa diuisione: dantur enim ordinato modo semper ascendendo de vna potestate in aliam: donec deue

niunt ad sacerdotium/ qđ est vltimus gradus: ꝛ sicut est vnus primus homo so lus/ quē deus fecit primo per manus suas: ꝛ per illū fecit/ ꝛ multiplicauit alios homines in natura: ita similiter non est nisi vnus primus sacerdos: quem deus primo fecit per manus suas: ꝛ per illum fecit: ꝛ multiplicauit alios sacerdotes: et ille homo est xp̄s benedictus/ qui est solus verus sacerdos: ꝛ cum quis non pos sit a peccato liberari/ nisi per sacramentum penitentie: ꝛ sacramentum penitentie non potest fieri/ nisi sit aliquis/ qui habeat potestatem ꝛ auctoritatem iudicandi peccata ꝛ absoluendi: ergo necessario talis potestas iudiciaria datur in sacramento ordinis: ꝛ quia ista potestas est colligata cum potestate dispensandi sacramentum eucharistie: quia homines nō possunt recipere tale sacramētū/ nisi absoluantur prius a peccatis: ideo sicut sacerdos per sacramentum ordinis recipit potestatem supra sacramentū corporis christi: ita recipit ex ꝯsequēti potestatem supra sacramentum penitentie: quia ad vnā sequitur alia: est etiā necessarium/ ꝙ vlterius fiat ascensus/ ꝛ eleuatio supra potestatem sacerdotalem: que est vltima in sacramento ordinis: nam sicut oēs christiani conueniunt primo in susceptione sacramentorum: ꝛ in hoc erāt equales: ꝛ postea ex illis eleuantur ali qui/ qui recipiunt potestatem administrandi ipsa sacramenta: ꝛ tales sunt sacerdotes: ita cōformiter oportet ꝙ ex sacerdotibus qui sunt equales per sacramentum ordinis/ aliqui eleuentur vlterius supra alios sacerdotales/ qui habeant potestatem conferendi sacramentū ordinis: ꝛ sic oportet ꝙ fiat superioritas ꝛ inferioritas vlterior: ꝛ sic fuerunt aliqui a christo immediate ordinati/ qui potestatem habent ordinandi alios sacerdotes: ꝛ tales dicuntur episcopi.

De sacramēto penitētie.


Enitentia est sacramentum ertēsum i coniunctionem hominū/ qui penitent de peccatis/ que fecerunt de quibus confitentur: ꝛ se submittunt iudicio presbyteri: vt fiat satisfactio cum virtute contra vitium: ꝛ iste tres forme contritionis/ confessionis/ ꝛ satisfactionis sunt passiue: in quibus accipiunt similitudines formarum actiuarum/ quas habet presbyter/ qui simili tudines imprimit illarum formarum actiue in iudicio quod dat/ ꝛ in hoc ꝙ indulget cum clauibus: que in illis formis passiuis claudunt ꝛ aperiunt: ꝛ per hoc sacramentum penitentie excitantur homines ad timorem per contritionem: ꝛ ad spem per indulgentiam: ꝛ confessio ꝛ satisfactio mouent contritionem: ꝛ econtrario contritio mouet illas: sicut forma que mouet formam vna forma mouente aliam ad suum finem/ sicut voluntas que monet intellectū ad intelligendum bona obiecta amabilia/ ꝛ ad intelligendum mala obiecta/ que sunt odibilia: ꝛ idem facit intellectus/ qui mouet voluntatem ad amandum intelligibilia: ꝛ ad odiendum odibilia: et ideo quia aliquis potest perdere gratiā sibi in baptismo datam per peccatum: quia homo habet libertatē: est necessaria medicina spiritualis curatiua sc; penitētia/ per quā possit recuperare sanitatem/ ꝛ gratiam quam habuit per baptismū: et q: christus operatur in homine per sacramenta visibilia ꝛ manifesta: ideo ordinauit sacramentum penitentie ad destruendum peccatum ꝛ offensam commissam post baptismum: Quis


enim ante receptionem baptismi sit necessaria homini adulto: attamen illa penitentia non est sacramentum: quia inuisibilis est/et occulta: et quia vera indulgentia non recipitur nisi culpa displiceat/ex eo: quia omnis culpa est voluntaria: ideo non potest destrui nisi per contrarium / videlicet quod sicut fuit voluntaria / fiat inuoluntaria/et displiceat: aliter manet in vigore suo: est ergo necessaria contritio: et quod proponat in corde suo nunquam offendere deum: et requiritur etiam quod homo habeat spem recipiendi indulgentiam a deo: et quod habeat odio ipsum peccatum: quod contrariatur deo / et sibiipsi / aliter nihil proficeret: et talis displicentia etiam ex alio: quia homo non habet maiorem inimicum/quam peccatum: quia non obligat solum ipsum hominem ad penam temporalem/sed eternam: et quia peccatum est etiam inimicus secretus et occultus: quia de ipsius natura est velle occultari: ideo homo per contrarium debet ipsum discooperire: et manifestare per confessionem: et sic ipsum tanquam inimicum domesticum impugnare / et expellere et quia est deceptiuum/et fraudulentum: ideo tanquam deceptor et falsarius debet accusari/iudicari/et puniri: ideo debet ipsum ponere in iudicio/et petere sententiam contra ipsum/et punitionem: et sicut sunt duo inuisibilia/necessaria ad destructionem culpe: vnum ex parte dei/et aliud ex parte hominis / qui offendit / quorum vnum preparatorium: et aliud quod recipitur/et datur: ita conformiter in isto sacramento sunt duo visibilia/que se habent per modum materie et forme: vnum visibile /quod fit exterius est ad significandum inuisibile interius/penitentiam scilicet interiorem/et quia facta et verba exteriora significant et declarant illud quod est occultum et inuisibile in corde/ quod est habere odio peccatum. ¶ Item aliud visibile quod fit exterius est ad significandum illud inuisibile/quod facit deus in anima/scilicet remissionem et indulgentiam offense et peccati: et est ipsa absolutio /que fit a sacerdote loco dei/ tanquam a ministro suo: vt igitur homo qui offendit esset securus de remissione et indulgentia sua: et nullo modo dubitaret: christus ordinauit/et instituit modum penitendi/scilicet quod homo doleat interius de offensa: et quod exprimat exterius signa doloris per gemitus/et lachrimas/et quod dicat ore suo et confiteatur culpam suam: et accuset seipsum. et etiam ordinauit/et instituit suum locumtenentem: qui loco sui audiat confessiones hominum: et absoluat et quia Christus est verax/predicta sunt verissima. sunt ergo contritio oris confessio/et satisfactio partes essentiales penitentie: et ipsa secundum ethimologiam est pene tenentia/et si dicas quod omne totum actuale suas arguit partes essentiales actualiter in eo consistentes: sed penitentia est quoddam totum essentiale et actuale constans ex predictis tribus partibus: ergo eas exigit actualiter contineri: sed hoc esse non potest: nam quando est contritio non est oris confessio: aut quando est oris confessio/non est satisfactio: dicitur ad maiorem quod verum est/in permanentibus/non autem in successiuis quemadmodum est penitentia: nam in successiua consistunt in fieri/et non in facto esse: et per hoc differunt a permanentibus.

Xtrema vnctio est sacramentum/quod esse oportet ratione finis: quoniam sicut baptismus est ratione principij: et confirmatio ratione medij: sic extrema vnctio est ratione finis: in quo peccator sua peccata confitetur/et fatetur fines formarum/qui priuantur in hac vita: et sic extrema vnctio est punctus/in quo peccator confitetur lineas que deficiunt

De sacramento extreme vnctionis.

in hac presenti vita per mortem/et lineas futuras in vita euiterna:et hec confessio per extremam vnctionem est sacramentum in patiente/et in agēte:ꝛ si in patiente discretio deficiat propter infirmitatem/in agente restauratur: qui facit sacramentum:sicut virtus vnius oculi deperditi restauratur in alio oculo: et sic dicendum est de baptismo ꝛ confessione tempore necessitatis in absentia p̄sbyteri: que fieri possent per alium hominem/qui non sit presbyter :fuit etiam institutum istud sacramentum extreme vnctionis ad animam perficiendam et sanādā ab omni macula:et debilitate spūali:i quo fit remissio oīs peccati venialis quo ad culpā/s3 nō quo ad penā:vnde in isto sacramēto visibile qđ fit/ꝛ apparet exterius est vnctio olei consecrati per modum medicationis corporalis in septē partibus corporis determinatis/videlicet in oculis/ in auribus / in naribus/ in manibus/in labijs/in pedibus/et i lumbis:et hoc fit simul cum verbis deprecatiuis:et datur solum adultis/ꝛ postulātibus: et solum in periculo mortis: sicut enim exterius fit quedam vnctio cum oleo in corpore per modum medicationis / quod est curatiuum vulnerum:ita significatur ꝙ interius ipsa anima curatur per gratiam dei/que ei datur:et inunguntur / vt facilius euolent in celum.materia huius sacramenti est oleum simplex/et non mixtum:sicut in confirmatione/aut baptismo:ad significandum ꝙ sic oleū est nitidum:et de se significat sanitatē:q2 per tale sacramentū conscientia hoīs fit munda totaliter:ꝛ hoc per gratiam que datur ei:ꝛ non datur istud sacramentum pueris: q2 non peccant venialiter :requiritur etiam deuotio sursum eleuans animam : ideo non datur nisi petentibus :nec datur nisi infirmis:ex eo/quia spiritualem curationem significat :et tale sacramentum fit cum verbis deprecatiuis propter multa Primo vt per deprecationem infirmus subleuetur.Secundo vt per deprecationem anima curetur.Tertio quia hoc sacramentum datur recedentib⁹ ab alijs Christianis :ꝛ vt in manus solius dei requiescant:vnde deo anima comēdatur p dep̄catione:ꝛ q̄uis tale sacramētū deꝫ p modū dep̄catiōis:h3 tñ de se certitudinē:ita ꝙ semp ꝯferꝫ:qđ significaꝫ p tale sacramētū:nisi fuerit īpedimētū ex pte recipiētis. ¶ Dictū est de.vij.sacramētis sctē eccl'ie:q̄ sunt ornamēta illi⁹:ꝛ bona p̄ncipalia toti⁹ xp̄ianitatis :nā se hn̄t sicut sol/q est ornamētū orbis/inquātū ip̄s illuminat remouēdo ab eo tenebras/sic virt⁹ salutifera descēdit a diuinitate:q̄ ē i xp̄o per eius humanitatē i ip̄a sacra:ꝛ sunt ei⁹ instr̄a :p q̄ tāgit hoīem indigētē tali virtute:et sunt etiam memorialia passionis Christi : que superat omnia peccata que fieri possunt:ideo clamat sanguis Christi ad omnes peccatores : vt veniant ad penitentiā:et recipiant virtutem ꝛ influentiā eius.

De practica veteris et noui testamenti et arte predicandi/ac.x.p̄ceptis legis liber septim⁹



Est enim practica artis vsus eius: ideirco vt p̄dicatores maiorem habeant facultatem/et materiam in suis sermonibus:practicam veteris et noui testamenti per viam alphabeti dare statuimus.Et primo de abstinentia:nam ipsa est meriti augmentatiua:auget enim merita/et virtutes:ideo voluit dominus nostros primos parentes non omni cibo vti in paradiso terrestri:sed ab aliquo abstinere:vt ex

De abstinentia.

re: vt ex obedientia et abstinentia amplius mererentur. Genesis .ij. Propter eam causam precepit deus filijs israel φ a multis cibarijs abstinerēt: vt Leuitici. ij. valet etiam ad habēdum sapientiam: nam Moyses ieiunauit: et post abstinētiam meruit a deo recipere legem. Exo. xxiiij. valet ad refrenandum carnes: ideo abstinere debent clerici: nam vir qui debebat dño consecrari/ab omni eo quo in ebriari poterat/abstinebat. Numeri .vj. Non legimus saluatorem comedisse carnes/nisi de agno pascbali: sed de piscibus comedit/et dedit discipulis. Joan. xxi. ¶ Item/mittens dominus discipulos binos ad predicandum dixit/edetis/et bibetis que apud illos sunt: vt. s. deberēt esse contēti appositis: nec peterent delicata cibaria. Luce. x. ¶ Item/abstinentia prebet victoriam: ideo vxori mage cōtēpture Sansonē fortissimū pugnatorē angelus abstinētiā idurit. Judic. xiij. Judith quia omnibus diebus vite sue ieiunauit: de Holoferne victoriam habuit. Judith. viij. saluator noster cum diabolo pugnaturus ieiunauit/et ipsum in tribus tentationibus superauit. Mat. x. abstinentia iuuat orationem: ideo dicit Thobias .bona est oratio cum ieiunio. Thobie. xij. predicauit Esdras ieiunium: quia petituri erant a deo veniam. Esdre. viij. propter abstinentiam meretur quis indulgentiam pctōr: reliquit dominus subuersionem Niniue/ et pepercit: quia a maximo vsq ad minorem se ieiunio affixerunt. Jone. ij. ¶ Item abstinere debet homo propter aliorum exemplum. Eleazarus maluit occidi/φ vetita manducare: vt alijs exemplum preberet. de hac materia habetur. iij. regū xvij. et. xix. et Danie. xij. et. xix. et Luce. ij. et Hieremie. xxxvij. et Nu. iij. et Act. ij. et. iij. Regum. xiiij. et Mat. xiij. Mar. vj. Luce. j. et Jo. xvj. et Numeri. xj. et Exo. xv. et Judi. vij. et primi Regum. j. xiiij. et. ij. Paralipomenon. j. ij. Judi. ij. et Regum vij. et. iiij. primi. et Judith. iiij. Hester. iij. ca. iiij. et Math. xxvj. et Regum. xxi. et tertij. xiij. et. ij. Mach. et Actu. x. ¶ Sequitur de acceptione. accipere non debet homo munera pro impensis seruitijs: ideo Habraam noluit accipere multa/φ ei offerebat rex Sodomor p victoria quam fecerat de inimicis suis: ne seruitium vendere videretur. Gene. xiiij. ¶ Item acceptio munerum generat et nutrit proditionē. Dalida propter munera que recepit a Philisteis/tradidit Sāsonem Judith. xvj. Est etiam causa symonie: nam dicitur de filijs Samuelis: φ declinauerunt post auariciā: et susceperunt munera. j. Regum. viij. accipere possunt tñ munera a diuitib⁹ pauperes deo seruientes ad deum placandū: in cui⁹ figura Jacob misit fratri suo munera: vt placaret eū. Gen. xxij. et. xxxij. accipi nō debent munera de alieno aliquo: sed de proprio: vt deo sit placitum: ideo Dauid noluit offerre sacrificiū de alieno munere. ij. Regū. xxiiij. De hac materia habet Hieremie. xl. et Danielis. v. et Numeri. xxiij. et. ij. Regum. xvj. et. ij. Macha. iiij. et Math. xxviij. et Act. xxiiij. et Judi. xiij. et. iij. Regum. xv. et. j. Mach. xij. et. iiij. et iiij. Regū. v. ij. Mach. ij. et. iiij. et. ij. Mach. iiij. et Act. viij. et Exo. xxxvj. et. iij. Regū. x. et Hester. ix. et. ij. Paralipo. et Math. ij. de magis/q nō de alienis/s; suis aurū/thus/et myrrhā dño obtulerūt. ¶ Accidiosi reprhēdēdi sunt: et sollicitādi a diuinis patribus et platis: ideo Jacob accidiosos filios increpauit: et sollicitauit/dicēs. qd negligitis: et c. Gen. xlij. Accidia causa est oium pctōr: vñ filij israel māducātes panē angelorum ociosi murmurantes et c. Numeri. xj. Dauid tēpore

De acceptiōe.

De accidia.

belli manens otyosus in domo adulterium ⁊ homicidiū perpetrauit.ij.Regū ij.⁊cū dormirēt hoies:inimicus hominis seminauit zizaniam.Matt.ij.De hac
De adulatoribus. materia hr.ij.Parali.xv.⁊.xxv.⁊ Math.xx.⁊ Jone.j.et Mat.xxvj.¶Adulatores et falsi prophete dicebant Achab prospera de bello futuro:sicut ei placere credebant.iiij.Regū.xxij.Herodi impio clamabat populus voces dei /desiderans ei complacere. Ac.xij. adulatores displicent sapientibus / quibus placere credunt per suas blandicias:nā adolescens quidā narrans Dauid mortē Saulis inimici sui credens ei placere fuit occisus .ij.Regū.j.adulatores laudant in facie:et in absentia detrahunt:contra quorum consuetudinem saluator noster recedentibus discipulis Jo.cepit multipliciter multum commendare:quem in eorum presentia non laudauit .Mathei.xj.pharisei volentes Jesum capere in sermone:et postea ipsi detrahere/ ipsum laudare ceperunt in facie:dicentes/magister scimus q verax es ⁊c.Math.xxij.De hac materia habetur.j. Regum.xv.
De ambitione. et Hester .j.⁊.v.et .ij.Macb.vij et.ij.Reg.xv.¶Ambitiosi deo ⁊ alijs detrahūt: vt ipsi magis appareant:sic Maria et Aaron ambientes dominiū populi detrahebant Moysi dicentes / nobis locutus est deus ⁊c.Numeri . xij. ambitiosi non timent sanguinem fundere/⁊ multa mala committere:vt liberius valeant dñari:vñ Abimelech callide pcurauit eligi per amicos in dñm:qui postea . vij. fratres eius occidit:⁊ multa mala fecit.Judicū.ix.ambitiosi semper magna psumptuose de se loquuntur :et ideo Golias dicebat presumptuose . vtinaz daret mihi aliquis populum istum sub manu mea:et auferret Abimelech de medio .Judicū .ix.dicebat Seron.faciam mihi nomen / glorificabor in regno:⁊ debellabo Judam:⁊ ipse prius fuit debellatus.Macha.iij.dominiū ambitiosorū cito transit diuino iudicio.Ptholomeus regnum Alexandri voluit occupare ambitiose:sz parū gauisus est:eo qr die tertia defunctus est.Ambitiosi vt plurimū sunt simoniaci:nā qr Jason summū sacerdotiū cupiebat :ideo pmisit Anthiocho.ccclx.talēta / ⁊ multa alia :tñ modico tpe fretus ē honore:qr Menelaus obtinuit.ij.Macb.iiij.Simon magus ambiens potestatem spiritusctō voluit illā pecunia comparare.Act.viij.Ambitiosi et superbi plus dolent de paucis / qui non honorant eos:q letentur de multis/qui eis obediunt :talis fuit Amā/qui plus dolebat de Mardocheo eum adorare nolente/q letaretur de alijs/qui eum cottidie adorabant.Hester.v. De hac materia habetur Numeri.xvj. et.ij. Regum.xv.et.j Macb.vij.et Judi.ix.iij.Regū xij.et Macb.xv.et.ij.Regū.j. et
De amicitia. Judi.j.et.iij.Regum .xvj.¶Amici debent communicare omnia temporalia ⁊ spiritualia amicis :ideo Laban vocatis amicis fecit Racheli nuptias:et desponsauit eam.Genesis.xxix.dilexit Dauid Jonatham sicut animam suam: et expoliauit se tunica sua:et dedit ei.j.Regum .xviij. patens exemplum ponit saluator noster de illo/qui vadit media nocte ad amicum:et petit sibi communicare panes.Luce .xj. Amici debent simul habere de suis negocijs secretum colloquium :ideo loquebatur deus Moysi de agendis/sicut solet loqui homo cum amico.Exo.xxxiij. Tres amici Job venerunt consolari eum:et loqui cum eo. Job .ij.saluator noster cum dilexisset suos qui erant in mundo / in fine dilexit eos:⁊ faciens eis sermonem familiariter loquutus est eis.Jo.xij.Amici debent

debet esse fideles: et unus alium non debet deserere: sed verbis/ et factis inuicē se amare: ideo Ruth dixit Noemi. quo perrexeris/ pergam: et vbi stabis/ stabo. Ruth .j. Amicitia malorū est destruenda: ideo propheta Hie. dixit ad Josa phat habens qui oderant domum auxilium prebes: et cum eis amicitiā adiūgis: ideo iram dei merebaris. Parali. xix. Duo pessimi homines Herodes et Pilatus facti sunt amici in morte xpi. Luce. xxiij. ideo amicitia contrahenda est cum bonis/ et potentibus/ et sapientibus viris: ideo rex Alexander scripsit Jonathe. audiui q̄ potens es: et aptus esse amicus noster. j. Machab. x. De hac materia habetur Luce. xvj. et Hester. v. et j. Regum vltimo et. iij. Regum. iij. et ij. Regum. xvij. et. j. Machabeo. vj. et. j. Macha. vij. ¶ Amor dei misericordiā obtinet: ideo daturus dominus legem Moysi dixit. Ego dominus faciens misericordiam his qui diligunt me: et custodiunt precepta mea. Exodi. xx. ob hāc causam post decem repetita mādata dixit Moyses. diliges dominum deum tuum: et ideo post posuit: et si in aliquo preceptorum offendimus/ q̄ dilectionem dei et misericordiam habeamus. Deutero. vj. Amoris dei preceptum principium/ et finis est omnium mandatorum: ideo dicit Moyses populo. quid petit deus a te/ nisi vt ambules in vijs eius: et diligas eum. deutero. xj. Paulus dicit. si quis non amat deum: anatema sit: ac si diceret/ talis nullum preceptum seruauit. j. Corinthio. xvj. hoc est etiam quod Paulus dicit. Si linguis hominum loquar et angelorum. vbi ostendit q̄ nullum bonū fieri potest sine dilectione dei. j. Corinthio. xiij. ¶ Amor proximi est verus/ quando pro eo oram⁹/ sit bonus/ aut malus: ideo Abraam sollicite orauit deum/ vt parceret sodomitis: quod fuit signum magne dilectionis. Geñ. xviij. Amare debet homo proximū sicut seipsum: ideo reprehensus est grauiter Caym: qui dixit non se esse custodē fratris sui/ sicut suijpsius. Geñ. iiij. debet etiam amare proximum ostendendo et compassionem in eius aduersitatibus: vt Dauid in planctu Saul. ij. Regum. j. idem in occisione Abner. ij. Regum. iij. et Absalonis. debet etiam homo amare proximum/ ei subueniendo: vt fecit Thobias multis. Thobie. j. et xps samaritano. Luc. x. etiam debet amare in dimittendo iniurias: et hoc dixit domin⁹ Petro Matthei. xvij. et xps et Stephanus orarūt pro persecutorib⁹. Luce. xxiiij. et Actuū. vij. ¶ Amor carnalis non debet cogere prelatum: vt det bona ecclesiastica suis consanguineis: vt patet de Moyse. Numeri. vij. non legimus Moysen dedisse aliquod officium filijs suis: sed orauit deum prouideret populo suo de duce idoneo. Numeri. xvij. sic de Josue filijs Israel. Josue. xvij. nec Christus aliquē ex suis consanguineis fecit caput ecclesie. Heli non curauit de morte filiorum: sed de captione arche: nec Dauid de morte sui paruuli. Regum. xvij. nec mulier illa de morte septem filiorum. Matthei. vj. semper diuina preferri debent temporalibus: vt faciebant iudei contra rhamorem. Machabeorum. vj. et saluator. quicunq̄ fecerit voluntatem patris mei/ ille est meus frater &c. Mathe. xvj. etiā impedit cōsolationes diuinas: ideo dixit xps Petro. caro et sanguis nō reuelauit tibi. ostēdēs q̄ caro prauas reuelatiōes ostēdit. Mat. xvj. et Paul⁹ Gal. j. q me segregauit &c. ¶ Angeli boni reuelant secreta hominib⁹ bonis: vt

De amore dei.

De amore proximi.

De amore carnali.

Angeli boni

vt Abrae. Gen. xviij. r vxori mage conceptionē Sansonis. Judi. xiij. r Helie de nuncijs Ochosie. iiij. Regū j. r Danieli multa fuerūt reuelata. Danie. ix. x. r. xj. et Zacharie reuelauit angelus conceptionē/ r vitam precursoris. Luce. j. Marie etiam modum incarnationis. Luce. j. r Magdalene r socijs suis resurrectionē Christi. Mat. xviij. r Luce. xxviij. r Jo. xx. r aduētū Christi apostolis i die ascē sionis. Actu. j. r dominus Jesus Christus reuelauit Johanni euangeliste diuersa secreta: vt in Apocalypsi. Adiuuant etiam angeli: vt patet de Loth de periculo sodomitarū. Gene. xix. r liberauit angelus Thobiā a deuoratione piscis Thobie. vj. r tres pueros liberauit de fornace Danielis. iij. r Petrū a carceribus. Actuū. xij. dirigit etiam angelus homines: vt Abram. Gene. xvij. direxit populum dei a maledictione Balaā prohibendo ei. reuelauit angelus Joseph integritatem virginis Marie: et intentionem firmam. Mat. j. docent etiam angeli homines: in cuius figura vidit Jacob angelos ascendentes r descendentes scalam. Gene. xxviij. et pugnāt: astitit angel⁹ dñi inter castra egyptiorū: r populū israel. Exo. xiiij. increpauit: vt pt3 de filijs israel. Judic. ij. r cōsolant timidos vt patet de Gedeone. Judic. vj. sollicitāt ad bonū: excitauit angel⁹ apostolos vt loquerent ad plebē. Actu. v. r Philippū. Actuū. viij. r etiam ducūt ad portū salutis: in cuius figura duxerunt Jacob ad patrem suum. Gene. xxiij. r populū in terrā pmissionis. Exo. xxiij. r Thobiā ad patrē suū. thobie. ij. r ipsā Judith. xiij. Judith. r mēdic⁹ portat⁹ est ab angelis in sinu Abrae. Luce. xvj. ¶ Angeli mali cruciant fideles: in cui⁹ figura loquit spūs dei malus exagitabat Saul: q dicit spūs dei: qr potestate dei pōt/ qcqd pōt. j. Regū. xvj. Cruciauit Job promissione. Job. j. et filiā cananee/ quā Christus misericorditer liberauit. Mat. xv. r illum demoniacū/ de quo habetur Luce. ix. r malus angel⁹ habet potestatem super luxuriosos/ vt habetur de illo/ qui occidit. viij. viros. Thobie. vj. r de Magdalena. Mat. vj. facit etiam hominē crudelē: qđ figurant illi demoniaci/ de quibus dicitur Mat. viij. petierunt demones a domino intrare in porcos pter immundiciā possessorū ab eis. Luce. viij. x. r facit etiam hominem mutū/ r cecum a sui cognitione ad cōfessionē. Luce. xj. demones virtute diuina eijciuntur nā Paul⁹ virtute diuina curauit illā puellā/ de qua Actu. xvj. sunt etiā mēdaces. Luce. iiij. ¶ Quod aīa sit immortalis/ probatur per exēpla defunctorū: dicit de Abram q appositus est ad populum suum: ex quo probatur q in alia vita habet populū scʒ illos q bene vixerunt/ sicut r ipse vixit: r simile dicit de Jsaac/ r Jacob. Gene. xxv. xxxvij. apparens dominus Moysi dixit. ego sum de⁹ Abrā/ Jsaac/ r Jacob. Exo. ij. r Mat. xxij. dixit: nō est de⁹ mortuorū/ sed viuorum. frequenter legimus in libro Regum: dormiuit cū patribus suis. Ex qbus verbis pbatur eos viuere. probant etiā immortalitatē aīe loca ad que vadunt: vt habetur de Joseph. d. descendam ad filiū meum ad inferos. Gene. xvij. r de Chore r cōplicibus suis dicitur. descenderunt ad inferos. Numeri. xvj. r Thobias/ vitā illā expectamus quā dñs daturus est suis/ qui fidē eius nō mutāt. Thobie. ij. de Nabuchodonosor dicit iferi⁹. cōturbat⁹ est i aduentu tuo. Jsaye. xiij. hoc etiā ostēdit fides: si eñ Saul nō credidisset Samuelem scdm aīam viuere/ nō ɔsuscitari petijsset. j. Regū. xxviij. r Dauid dixit de suo filio: ego ibo ad eum: ipse non

De angelis malis. De aīe immortalitate.

reuertetur ad me.ij.Regum.xij ex septem statibus colligitur aperte animas viuere post hanc vitam.ij.Macb.vij.probatur etiam resurrectio mortuorum. Helias resuscitauit puerũ hospite sue:quod non potuisset/nisi anima vixisset.iij. Regum.xlij.et saluator noster vocauit defunctum /ac si viueret/dicens.surge et ambula .Luce.vij.et Helizeus.ij.Regum.iiij.et de puella .Math.x.et de Lazaro dixit Christus.veni foras Lazare.Jo.xj.idem probat Christus dicens/ nolite timere eos qui occidunt corpus/animam autem non possunt occidere.Mathei.x.probant etiam immortalitatem anime sctõrum testimonia: qui fuerunt a spiritusancto docti:vt de Stephano legitur:qui cum lapidaretur/dicebat.dñe Jesu Christe accipe spiritum meum.Act.vij.et Paulus.ij.Corin.iij.habemus domum factam in celis.idem.cupio dissolui/et esse cum Christo. Phi.j.¶Apparuit dominus aliquando /vt instrueret nescios:et sic instruxit Adam/ne de ligno vite comederet.Gene.ij.et Noe apparuit:vt faceret archam .Geñ.xxj.et multotiens Moysi.Exo.iij.et Josue/instruendo.Josue.j.iiij.vij.et.xiij.et.xx.et spiritussanctus apostolis.Act.ij.et Petro/et eum de carnali conuersione instruxit Act.x.et Paulo .Act.xxiij.et aliquando apparuit ad corrigendum deliquentes:vt primos parentes pro peccato.Gene.iij.et Caym.Gene.iiij.et Abimelech Gene.xx.et Salomoni .iij.Regum.xj.et Paulo.Act.x.apparuit dñs qñq pro mittendo mercedem querentibus et sapientibus se:sic apparuit Abrae promittens dare semini suo illã terrã .Gene.xij.et Salomoni.d.postula quid uis.iij.Regum.iij.apparuit qñq defendendo/sicut Jacob.Geñ.xxviij.et Dauid promittendo in bellis auxilium .j.Regum.xxiij.et .xxix.apparuit aliquando ad testificandũ veritatẽ/sicut supra xpm baptizatũ spũssanctus visus est:paterna vox audita est.hic est filius meus dilectus.Math.iij.et in nube testificãs xpm filiũ dei esse.Mat.xiiij.apparuit aliqñ ad consolandum:vt Jacob in psecutiõe Esau Geñ.xxviij.et xps pmo marie Magdalene apparuit:deinde Petro:postea duobus discipulis.Math.x.et Luce vltimo.apparuit aliqñ ad pbandũ:sicut Abrae super sacrificio sui filij.Geñ.xxij.¶Aspectus incautus fuit i Eua.Geñ.iij.et Caym transgrediendo preceptum commisit derisionis erga patrem peccatũ. Gene.ix. tunc Abraã ne ex incauto aspectu homicidiũ sequeret/dixit vxori. si viderint te egyptij/occident me:et te reseruabũt.Gene.xij.etiam fauet lasciuis:nã vidẽtes filij dei filias hoĩm/q erãt pulchre/in vxores acceperunt .Geñ. vj. Dauid aspiciens incaute Bersabe in adulteriũ incidit:deinde in homicidium.ij.Regum et Susanã malo aspectu asperxerũt duo hoĩes.Danie.xiij.¶Astuti sunt innitatores diaboli:vt serpens q astutia quadã primaz mulierem decepit.Gene.iij.sunt etiã deceptores sociorũ suorum:sicut Labam/qui Jacob decipere voluit.Geñ.xxix. et.xxv.etiã sui filij.Geñ.xxvij.idẽ Josue facere voluerunt.Josue.x.astuti sunt simulatores/fingentes esse qd nõ sunt:callide cogitarũt se Pharisei mõstrantes se velle honorare Jesum/dicẽtes.Scimus q verax es/volẽtes eũ capere in sermone.Mat.xxij.similit fecerũt de muliere i adulterio dephẽsa Jo.viij.sunt etiã tyrãni.Nonas diuersas cogitauit astutias:vt filios Israel extirparet.Exo.j.et.v.et de Saule cõtra Dauid .j.Regũ.et Jesabech cõtra Naboch.iiij. Regũ.xj. et Herodes tyrãnus impius callide cogitauit occidere xpm.Mat.ij.astutias subtiles

De apparitionibus.

De aspectu I cauto.

De astutia.

inueniunt inimici; vt vnus alium possit superare: vt pharistici qui callide con
tra philistum cogitauerunt:ne faber aliquis esset: qui gladios faceret in Israel:
vt eos facile superarent .j. Regū .xiij.sub specie sacrificij fecit Jeroboan vitu-
los aureos:ne fieret sacramētū in Hierusalē.iiij.Regū.xij. ¶ Auari sunt litigio

De auaricia

si:sub cuius figura Caym/qui interpretatur possessio Abel fratrem suum inter
fecit.Gen.iij.auari nunq̄ tpalibus satiantur:in cui⁹ figura dicit Caym edificas
se ciuitatē:et non Abel.Gen.iij.peruertunt etiam iudicium et veritatem in fal
sitatem Balaā seductus auaritia benedictionem populi in maledictionem con
uertit.Numeri .xxij.et filij Samuelis auaricia iudicium peruerterunt .j.Regum
viij.auari clerici simoniam comittūt.Menelaus propter pecuniam quam pro
misit Andronico summum sacerdotium concupiuit .ij.Macb.incurrunt etiā
multotiens mortē ppter cupiditatē.Achor cupiditate duct⁹ tulit de anathēate
id fuit morti iudicat⁹.Josue.vij.auari vt pecuniā habeāt: pditiōes exercēt:z
amicos supplātāt:nā Dalida ppter pecuniā tradidit Sāsonem.emētes boua/
z villa mobiliū z imobiliū sunt expulsi a cena magna/quā dn̄s ppauit. Lu.xiiij.
¶ Audiri dz vbū dei cū credulitate i fide:id Aarō cū loquut⁹ fuisset verbū dn̄i

De auditu verbi dei.

ad populū credidit :et adorauit ipsum. Exo.iiij.post aduētū spiritussancti mul
ti qui audierunt verbum dei crediderunt .Act.iiij.audiri dz verbū dei cū reuerē
tia :ideo Eglon rex statim surrexit de solio: quando Aiot magnam reuerentiā
verbi dei adhibuit. Judi.iij.audire verbum dei non sufficit/nisi homo impleat
opere id qđ audit :ideo dixit ppl's Moysi vna voce.oia verba que loquut⁹ est
dn̄s/faciem⁹.audit⁹ vbi dei cuerti facit pctōres ab errore:ideo dicit dn̄s hier.no
li subtrahere verbū zc.Hiere.vj.post pdicationē xpi in nauiculā/Petrus z alij
discipuli relictis oib⁹ sequuti sunt eum.Luce.v.audire verbum dei nolunt mali
z icorrigibiles: ideo dixit Moyses dn̄o.filij Israel non me audiunt:quomodo
audient me foris? Exo.v.Achab nolebat audire Micheā.iij.Regū.xxij.z idem

De auiditate mulierum.

de domo Israel.Eze.iij. ¶ Auide sunt mulieres semp de sibi phibitis:vt pz de
Eua.Gen.iij.z de vxore Loth. Gen.xix.z de Dina/q̄ cō licētiā pr̄is voluit videre
mulieres regionis:z oppssa est a Sichem.Gen.xxxiij.sunt etiam mulieres aui-
de habere filios :vt opprobrio sterilitatis careāt:ita Sarra desiderabat filios:
sed Abraam potius voluit habere filios de ancilla:credēs de se nūq̄ filios gnari
posse .Gen.xvj.idem de Raphaele.Gen.iij.et hanna .j.Regū.j.filie Loth poti⁹

De baptismo.

voluerunt hr̄e filios de pr̄e pprio/q̄ nō hr̄e :et illa q̄ rapuit aliū . iij. Regū .iij.
Auide sunt scire secreta viro:vt pz de vxore Sansonis.Judi.xiiij.sunt ēt aui
de ad vidictā:vt Hester nono:z de capite Jo.qđ desiderauit Herodias mulier-
cula illa.Mat.vj.sunt etiā auide secreta cordis sui exprimere:vt pz de Rebecca
Gen.xl.z de puella noie Rode .Act.xij.baptismus figuratus fuit p mare rubrū
in quo fideles Israel liberati sunt.Exo.xiiij.z p Elizeū/q salē in aquā misit: vt
ei⁹ sterilitas sanaret.iiij.Regū.ij.z p Naamā.iiij.Regū.v.z pphetizatus fuit p
Eze.xxxvj.z p Jo.baptistā.Mat.iiij.z xp̄s cōsecrauit/z ordinauit ipz.Mat.iij.

De benedictione dei.

z pcepit ipz accipere.Jo.iij.z Mat.xxviij.z ostēdit salutē eē in ipo.Mat.vltio.
¶ Benedixit dn̄s existētib⁹ i matrimonio.Gene.j.z Noe/et filijs suis.Gen.viij.
z etiā obedientibus pceptis eius:ideo dixit Abraā/egredere de terra tua:z bene

dicam tibi.Gen.xij.et xp̄s bn̄dixit i mōte Oliueti eleuatis manibus oībus obe-
dietib⁹.Luc.xxiiij.z bn̄dixit tribulatis:vt pz de Abraā.Ge.xvij.z Job.xlij.etiā
bonis iuste operātib⁹:nā benedixit Ysaac.Gen.xxvj.z Job i eodē.z Job.j.z vo
cabit in die iudicij benedictos.Mat.xxv.benedicit de⁹ recipientibus pauperes
vt dicit de Job.ad Labā.Gen.iij.¶ Benedicere dz bō deū p obtētis victorijs
corporaliū et spūaliū:ideo Melchisedech occurrens Abrae post victoriā quam
habuerat de quatuor regib⁹ deū p obtēta victoria bn̄dixit.Regū.xiiij.et Dauid De bn̄dictio
post victoriā de Golia fecit psalmū:vez bn̄dict⁹ de⁹ me⁹ q docet zc.j.Regū.xvij. ne bois ad
idem fecit.Ozias Judi.xij.sub Juda machabeo edificato altari devictoria ob deum.
tēta ppl's bened-xit deū.j.Macb.iiij.idem de Heliodoro.ij.Macb.ij.Benedi
cere dz bō deū pro acquisita sapiētia:vt de Salomone.iij.Regū.vj.z Thobie
iij.de sapiētia filij.z Dan̄ ij.etiā p pfectiōe cuiuslibet opis/sicut Salomō edificato
tēplo.iij.Regū.viij.z Nee.nono.cōpleto muro Hierusalē benedixerūt deū leuite
z Simeon etiam.Luce.ij.etiā in electione boni plati:ideo facto principe Asath
ad cōfitēdū dn̄m sequit/bn̄dict⁹ de⁹.Parali xvj.et Esdre vij.dz etiā in oratione
ideo Sarra filia Raguelis dixit.benedicā noī tuo de⁹/q cū not⁹fueris misericor
diam facis.Thobie.iij.z post ascēsionē dn̄i erāt discipuli i tēplo benedicentes
dn̄m.Luce.x.et.xxiiij.z etiā p euasione tribulationū:vt fecit Raguel/z vxor eius
Thobie.viij.et tres pueri in fornace/et Nabuchodonosor.Danie.iij.z Petrus
prima Petri.ij.debet etiam benedicere deum p beneficijs receptis:ideo Tho
bias z filius benedixerunt deū Thobie.xij.idem Zacharias.Luce.xxiij.¶ Dz
ēt bō bn̄dicere boiez p bonis opibus:iō p victoria hita a Sarra dr.bn̄dicta iter
mulieres Jahel.Judi.v.idē Ozias.Judi.xij.dz bō benedicere filijs suis/sicut De bn̄dictōe
Ysaac Jacob.gen̄.xxvij.z idē pr̄ Esau.Ge.xxvij.z Jacob filio suo Joseph.Ge- bois ad bo
ne.xlviij.z Raguel filiā suā.Tho.vij.z veniēte Maria ad domū Elizabet/excla minem.
mauit dicēs/bn̄dicta tu i mulierib⁹ zc.Luce.j.z plati dn̄t bn̄dicere subditis:iō
dixit de⁹ Moysi.sic bn̄dices filijs isrl'/bn̄dicat tibi dn̄s de⁹tu⁹:z custodiat te.Nu
me.vj.idē Aarō.Leuit.ix.z Balaā lz mal⁹.Nume.xxiij.z Salomō bn̄dixit oī ec
clesie isrl'.iij.Regū.viij.z Dauid.j.Para.xvj.¶ Itē bn̄dicere dz bō paup bn̄fa-
ctorib⁹ suis:iō dixit Moyses pplo suo.nō pvocabit apō te pugn⁹ paupis:vt
dormiēs i vestimēta bn̄dicat tibi.Deut.xxiiij.¶ Benign⁹est de⁹ pctōrib⁹ cū erro
rantib⁹:dixit dn̄s Moysi/q lz ppl's iste dure ceruicis sit:dimitte me:vt irascat
furor me⁹:z delā eos.q̄si benigne diceret:tu tenes me orādo pro eis.Exo xxij.idē De benigni
Hiere.vij.ē ēt benign⁹ tribulatiōes sustinētib⁹:iō fugiēti Jacob irā fr̄is/dn̄s be tate dei.
nigne apparuit:z libertatē benigne et tribuit.Ge.xxxj.idē fecit Moysi.Nu.xij.
z.xiiij.z Helie angustato corui carnes z panes dei benignitate ferebāt.iij.Regū.
xvij idē de daniele exn̄te i lacu leonū.Da.xiiij.z de discipl'is i recessu.Jo.xiij.z pe
trū fluctē i mari dn̄s benigne liberauit.mat.xiiij.z Stephano dn̄s celū aptū/z se
ipsum benigne ondit.Act.vij.z Johānē exulātē reuelatiōib⁹ benigne ꝯsolat⁹ est
apocaly.p totū:z est maxime benign⁹ iustis:iō Jacob dicebat:nō dimittā te/ nisi
prius benedixeris mihi.Gen̄.xxvij.idē Ezechi.Para.iij.z benigne defendit tē
pore passionis xp̄s discipulos dicēs.si me queritis/sinite hos abire.Joan.xvij.
¶ Benignus est dn̄s preliantibus pro iusticia:ideo obediuit benigne Josue

rat medicus per cameram d i k. in quarta figura: principia primitiua in medicina: et quomodo se habent ad omnia inferiora: et inueniet in predicta camera/ quod elementatiua constat ex qua tuor elementis: que sunt primitiua principia in medicina secundum eorum qualitates: et ipsa elementatiua habet duplicem modum essendi: obiectiuum vz/ et subiectiuum/ in esse obiectiuo est equaliter gradata ex predictis quatuor elementis simplicibus (vt predictum est) et quia ab equali proportione/ vt inquit Aristoteles non sequitur actio/ nec passio: ideo est ingenerabilis et incorruptibilis (vt vult idem Aristoteles) et sic inuenit medicus quod est dabile equale pondus. In esse autem subiectiuo dupliciter/ aut in qualibet sphera: et sic elementa sunt in ea inequaliter gradata quo ad qualitates: quia substantia non suscipit magis/ neque minus. Aristoteles in predicamentis. nam vnumquodque in sua sphera habet predominium ratione proprietatis loci: vt ignis sub concauitate lune: et cetera sunt in esse remisso: et sic de aliis in suis spheris: habent etiam alium modum essendi in elementatis/ que generantur et corrumpuntur in predictis tribus spheris: ideo medicus inuestigat talem modum in eis: et presertim in homine: circa quem principaliter versatur eius intentio: et inuenit per cameram e i k. modum quem habent in homine: tamen quia medicus secundum Aristotelem primo metaphysices non sanat hominem in communi: sed socratem vel platonem et c. ideo talem modum essendi inuestigat in homine singulari/ quem curare intendit: vel eius sanitatem conseruare: et per regulam de g. debet videre eius qualitatis et complexionis sit proprie/ et appropriate: nam ignorata qualitate seu complexione/ necesse est medicinam curatiuam/ aut conseruatiuam ignorare: opus est ergo in primis cognoscere complexionem: et hoc fieri potest pluribus modis: primo inuestigando eius interiorem natiuitatem/ que fuit in illo instanti introductionis anime rationalis in corpus dispositum per agentia naturalia ad recipiendum ipsam animam: in quo quidem instanti regnauit specialis influentia coadiuuans/ gratia cuius ignis habuit predominium: vt in cholerico: vel aer: vt in sanguineo/ aut aqua: vt in phlegmatico: seu terra/ vt in melancholico: et non debet querere natiuitatem carnalem et sensualem/ que in lucem venit/ nisi per ipsam venire posset in notitiam prime et vere natiuitatis: quod videtur impossibile: cum talis sit irregularis: ergo nimirum si astrologi et medici errant multotiens in eorum iudiciis: potest tamen inuestigari alio modo: nam in conceptione crura mulieris dolent: cessat menstruum fluere: et plura alia signa sunt in viro et muliere (recuso tamen illa narrare) per que quis potest peruenire in veram notitiam predicte natiuitatis: legitur etiam complexio in phisionomia hominum: et in actibus eorum: vt patet de cholericis/ qui leuiter mouentur: et volunt dominari aliis/ quemadmodum ignis: et sanguinei sunt alacres/ et curiales/ et ioculatores/ et c. phlegmatici piscatores et c. melancholici vero fabri et c. cognoscitur tamen veriori modo complexio in febricitantibus. ¶ Pro cuius euidentia est notandum/ quod corpus humanum constitutum ex quatuor elementis gubernatur a corporibus supracelestibus/ ideo vt inquit Aristoteles metheororum primo/ oportet hunc mundum esse continuum corporibus celestibus: et sic corpus humanum ab eis secundum diuersos eorum aspectus regi: et tales aspectus (vt dictum est)

variantur ſcḋm duos motus primi mobilis/vꝫ ab oriente in occidētē:ducendo ſe cum alios orbes:ꝛ in vigintiquatuor horis curſum ſuū facit:planete vero mo tu naturali mouentur ab occidente in orientem:ꝛ ſic ex diuerſa eorum obuiatio ne/ac diuerſo aſpectu diuerſi generantur effectus in his inferioribus: oportet ergo ꝙ medicus habeat cognitionem omnium ſupradictorum:aliter non po terit niſi a caſu ſanitatem alicuius procurare:ꝛ quia predicta quatuor elemen ta ſunt in continuo motu:ꝛ diuerſificātur eorum operationes ꝛ effectus a di uerſis aſpectibus/rōne cuiꝰ diuerſi ſunt appetitus ſani ꝛ infirmi / ꝛ diuerſe cir cunſtantie ſanitatum ꝛ infirmitatum:ſicut febris/pulſus/vrine ꝛc. ¶ Alteriꝰ eſt notandum/ꝙ ſcḋm iſtum motum continuum in die naturali vnumqḋꝙ ele mentum habet ſuam regionem:nam ignis habet tres horas ante meridiem/ꝛ tres poſt meridiem:terra habet tres ante occaſum ſolis:ꝛ tres poſt. aqua ha bet tres horas ante mediam noctem:ꝛ tres poſt.aer habet tres horas ante dieꝫ ꝛ tres poſt.ꝛ ſic febricitat cholericus in meridie:ꝛ eſt ſanus in media nocte:ꝛ me lācholicus febricitat in occaſu ſolis:ꝛ eſt ſanus in aurora diei.phlegmaticus fe bricitat in media nocte:ꝛ eſt ſanus in meridie.ſanguineus febricitat in aurora diei:ꝛ eſt ſanus in occaſuꝰ. legitur etiam complexio in vrina ſana:ꝛ licet com muniter talis dicatur ſubruſa/ ſeu aurea:tamen variatur quodammodo ſecun dum diuerſas complexiones:vt in cholerico eſt ſubtilis ꝛ lucida / in ſanguineo eſt bene aurea:ex eo/qꝛ eſt melior cōplexio/ꝙ aliq̄ alia:ac etiā qꝛ eſt corpꝰ diaphanum aptum recipere omnes colores:vt patet de criſtallo/aut vitro:in phlegma tico declinat vrina ad albedinem:ex eo/quia eſt ſua proprietas:nam frigiditas per Ariſtotelem eſt mater albedinis.in Melancholico vero declinat ad nigre dinē quodam modo:ꝛ hec omnia indicat elementatiua per i.deſignata. ¶ Ha bita noticia complexionis cuiuſlibet/ꝛ ſanitatis ſecundum iuſticiam diſtributi uam:inueſtiganda eſt in predictis cameris infirmitas:cum contrariorum ea dem ſit diſciplina:ac etiam in ſequentibus / vꝫ e f g.f g h.ꝛ g h i.in vltima ca mera vꝫ g h i.inueſtigatur primo p h.quia videt medicus in homine egrotāte virtutem vegetatiuam debilitatam ī ſuis potentijs:qm̄ non habet appetitum diſpoſitum:ſed iudicat id quod eſt dulce amarum:deficiunt etiam digeſtiua et expulſiua:ſed hoc eſſe non poſſet/niſi elementatiua ſibi deficeret:ꝛ talis defectꝰ ꝓuenit aut ratione repletionis:quoniaꝫ repletio impedit predictum motum elementorum::aut ratione alicuius vulneris:quia propter vulnus perdit conti nuatiōēꝫ/quam partes ſubſtātie habent adinuicem:ꝛ complexiōes elementorū per loca tranſire non poſſunt/per que tranſire ſolebant:hac de re cauſatur dolor ꝛ ſic conqueritur ſenſitiua deſignata per g.ꝛ appetitus ꝛ inſtinctus clamāt per dolorem:ꝛ cauſa illius doloris eſt vegetatiua/que actus ſuos exercere non po teſt:ꝛ eius cauſa eſt elementatiua/que motum continuum habere non poteſt: nam vt dictū eſt in ſuperioribus/quatuor elemēta in corpore humano habent mo tum/quodlibet in ſua regione:ꝛ ſic in vigintiquatuor horis ipſum motū implēt ꝛ ſi p̄dictas regiones medicus bene ſcit /poterit cauſam morbi inuenire/ ꝛ me dicinam congruam patienti adminiſtrare:ꝛ ad hoc cognoſcēdum p̄ſentem fi guram hic ponimus.


meridies
pma ho.
24
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
Occides.
Oriens.
mediãnox

De medici/na.



Edicus causam huius inuestigare dʒ: et si in astrologia ex pertus non sit: ad hoc cōponat vnā figurā ex duobus circulis constitutam: quorū vnus alium contineat: maior autē circulus motum significat octaue sphere: minor vero motum septem planetarū: ⁊ ratio hui⁹ erit: nam ab oriente in occidētem mouet̄ ipse maior: ⁊ minor circulus / ecōtrario vcʒ ab occidente in orientem: et ſm istos duos mot⁹ est motus corporis humani naturaliter / et elementaliter cōstitutus: eo q2 corpora inferiora sunt elementaliter / et naturaliter sub superioribus constituta: iccirco qⁱ isti duo circuli per eoꝝ motus adinuicem sibi obuiant: mixtionem siue compositionē in inferiorib⁹ causant: quilibet aūt istoꝝ circulorum in se cōtinet octo domos: que quatuor causant regiones. Est tamen notandū / ꝙ in qualibet domo sunt due litere: ⁊ quelibet litera suū hʒ significatū: nam A. aerē significat. B ignē. C. terram. ⁊ D. aquam. E humidū et calidū. F calidū ⁊ siccū. G. siccū ⁊ frigidū. H frigidū ⁊ humidū. p̄dicte regiōes sunt ver/estas/autūn⁹ ⁊ hyems: ⁊ p̄dicte lr̄e sunt octo/ſm ꝙ octo sunt dom⁹ ī ābob⁹ circulis existēte minori sub maiori.

De prima re/gione.

et prima regio que ver vocatur / se extendit ab A. circuli superioris: et E. circuli inferioris / que primam faciunt domū vſqꝫ ad B. circuli superioris / et F. circuli inferioris: et huic regioni correspondent tria signa sita in maiori circulo: quibus correspōdent tres mēses supra: ⁊ cuilibet signo correspondent triginta gradus: ⁊ sic in tota illa regione sunt tria signa / vcʒ aries / thaurus / et gemini / et tres mense / scilicet Mars / Aprilis / et Maius / et .xc. gradus / qui in circunferentia circuli maioris debent poni: et eq̄liter distantes mēsurari: vel .91. dies / ⁊ .7. hore cum dimidia precise. Et nota / ꝙ sol est in ariete decimaoctaua Martij: ⁊ in thauro decimaseptiā Aprilis. In gemini vero decīaoctaua Maij: et ī his trib⁹ mensibus regnat aer et sanguis: et suum vigorem et dominium habet in oriēte a medio martij vſqꝫ ad mediū iunij.

De secūda re/gione.

Scd̄a regio vocat̄ estas: ⁊ est de b. circuli maioris: ⁊ f. circuli minoris / vſqꝫ ad c. circuli maioris / ⁊ g. circuli mīoris: huic regiōi correſpōdēt tria signa sita ī maiori circulo (queādmodū in p̄ia regiōe dictū ē) qbus correſpōdēt tres mēses: ⁊ cuilibet signo correſpōdēt .30. grad⁹: ⁊ sic in tota illa regione sunt tria signa / vcʒ cācer / leo / ⁊ virgo: ⁊ tres mēses / scʒ Juni⁹ / Julius / ⁊ Augustus: ⁊ .xc. gradus / q̄ in circunferētia circuli maioris vt in p̄ia regiōe successiue ⁊ equalr̄ distātes ponunt̄: vel .91. dies / ⁊ septē hore p̄cise cū dimidia. Sol est in cācro .18. Junij. ⁊ in leone .19. Julij: ⁊ in v̄gine .18. Augusti: ⁊ ī his trib⁹ mensib⁹ regnat ignis / ⁊ cholera in meridie a medio Junij vſqꝫ ad mediū septembris.

De tertia re/gione.

Tertia regio vocat̄ autūnus: ⁊ durat de domo c g. vſqꝫ ad domū d h. hec regio constat ex trib⁹ signis / ⁊ trib⁹ mensib⁹ eis correſpōdentib⁹ (vt de superiorib⁹ dictū ē) ⁊ q̄libet signū hʒ .30. gradus: ⁊ sic in tota regiōe sunt .90. grad⁹:

De q̄rta re/gione.

signa sūt libra / scorpio / ⁊ sagittari⁹. mēses sūt septēber / october / ⁊ nouēber / sol ē ī libra .18. septēbris: ⁊ ī scorpiōe .19. octobris: ⁊ ī sagittario .17. nouēbris: ⁊ ī his trib⁹ mēsib⁹ regnat terra: ⁊ melācholia ī occidēte a medio septēbris vſqꝫ ad mediū decēbris. q̄rta ⁊ vltia regio īcipit a domo d h. ⁊ se extēdit vſqꝫ ad domū a e. ⁊ vocat̄ hyēs: ī q̄ et sūt tria signa: vcʒ capcorn⁹ / aq̄ri⁹ / ⁊ piscis: ⁊ tres mēses / vcʒ decēber / januari⁹ / ⁊ februari⁹: ⁊ .90. grad⁹ ī circūferētia circuli maioris succedētes p̄dict̄: ⁊

est sol.19.decēbris in capricorno: ꝛ est solstitiū hiemale/cui correspondet diametraliter i opposito solstitiū estiuale: ꝛ ibi ēt eqnoctiū: qꝛ dies ꝛ noctes tūc sūt equales: et.18.ianuarij sol est in aquario: ꝛ.17.februarij in pisce. p̄dicte quatuor regiones causant annū: ꝛ sol in vno anno discurrit oia p̄dicta: vltra circulū maiorē mobilē; describi dꝫ circulus immobilis/in quo ponanꝫ p̄dicte regiones ꝛ hore diei naturalis/que sunt in numero vigintiquatuor equalr distātes/ icipiēdo a meridie vsq; ad eundē regrediēdo meridiem: et describantur etiam in eodē circulo tēpora/vꝫ oriens/meridies/occidēs/septentrio. ¶ Constructa figura modo predicto / inuestigande sunt in ea regiones ꝛ cause sanitatis ꝛ infirmitatis hoc modo qui sequiꝫ. in ipsa figura fiunt septem circulationes/que causant septem dies in septimana: ꝛ sunt causate a septem planetis. Prima circulatio fit ascēdendo. Domus de e. circuli minoris vsq; ad domū de a. circuli maioris: et sic de b. ad c. ꝛ f. ad b. ꝛ c. ad f. ꝛ g. ad c. ꝛ d. ad g. ꝛ b. ad d. ꝛ a. ad b. ꝛ quod est scdm nos ascensio/est scdm antipodes descēsio/ꝛ ecōtrario. Domꝰ de a e. est regio sana: eo qꝛ e. est humidū ꝛ calidū. Et domus de b f. est regio sana: eo qꝛ f. est calidū et siccū. Et domꝰ de c g. est regio sana: eo qꝛ g. est frigidū ꝛ siccū. Et domus de d b. est regio sana: eo qꝛ b. est frigidū ꝛ humidū. ¶ In istis quatuor domibꝰ cōsistit sanitas: eo qꝛ in qualibet vna litera cōcordat cū alia p qualitates/scꝫ q; in alphabeto est significatū: regiones vero de b e. c f. d g. a b. sunt in parte sane/ꝛ in pte infirme: sane quidē inquātū litere concordant: infirme vero inquātū discordāt: sicut in domo de b e. in qua cōcordāt b e. p caliditatē: ꝛ discordāt p humiditatē/ꝛ siccitatē: et qꝛ plꝰ sunt due caliditates p cōcordiā/q̄ humiditas ꝛ siccitas p cōtrarietatē: ideo domꝰ seu regio de b e. est magis sana/q̄ infirma: ꝛ quia ignis ē p se calidus: ꝛ aer p accidēs: est eni ignis in tali domo dn̄s: ꝛ aer subditꝰ: ꝛ qꝛ ignis est siccus: ꝛ siccitas cū caliditate/q̄ est qualitas ignis/q est in ista domo dn̄s: ideo siccitas in tali domo est domicella: ꝛ humiditas ancilla. Domus vero de c f. est in pte sana: ꝛ in pte infirma: sana ꝓpter duas siccitates/que cōcordāt: infirma ꝓpter caliditatē ꝛ frigiditatē/que discordant: ꝛ sic terra p siccitatē est regina: et qꝛ frigiditas cōcordat cū siccitate est frigiditas domicella: ꝛ caliditas in tali domo ancilla. Domus de d g. est in pte sana/ꝛ in parte infirma: sana quidē ex parte duaꝝ frigiditatū: ifirma ex pte humiditatis ꝛ siccitatis: ꝛ sic aq̄ est regina: humiditas vero domicella: ꝛ siccitas ancilla. Per p̄dictam circulationē ꝛ regionē domorū est causata prima sanitas in corpore humano: ꝛ est actu: vt ptꝫ sensui: ꝛ qꝛ infirmitas non est ita magna sicut sanitas/ in ipa regione: ideo est in ipsa insensibilis: ꝛ sua sensibilitas non est: ideo non est ibi actu/sed potentia. ¶ Prima domus istius circulationis est de a b. secunda de e f. ꝛc. vt patet in figura voluendo circulum minorem/et maiorem/ponendo b. sub b a. ꝛ f. sub e. ꝛ sic de aliis. Domꝰ de a b. est in parte sana/et in parte infirma/sana per duas caliditates/scꝫ per b. ꝛ p a. ꝛ adhuc magis sana per b. quia per se calida/q̄ per a. que est per accidens calida: et quia siccitas b. appropriata vincit a. seipsaꝫ communicando ei suam caliditatem propriam: et sic est in ipsa domo siccitas domicella: et humiditas ancilla: ꝛ caliditas regina. ¶ In domo e f. est f. dominus/et e. subditus: quia p duas caliditates/scꝫ per vnam propriam per f. ꝛ aliam appropriatam per e. ꝛ qꝛ

De secunda circulatiōe.

proprium plus dicit/quam appropriatum/est siccitas domicella:et humiditas ancilla:et sic domicella et ancilla causant in ipsa domo infirmitatem per contrarietatem:et caliditas ignis et caliditas aeris causant sanitatem per concordantiam siue per proprium et appropriatum. In domo de b c.est c.dominus:et b.subditus:eo quia c. causat siccitatem in b.et b.causat nihil in c.et sic siccitas est regina:et quia frigiditas causat seipsam in c.et c.vincit b. est frigiditas domicella/et caliditas ancilla: supposito tamen quod c.sit in sua regione:quoniam in meridie b.est regina. In domo f g.g.vincit f. per duas siccitates:vnam propriam/et aliam appropriatam:et frigiditas est domicella/et caliditas ancilla. In domo c d.vincit d/c. eo quia d. est per se frigidum:et c.per accidens:vnde sequitur quod humiditas est domicella: et siccitas ancilla. In domo g b.vincit b/g.eo quia b.est per se frigidum:et g. per accidens:et sic b.est dominus per duas frigiditates:et humiditas domicella: et siccitas ancilla. In domo a d.a.est dominus:et d.subditus:et per propriam humiditatem et d.per appropriatam:et caliditas est domicella/et frigiditas ancilla.

De tertia circulatione.

¶ Prima domus tertie circulationis est de a f.c e.etc. In domo a f.f.est dominus/et a subditus:et ratio est:quia f.est calida per se:et a.per accidens:et sic sequitur/quod siccitas est domicella/eo quia conuenit cum frigiditate/que est caliditas actiua:et humiditas ancilla:eo quia conuenit cum a.tamen a.non est multum subditus eo quia est in sua regione f.vero non. In domo c e.sunt equaliter contraria:et secundum quod e.est in sua regione/et c.in regione de e.est e.dominus c.vero subditus. In domo b g. est b.dominus g.subditus:eo quia g.est peregrinus. In domo d f.est aliqualis contrarietas per caliditatem/et frigiditatem/humiditatem et siccitatem:veruntamen quia f.est in regione sua/d.vero non:ideo f. est dominus/d.vero subditus:et frigiditas non est multum domicella:neque humiditas ancilla. In domo c b.c.est dominus/et b.subditus:quia c.est per seipsum siccum in sua regione:et b.est peregrinum/et frigiditas est domicella:humiditas vero ancilla. In domo a g.equaliter est contrarietas per humiditatem et siccitatem et caliditatem et frigiditatem:sed g.est dominus/eo quia est in sua regione/a.vero non:et sic frigiditas non est multum domicella:nec caliditas ancilla. In domo d e.est e.dominus naturaliter:sed inquantum peregrinus non:eo quia habet humiditatem propriam/d.vero per accidens. In domo b h.est equaliter contrarietas per frigiditatem/caliditatem/humiditatem/et siccitatem:sed quia b. est in sua regione/h.vero non/b.est dominus/h.vero seruus:et humididitas non est multum domicella:nec siccitas ancilla:et hoc quia modicum est suum dominium:quia sequitur proprium regionis.

De quarta circulatione.

¶ Prima domus quarte circulationis est de a c.secunda de e g.etc.et in domo a c.est equalis contrarietas per cali. fri.humidum et siccum:sed quia c.non est in sua regione:et a.est in sua regione a.est dominus/c.vero seruus:non tamen multum. In domo e g.est equalis contrarietas per cali.frigi.humi.et sicc.tamen quia e.est in sua regione:est e.dominus: et g.seruus:non tamen multum. In domo b d.est equalis contrarietas per cali. frigi.humi.et sicc.sed quia b.est in sua regione/b.est dominus:et d.seruus:et siccitas domicella:et humiditas ancilla. In domo a c.est equalis contrarietas per cali.frigi.humi.et sic.sed quia c.est in sua regione/a.vero non/eo quia est stella et

rans:est c.dominus/et a.seruus:sed non multum. In domo e g. est equalis contrarietas per humidum/siccum/calidum/et frigi duz:sed quia g.effectus octaue sphere est:z e.Jouis/est g.dominus:z e.seruus:non tamen multũ. In domo h d. est equalis contrarietas per calid.frigi.humi.et sic.z per d.tendit ad naturam martis/est d.dominus/h.vero seruus/ratione nobilitatis regionis:tamen dominus et seruus non sunt in magna contrarietate ratione equalis contrarietatis supradicte. In domo f g.est equalis cõtrarietas per cali.frigi.humi.z sicc.sz quia h est de natura cancri:z f.martis/h.est dominus.z f.seruus ratione nobilitatis regionis:tamen dominium z seruitus non sunt in magna quantitate.

¶ Prima domus quinte circulationis est de a g.secunda de d e. zc. In domo a g.est equalis contrarietas per humi.z sicc.cali.et frigi.sed quia a.est in sua nobiliori regione/ꝙ g.est a:dominus/et g.seruus:tamen non multum. In domo de d e.est e.dominus per propriam humiditatem/d .vero seruus per appropriatam:caliditas est domicella:et frigiditas ancilla:vt in tertia circulatione dictuz est. In domo h h.est equalis contrarietas per cali.frigi. humi.z sicc.vt in circulatione tertia est ostensum. In domo a f. f.vincit a.vt in tertia circulatione dictum est. In domo c f.est equalis contrarietas:vt dictum est:z c.ratione altioris regionis est dominus:z e.seruus. In domo h g. g.vincit h.vt in tertia est iam dictum. In domo d f.est equalis contrarietas:vt dictum est:sed hoc ratione altioris regionis d.est dominus. In domo c h.vincit c.vt in tertia dictuz est. — De quīta circulatiõe.

¶ Prima domus sexte circulationis est de a d.in qua a.vincit d.vt in secunda circulatione ostensum est. In domo e h. e.vincit h.vt in secunda circulatione dictum est. In domo a h. h.vincit a.vt in secunda circulatione dictum est. In domo e f. f. vincit e. vt in secunda circulatione dictũ est. In domo h c.c.vincit h.vt dictuz est In domo f.g. g.vincit f.vt dictum est. In domo c d.d.vincit c.vt dictum est. In domo g h. h.vincit g .vt in secunda dictum est. — De sexta circulatione.

¶ Prima domus septime circulationis est de a h.in qua a.vincit h.vt in prima circulatione dictum est. In domo a e. est eq̃litas:vt in p̃ma dictũ est. In domo h e. h.vincit e.vt dictũ est in p̃ma In domo h f.est eq̃litas:vt dictũ est. In domo c f. c vincit f.vt dictũ est. In domo c g.est eq̃litas. In domo d g. d.vincit g. In domo d h.est equalitas:vt dictum est. — De septima circulatione.

¶ Dictum est de regionibus sanitatis z infirmitatis/extra quas nulla sanitas/aut infirmitas esse potest/eo quia sunt ad omnes regiones generales:atq3 corpora celestia non possunt causare sanitatẽ/nec infirmitatẽ vltra istas:ideo infirmus si curari debet/est curabilis infra istas:et vigintiquatuor hore diei naturalis motum habere non possunt extra istas:immo quẽadmodũ diaphanũ corp9 a diuersis colorib9 diuersimode coloraẽ:vt aer a luce/ z tenebris/z speculũ a diuersis figuris/rectis/vtz z obliquis:sic predicte regiones a diuersis dispositionibus causatis ab agẽtibus naturalibus scd̃m diuersas influẽtias corporũ celestiũ sub quib9 corp9 humanũ existit naturaliter:ideo medic9 eas tanꝙ speculũ corã oculis semp tenere dz:z ꝓm iudiciũ earũ causaz morbi z principium inuestigare:qđ fieri pōt p artẽ:modo qui sequitẽ:naz generaliter/experimẽtaliterq3 quatuor sunt febres generales:vt pz per cameram e f g.z g h i.z h i k. nam per primã scd̃m ꝙ in hōie quatuor sunt q̃litates/q̃tuor assignanẽ febres/vtz ꝯtinua — De febrib9.

cottidiana/tertiana/et quartana: q̃libet aũt istarũ suam bʒ explicite propriam regionem: sicut tertiana tractatur per domum b f. Continua per domũ a e. cottidiana p domum d b. quartana per domum c g. dicimus tamen ꝙ possibile est esse de domo b f. continuam et acutã. ¶ Tertiane regio tendit de b f. vsqʒ ad a e. et c g. et habet vnum triangulum habentẽ duas lineas concordantes: et vnam contrariam: concordantes de b. vsqʒ ad a. per caliditatem: aliam de b c. per siccitatem: et aliam de a c. per contrarietatem: et in isto triangulo b. est dñs: ⁊ causat tertianã/si b. nimis influat caliditatem in a. et minus recipiat siccitatem ab ipso c. qm̃ linea de a c. non põt sustentare illam nimiam abundantiam intemperatã: et de sua substantialitate alterata est in infirmitateʒ ⁊ corruptionem: et sic b. est causa tertiane: et dicitur tertiana/quia in vna die est intensa infirmitas et in sequenti die est extensa: et si b. abundat nimis in a. per caliditatem: tertiana intensa consistit per caliditatem: et extensa insensibilis per siccitatem: et si multiplicatur tertiana per domum e f. sequitur duplex tertiana: et tanta potest esse multiplicatio/ꝙ domus de b f. habebit dominiũ super omnes domos et regiones: nam tertia die mutatur in domũ c g. et quinta die in domuʒ b f. reuertitur et ideo in quinta die patientem molestat fortius/q̃ in tertia: et in nona/q̃ in septima: et in decimatertia/q̃ in vndecima: et sic de aliis: et intantũ multiplicatur tertiana per domum de b f. quod duplex tertiana in continuam alteratur. Si tertiana prima die est sensibilis in domo de b f. malum signum est: eo q2 b. est minus fortis contra d. et c. q̃ b. et sic per ea que diximus de tertiana data est doctrina de regionibus omnium aliarum febrium: tamen sigillatĩ de aliis aliquid dicemus per ordinem. Lenta febris continua differt ab acutissima in hoc/quia acutissima est equaliter in omnibus regionibus supra naturalem operationem. Continua vero lenta est maior in quibusdam/q̃ in aliis: ideoqʒ febris continua acutissima ceteris febribus maior existit: tam fortiter enim et tam frequenter ab ea molestaẛ natura/ꝙ q̃si vincitur in oĩbus regionibus: et ꝙ aĩa nõ p̃t q̃si esse corpori forma: eiqʒ vnita existere: cũ ita sit ꝙ corpus potẽtĩs anime instrumentuʒ esse non possit: ideoqʒ fit/vt patientes talem febrem indistincte loquantur: vnde significatur ex hoc/ꝙ cum aliquis patiens tertianaʒ vel cottidianam vane loquitur absqʒ causa/tunc est signum trãsmutationis ipsius tertiane vel cottidiane in continuam/vt contra naturam vigoriosius esse posset. Cottidiana febris per domum d b. tractatur: et cottidie patientem inuadit: differt enim a duplici tertiana: nam ipsa cottidiana ex phlegmate causatur: ex quo duplex tertiana causari non potest: ac etiam quia ipsa cottidiana fortius dissoluit materiam: et propter longam continuationem magis contrariaẛ nature. vñ per pulsum/et vrinam/⁊ per diuersitatem diei a noctis/que in quatuor partes diuiduntur (vt in precedentibus dictum est) et in qualibet ipsarum potest videri per quem modum regiões predictas discurrat. ¶ Quartana febris tractatur per domum c g. ad habendam tñ eius et aliarum febrium perfectam notitiam/recurrendum est ad scdam figuram artis/vʒ ad triangulũ viridẽ/rubeũ et croceum: nam principia et cause cuiuslibet morbi inuestigantur per angulũ principii: vt videbiẛ in capitulo de gradibus elementoꝝ: nã per taleʒ cognitionẽ

De tertiana.

De febre continua lenta ⁊ acutissima.

De febre cottidiana.

De febre q̃rtana.

reuelatur

reuelatur qualiter gradus quartus qui erat agens per appetitũ et formam corrumpitur:et destruitur propter febrem: et sic sub se alios gradus ordinatos ad vnũ finem tenere non potest:propter quod quilibet ipsorum elementorum finẽ qui sibi conuenit appetit:vnde vnus nõ regit:nec ordinatur per alterũ: iccirco forma naturalis destruitur:et ipsa elementa absq; aliqua ordinatione miscentur:in qua mixtione et inordinatione causa ipsius reuelatur/que est propter destructionem quarti gradus actualis nobilioris aliis:qui in potẽtia sub se alios quatuor gradus tenebat:et opatio eorũ q̃ erãt in gradu tertio/secũdo/et primo/reduceretur ad finẽ quarti predicti actualis atq; formalis: cum autem c g. cause sint mortis:et a c.sint causa vite: et mors et febris simul cõueniãt:et c g.i melãcholia a predominio sint: ergo febris causata ex melãcholia periculosior/cuiusmodi est febris quartana.❡Est enim febris quartana in regione c g.tractanda:que de quarto in quartum diem patientem inuadit.in domo c g. gradus quartus simplex naturalis ipsius c.disordinatur propter superfluentiam trium punctorum ipsius c.et triũ ipsius d.que quidem puncta materie ipsis c d.subiecte miscentur: que superfluentia in sex punctis predictis comprehendi non potest. et ideo destruit duo puncta ex b. et vnum ex d. propter destructionem quorum b d.que ex operatione naturali priuantur/materia ipsorum corrumpit/propter quam corruptionem omnes gradus quarti disiunguntur:et appetunt aliam formam esse in materia / quam propter dissolutionem et diuisionem corrumpuntur: ideoq; in die illa generatur / et formatur febris quartana in domo b c. natura quantum potest concordat duo puncta ipsius b.vt materia subiecta ipsi b.:duo puncta ipsius c.ordinate recipiat.in domo vero b d. natura ordinat qualiter materia ipsius d.vnum punctum ex ipso b.recipiat temperate:et in materia ipsius d. ordinat natura qualiter sit subiecta ad recipiendum punctum vnum ipsius a.vnde si natura ante quartam diem predictam ordinationem fecisse non possit:tunc influentia ipsorum c d.in die quarta reuertitur:et destruit illud quod natura cõtra ipsorum c d.influentiã ordinauerat.vnde cum hoc ita sit per predicta intelligi potest causa propter quam febris quartana de quarto in quartum diem patientem inuadit:et potest etiam cognitio haberi grossiciei et subtilitatis elementalis materie:nam vbi materia febris quartane est grossior tardius reuertitur ipsa febris:et illud ideo est:quia natura minus habet spacium atq; tempus in regionibus c b.et b d.et a d.quãdo vna materia ad transeũdum ĩ aliam magis repugnat:et ideo demonstratur/q si ignis in sphera sua esset simplex:non posset per aquam trãsire ipsa existẽte corpore simplici in sphera sua neq; etiam ignis cum terra participationem haberet: nec haberet ex quo posset recipere siccitatem eius:nec etiam d c. haberet suam operationem in igne: et illud sequeretur idem in aliis: quemadmodum enim septimana septem diebus suum cursum complet/ita quartana facit cursum suum in quatuor domibus de melancholia contentis:vnde sicut prima dies et octaua sunt principia septimanis: ita c d.sunt quartane principiũ:et sicut prima dies fuit ante octauam:ita c. ante d.ad incipiendum quartanã existit:et illud ideo/quia c.est in gradu quarto et d.in tertio.Cum igitur hoc ita sit:per hoc haberi potest cognitio/q quartana

De febre quartana.

incipit in camera c d. et vsq ad quartū diem vadit ad cameras a d. et in septima die mutatur in camerā b d. in decima vero die est in camera c b. in decimatertia die reuertitur ad domū c d. et in illa die est fortior/ quam in precedentibus: quia ipsa domus est cōposita ex c d. ex quibus febris ipsa causatur de numero consequēti: et ex predictis cognosci potest qualiter morbus et natura ī vna die/ et in vno pūcto conueniunt ad cōtrariādū/ et sibi adinuicē pugnandū. Ex quo cognosci pōt dies crisis laudabilis/ siue mortis: nam sicut morbus in diebus in quibus est fortior habet maiorem intentionē ad non esse: ita naturam oportet habere maiorē intentionē ad esse illa die/ quam in aliqua alia die: vnde si natura non vincatur in accessione maiori/ et tamen morbus facit in ipsam maiorē et totā violētiam quā potest: et si vigor nature sit maior/ quam violentia morbi: tūc non est periculū: ac etiam quando natura totā vim suam contra morbum non ponit: tunc morbus totam naturā vincere non potest: et illud ideo: quia natura non habet in actu totū vigorem/ qui remanet in potentia: ideo morbus et natura tandem discurrunt per cameras predictas/ quousq contingit/ quod ambo tā fortiter ponunt vires suas vnū contra alterū/ quod omnes ipsorum vires in actū deueniunt: et quod nihil ex ipsis remanet in potentia: ideo medicus curando patientē discurrere debet per domos predicte figure: et per triangulos huius artis: et totis viribus iuuare naturā/ et oēs vires quas habet ī potētia cōseruare: vt nō reducātur in actū/ antequam illas quas morbus habet in potētia/ sed adequādo vires suas actuales viribus actualibus morbi semper remaneat aliqd potentialitatis vltra m ea: nā vires potētiales radix et iuuamē sunt actualibus.

De quartana duplici. ¶ Quartana duplex icipit in camera c d. et mutat in camerā b d. et ex b d. reuertit c d. et ideo est peior ī c d. quam ī b d. et sic intelligi pōt qualiter morbus maiores habet vires in actu et in potētia in c d. quam ī b d. et natura maiores vires actu in b c. et maiores potētia ī b d. nā in quartū morbus maiores vires ō potētia in actū contra naturā deducit: tamen natura conat maiores vires de potētia in actum deducere cōseruādo vires ī actualitate sua: verūtamen quia febris ē duplex: idō nā a morbo tā sepe vexat: quod propter longā cōtinuationē eius subiectū corrūpit: et nō pōt bñ ordinationē supradictā contra morbū hēre: illō aūt propter qō diuersificat quartana simplex a duplici ē: quia media sūt plus mixta/ et parata ī quartana duplici/ quam ī simplici: qñ ex quibusdā humoribus ad alios humores fit trāsitus: et quia nō hz tm spaciū cōsedēdi/ neq ordinādi vires suas contra morbū: idō febris duplex ē: maior et molestior simplici: et quāto est maior/ tāto naturā maiores vires ī actu/ et minores ī potētia habere opz: propter qō plus ē parata natura ī duplici/ quam ī simplici ab ipso morbo deuici/ nā cum cōueniat mediū propter qō c b. sibi cōueniūt: et illō idē facit de medio ipsorum a d. et de medio c d. morbus vo facit totū cōtrariū illius qō operat natura: vñ ī destructiōe subiecti qualitatū multiplicat morbus: ideoq in duplici febre humores plus miscent: et diuidūt: quam in simplici / miscēt enim plus: vt possunt melius esse cōtrarij: et diuiduntur plus/ in quantū materia ipsorum ab essendo subiecta forme corrumpitur.

De vrinis.



Ad maiorē euidētiā febriū et morborum pdictorum: vidēdū ē hoc loco ō vrinis: et sm quod quattuor sūt elemēta/ quattuor sūt ī colores gñales sub quibus cōtinēt potētia plres cōpositi: nā sicut vnū elemētū ī actu cōtinet alia ī potētia: sic et eius color oēs eorum colores: et multi sīal ū q ex dissolutiōe humorum apparēt ī spāli/ ad significādū egritudies pticulares: et quia p vniuersalia pt ad pti

cularia ꝯdescēdi :iō ī vniuersali de q̄tuor differētijs vrinaꝝ dicēdū est: q̄ ī q̄tuor
domib⁹/seu camerꝫ supdictis relucēt:vñ est notādū:ꝙ propri⁹ color est diaphae
nitas:vt pꝫ ī ipo aere luce illūīato:aut tenebra obscurato.Color vō b.ē lux:et rō
bui⁹ apparet ī boc:q2 luce lucificat aerē:qd facere nō possꝫ/nisi eēt ei⁹ color.ē autē
color nigredo:vt pꝫ ī vmbra:nā ꝑpt absentiā lucis aer recipit colorēꝫ terrestriū
vaporum existentium in eo .color vō d.est albedo:pꝫ p liliū et niuē:color aūt ī
cōpositis est gradatus ꝯm gradationē qualitatū:vt pꝫ in figura medicine dis
currēdo per oēs eius circulatiōes.et primo p primā:nā dom⁹ de a c. vt dictū est
sanā causat vrinā :qd legit in ei⁹ colore:nā sicut effectus representat suā causam
sic color vrine suam regionem/ et causam: est enim color eius lucidus et aureus
per colorem ignis et aeris:in quibus neqꝫ aque colores:neqꝫ terre apparent ra
tione distantie/quam bꝫ dom⁹ de a c.a domo de c g.sibi opposita:sed si per infir
mitatē alterata est illa dom⁹ ex ꝑdominio sanguinis:vꝫ a c.qd cognoscit in co
lore:recipit enim colorē sanguinis:et sic vrina est rubea ꝛ spissa in substātia : et q2
a.est cōtra c.nō pōt c.esse subiectum ad representandum splendorem b.nec b.po
test manifestare nigredinē c.ideoqꝫ in rubedine demonstrat a.in colore/ ꝛ in ma
teria :et b.demōstrat ī mā tm̄:vñ si boc bñ ītelligat:ītelligit ꝙ a sub se bꝫ b.inquā
tū in vrina per colorem et materiam demonstrat:et b.demōstratur solū p mate
riā ex dñio a b.causata :manifestat b.in materia et virtute /d.vero demonstratur
ibi solum in materia/que quidem materia est spissa:et est subiectū ipi a. ideoqꝫ
talis vrina rubea est et spissa.Ex quo intelligitur/qualiter elementa diuersifican
tur in materia et virtute: quanto enim vrina magis rubea est et spissa/ plus
continet de materia cuiuslibet elemēti: verūtamen a b.sunt ibi in virtute maiori
ꝙ̄ c d.et infirmus faciens talē vrinā curari debet cum subtili materia /et multipli
catione virtutis c d.in priuatione enim operationis c b.destruit eorum virtus:
ꝛ in destructione virtutis corrumpitur materia:ex quo potest intelligi/ꝙ quan
to materia est spissior /tanto magis cordis motio impeditur:et etiam virt⁹ ope
ratiua ipsorum a c .ideoqꝫ per pblebotomiā minui dꝫ materia:vt nō cesset mo
tus:per quē a b.virtutē operatiuam babent :per quam virtutem remaneat vir
tus/operatiua ipsoꝝ c d.et nō turberis in boc:vꝫ ꝙ aliqñ regionē p domo/ꝛ ca
merā p domo regiōe qd idē est accepim⁹.Itē aliqñ a p c.ꝛ b.loco f.ꝛ c.loco g.ꝛ
d.loco b.ideoqꝫ fit /q2 tunc solū qualitates proprias accipimus /et non appria
tas:ideo reuertendo ad ꝑpositū/domus b c.signat vrinam lucidam/aureaꝫ /in
ꝑte intēsam :ꝛ vmbrosam rōne terre infundētis in b.siccitatē suā : cū qua ignis
colorat diaphanitatē vrine infirmantis:q2 diaphanitas est ancilla : ꝛ nigredo
domicella:ꝛ luciditas regia.in domo b f.est vrina īfirma propter abundantiam
sicci.et cali.et luciditas est multū intēsa:eo q2 diaphanitas recipit vmbram terre
pro nigredine:domus tamen sana est per regionem quo ad se:sed si per nimiam
choleram erit alterata vrina sana in infirmam facit colorem clarum/sicut si cuꝫ
albo misceret croceum colorem . In domo c f. est infirmitas : vt dictum est in
pria circulatione: ꝛ si ut domus est infirma ita et in vrina apparet : quoniam
aqua vincit terram cum frigiditate :et terra vincit ignem cum siccitate : sed per
accidens ratione infirmitatis sequitur alteratio in contrarium per nimiaꝫ abū
dantiam/quaꝫ bꝫ b .in ipsa domo expellēdo cū caliditate frigiditatē:ꝛ cū siccitate

siccitatē/humiditatē: ꝛ sic vrina remanet nō multū clara/nec aurea: sꝫ ꝯtra albedinē nigra/extra diaphanitatē spissa. In domo c g. est vrina nigra ꝓpter terrā sꝫ p albedinē clara: sꝫ q꞉ terra est regina/nigredo ꝯ albedinē: cū albedo ꝛ nigredo ꝯrij sint colores: sꝫ si hec albedo hꝫ magnā cōcordātiā cū diaphanitate regnat bru nus color i ipa domo: cōposit⁹ ex albedine ꝛ nigredine: eo q꞉ cū diaphanitate cōcordātiā hꝫ. In domo d g. ē vrina alba p aquā/nigra p terrā: ꝛ sic seqꝫ color brunus multū itēr⁹: sꝫ q꞉ diaphanitas hꝫ cōcordātiā cū albedine/ꝛ cū luce: albedo vicit nigredinē cū ipis tn̄ nō oimode: q꞉ nigredo cū luciditate ꝯcordiā hꝫ p siccitatē In domo d b. est vrina alba/ꝛ clara p aquā/ꝛ p aerē: sꝫ si p īfirmitatē est alterata abūdat nigredo ꝯ albedinem: cū luciditate ꝛ siccitate ꝯ humiditatē inumbrādo diaphanitatē. In domo a b. a. regnat p humiditatē: ꝛ patiꝫ b. p frigiditatē: eo q꞉ a. agit i b. ꝛ ñ ꝯtrario: sꝫ alteraꝫ dom⁹ p īfirmitatē: colores c ꝛ f. itrāt domū colorādo: ꝛ vrina ē ꝯfusa ex ꝯrijs: q̄ cōtraria cognoscunꝫ p colores bonos interpolatos. Sicut diximus de vrinis p pmā circulationē dici pt p alias suo mō: tn̄ ad maiorē eaꝝ euidētiā vlteri⁹ dicēdū ē de ipis i spāli. ¶ Iaꝫ supi⁹ dictū ē de vrina significāte dñiū sanguinis: nūc videam⁹ de vrina significāte dominiū cholere: nā sicut p tactū pulsus pñt cognosci duo humores/q p duas diuersas percussiones q̄s pulsus facit in digitis demōstranꝫ: ita in febre tertiana simplici ignis ꝛ terra suos colores demōstrāt i vrina: nā i eo q vrina ē clara/ꝛ rubea demostraꝫ ignem magnam claritatē habere: q̄ quidē claritas demostraꝫ i nigredine terre/scdm̄ q videri pōt i igne/q ex lapide ignito i obscuritate excudiꝫ/i qua obscuritate ipse ignis meli⁹ q̄ alibi suā claritatē demōstrat: ex quo reuelaꝫ secretuꝫ coloris ignis ꝛ terre/vsq q ignis hꝫ claritatē: ꝛ terra nigredinē. color aūt rube⁹ in vrina apparens demostrat sanguinē/q cōuenit cū aere: q qdē aer in sanguinis colore demōstraꝫ: aqua vo demostraꝫ in materia: sicut cōtingit i vino/i quo multa est aqua propter quā multitudinē color vini ad colorē albū declinat: ꝛ sicut quatuor elementa in suis opatiōibus demōstranꝫ: sic ꝛ in vrina opatiōes eoruꝫ p colores p̄dictos: quāto aūt color rube⁹ maiorꝫ i vrina/tāto minor est ibi claritas/ꝛ illō iō/q꞉ subiectū ipi⁹ c. forti⁹ impleꝫ materia: ideo ignis nō hꝫ in quo tā fortiter suā claritatē manifestare possit/nec terra nigredinē/q̄ in claritate ignea: ꝓpter qō in vrina spissa ꝛ rubea significaꝫ magis esse de corrupta materia/q̄ in vrina rubea simplici ꝛ clara: de ipsis enī quatuor elemētis demōstratio habeꝫ p coꝝ opatiōes: ꝛ ad hoc necessari⁹ est triangulus viridis: in quo diuersificantur/cōcordātur/ꝛ cōtrarianꝫ ipsoꝝ operatiōes/quēadmodū b. in medicina in qua ipm b. est in quarto gradu demōstratur per saporē: ita in vrina demostraꝫ per colorē/de vrina significante dominiū phlegmatis. In vrina causata ex dominio d a. latet color b c. sic est alba/ꝛ spissa: cū in parte cōtineat aliqd rubedinis in similitudinē loture carnis crude. Si vero sit alba ꝛ spissa absq participatiōe alicui⁹ coloris alterius demostraꝫ tūc d. plurimū abūdare: si aūt sit alba ꝛ spissa ad nigredinē trahens: tunc d. cū c. cōuenit in materia: ꝛ cū a. discōuenit in virtute: ꝛ quāto forti⁹/manifestat illō qō p suam actionem sequiꝫ/q̄ illō qō p suā passionem: p colorem vero cōpositū ex multa albedine ꝛ pauca rubedine: ꝛ per colorem compositū ex multa albedine ꝛ nigredine pauca potest cognosci d. qō se habet cuꝫ a. contra

De vrinis in speciali.

b.q: a c.cõuenit cũ b.ꝓpter quã cõuenientiã d.est ꝯtra c.qñ ostendit rubedinẽ:et est ꝯtra a.qñ ostendit nigredinẽ. Ex his põt intelligi/qualr̃ p c a.põt quis existe re cũ d.ꝯtra d.causando in vrina rubedinẽ sine albedine/ aut claritatẽ ⁊ citrinitatẽ absq; nigredine:⁊ qualiter etiã cura fieri dꝫ p simile:⁊ p cõtrariũ:p simile enĩ inquãtũ b.cõuenit cũ c a.⁊ c a.cũ d.p ꝯtrariũ aũt.inquãtũ b.p mediũ põt obstare ipsi d/cõcordãdo se cũ c/a.vt p cõcordãtiã ipozũ d a/c.possit destruere. De vrina significãte dominiũ melãcholie.vrina melãcholie significãs dominiũ/est alba/⁊ clara:alba ꝓpter d.clara vero est/q: aqua cõtinetur per terrã:que est vas ei siccũ :vt a.l aqua mortificet:⁊sic põt intelligi qualiter terra cõtinet aquã cõtra a .sicut enĩ sol illuminãdo aerẽ diẽ format:ita ꝯcordantib⁹ se c d.in materia/ nox formatur/ que in colore.est nigra/grossiciem habẽs:ex quo manifestaṫ methaphorice in dolore cõsilij in vrina que nigra est:⁊ spissa/que nigredo ita ꝓpter multitudinẽ materie terrestris⁊ aque queadmodũ cholera manifestaṫ ꝓpter multitudinẽ splendoris ignei.vnde si hoc intelligiṫ a medico:⁊ velit recte curare ipm infirmum: opꝫ ipm implere virtutẽ b a.per subtilẽ materiã ipsozũ b a.vt ipozũ virt⁹ in grossam materiã ipozũ c d.possit intrare .multotiẽs aũt ꝯtingit q in vrina ꝓpter accidẽtia aliqua veritas egritudinis non demonstratur: ideo recurrere dꝫ ad pulsum/ ad colorem faciei⁊ oculozum infirmi:⁊ etiam ad dispositionem ⁊ colorem totius corporis:necnon ad oĩa alia signa/que possunt subtiliter perscrutari



Species pulsuũ i gñali sunt quatuor/ad demõstrãdũ operationẽ quatuor elemẽtorũ.opatio in corde icipit qð mittit ipa quatuor elemẽta p oẽs ptes corporis/ dãdo maxime ipsis partibus b.cã fortificãdi i ipis naturalẽ calorẽ:⁊ seruãdo ac retinẽdo ĩbi d. ne maxima abundantia ipsi⁹ .a.ibi existẽtis ipsum cor possit destruere. De pulsibus

Qñ h c.dñaṫ in corpore aliq̃/pulsus ipsius facit in oĩb⁹ quatuor digitis tãgẽtib⁹ ipsum duos ictus/⁊ illud ideo/q: i cõpositione cholere existũt a b dominio ipa h c.quoꝝ quodlibet facit ictũ vnũ:vn⁹ vero ictus pcedit alterum et vnus est maior altero:⁊ vnus non percutit in loco in quo percutit alter:maior enĩ est pcussio ipsius b.et ante fit/q pcussio ipsius c.ambe vero ipse percussiones immediate et subito fiunt /vna post aliam:et sunt acutiores et velociores /et etiã cum maiori vacuitate arterie/q pcussione facte in pulsu corporis aliarum complexionum:p motionẽ enĩ cordis b.dat pcussionẽ vnã ipsi a vt trãseat ad d.a q̃ facit vnã pcussionẽ ipi d.vt vsq; ad ipꝫ possit trãsire b.⁊ d.facit vnã pcussionẽ ꝯ c.vt trãseat ad b/c.q̃ dat vnã pcussionẽ ipsi b.vt ibi ponat d.vñ ex oĩb⁹ istis pcussionib⁹ nõ sentiũtur nisi solũmodo due supradicte:videlicet b c.et hoc ideo:q: sunt maiores pcussiões alijs in ipa cholera :scðm enĩ q cor magis indiget d.ad refrigerandũ b.pparat pcussiones pdictas:vnde per frequentiam et velocitatem percussionum /et per triangulos secunde figure artis potest haberi cognitio certa de pulsu:et qñ vrina significat calorem in maxima actione existere:⁊ tñ pulsus est debilis:tunc significaṫ/q cor q̃si suã virtutẽ et suas vires amisit:⁊ q b c. destruxerũt subiecta a d.cũ enĩ aliqs febrẽ patiṫ tertianã/tã sepe trãseũt a d.per b c. q b.corrumpit materiam ipsius d.⁊ d.corrũpit materiam ipsius b.⁊ a.corrumpit materiã c.et c.corrũpit materiam a.et propter corruptionẽ materie corrumpit De pulsu significãte dominiũ cholere.

tur forma: et sic punctum septimum ipsius b. in ipsa materia aliā formam appetit: vt ordinate et sine obstaculo sub se possit alia puncta tenere: verumtamen si punctum simplex cōtra morbū h3 potētiā: tūc tā sepe pcutit vna litera ꝯ aliam/ quousq3 quelibet suā virtutē recuperat qualibet fortificāte materiam suam p pcussionē suā/ac etiā pcussionē alterius. ¶ Pulsus hominis sanguinei est magnus est plen⁹: et suauis: et facit duas percussiones/vna enim est propter a. alia vero propter b. et propter spissitudinem materie percussiones ipse non possunt esse tam veloces/nec tā frequētes/quēadmodū in pulsu hoīs cholerici: ideoq3 morbus causat⁹ ex sanguine nō ē ī tpe tā breui curabilis/sicut morb⁹ causat⁹ ex cholera nec etiā destruit tā cito subiectū suū/sicut cholera. pcussio aūt facta ab ipso a. est maior/ꝙ pcussio ipsius b. verūtñ pcussio b. ē acutior/ꝙ pcussio a. ¶ Phlegma est fortius ꝓpter d. ꝙ ꝓpter a. cū ita sit/ꝙ d. sit in ipso in gradu quarto: ꝛ a. nō sit nisi in tertio: et ideo d. in pulsu hoīs phlegmatici facit maiorē percussionem/ et pleniorē/ac duriorē/ꝙ a. percussiōes vero d a. non sunt ita veloces/nec ita frequētes/sicut pcussiōes a b. et illud id: q2 materia est pōderosior ꝛ spissior in pulsu hoīs phlegmatici/ꝙ sanguinei. ¶ Melācholia cū dñat/facit ī pulsu duas pcussiones sensibiles: maior enim percussio est ex c. ꝛ minor ex d. et percussio ipsi⁹ c. est acutior/durior/et prior/ꝙ percussio d. pcussiones vō c d. sunt frequētiores/ꝙ percussiones a b. in corpore sanguineo: sunt autem tardiores et rariores/ꝙ percussiōes ipsius cholerici: ꝫm regulā et dispositionem cor: que diximus de pulsu hominis cholerici pōt intelligi de pulsibus aliarū cōplexionum/ꝫm ꝙ suis qualitatibus conuenit: sed tñ adhuc pro maiori eorum euidentia volumus in speciali de ipsis determinare sequēdo regiones/et domos positas in figura medicine/ꝛ hoc in quatuor predictis febribus. ¶ Pulsus tertiane h3 illas quatuor regiones/quas habet ipsamet tertiana: et q2 ignis superabundat in forma: et h3 minus comparatiue de materia: quam alia elementa causat pulsum velociorem/ breuiorem: et magis acutum/ ꝙ alia elementa: et est durus per siccitatem: acutus per caliditatem: et habet duos motus/vnum influxiuum tendentem ad manū: et alium refluxiuum tendentem ad cubitum: influxiuus est maior: eo q2 sua causa est caliditas/ reflexiuus vero minor: eo quia sua causa est siccitas. in ipso eodē pulsu sunt alii duo mot⁹: vnus per humiditatem: ali⁹ p frigiditatem: sed sunt insensibiles: et si habēt fortitudinē aliqualē: explanant angulū acutum: et mollificant in pte duriciē pulsus: et significant sanitatem: et si hoc nō fuerit/ malum signum est. ¶ Pulsus causatus per continuā febrem est ex parte aeris: et h3 illas regiones ꝗs h3 cōtinua: et h3 motū plenum/longum/mollem/ habētem angulū obtusum plenum b. vt patet in capitulo de pulsu phlegmatis: et rō hui⁹ est: q2 aer est impletiu⁹: ꝛ mollis contra duriciem terre: et est tardus respectu motus in genere: ꝛ si est cōposit⁹ ex pulsu tertiane de seipso nō est bonū signum: neq3 malū/ tñ si nimis tendit ad compositionem ignis et terre: malum est signum ratione abūdātie ꝛ cōcordantie īter ignē ꝛ terrā ꝯ domū d b. ¶ Pulsus phlegmatis h3 illas regiones/quas h3 phlegma: ꝛ est tardus ratione grauitatis aque/ et terre: ꝛ est plen⁹: q2 phlegma humidū est: et est gracilis: q2 aqua restrictiua est: et facit angulū obtusum/ꝛ longū ꝯ angulum pulsus cholere: eo q2 aqua est cōtra

De pulsu significante dominium sanguinis.

De pulsu significante dominiū phlegmatis.

De pulsu significāte dominiū melancholie.

De pulsibus ī speciali ꝫm regiōes figure medicine.

De pulsu causato p febrē continuam.

De pulsu phlegmatico

igne. ¶ Pulsus quartane que est de genere melacbolie h3 tot regiões: quot h3 febris cõtinua: q2 durat su⁹ mot⁹: τ est gracilis p aquã: τ long⁹ per terrã: que est euacuatiua ĩfundẽdo suã siccitatẽ igni: vt habeat materiã cũ q̃ sit diffusiuus et disgregatiuus: τ suus angulus ẽ obtusus τ dur⁹: et p p̃dicta p̃t medic⁹ habere noticiã de pulsu simplici vel cõposito/supposito tñ q̄ habeat noticiã de oibus ẽm q̄ in capitulo circulationũ in figura medicine dictũ est. ¶ Digestiua fit ĩ domo sana: indigestiua vero ĩ ĩfirma: in domo ṽo sana sicut in domo a e. p humidum τ calidũ regnãtib⁹ ꝯ domũ c g. sed si dom⁹ c g. intrat domũ a e/c. alterat a. τ g e. et digestiua de a e. est ancilla in sua domo: τ p ꝯñs indigestiua fit p domũ de c g. sicut dom⁹ de d b. calida p domũ de b f. et sic medic⁹ d3 ꝯseruare digestiões impediẽdo/ q̄ vna dom⁹ nõ ĩtret aliã domũ p modũ ꝯtrietatis: sed per modũ cõcordãtie. ¶ Dolores causãt duobus modis siũt: et ad istos duos modos ꝯcurrũt oẽs dom⁹ talis circulatiõis. Prim⁹ mod⁹ ẽ respectu repletõis/q̃ repletio ĩpedit domoꝝ mot⁹ vni⁹ ad aliã: τ sic clamãt p dolorẽ ĩstinct⁹ τ appetit⁹ naturales/ sicut in domo de a e. ẽ alteratio p domũ de c g. q2 clamat a e. significatiuo mõ p dolorẽ/sicut hõ clamãs adiutoriũ p timorẽ: τ sic medic⁹ d3 aperire poros: vt mot⁹ nõ sit ĩpedit⁹. Scõs mod⁹ ẽ p scissionẽ circuli/destruẽdo ꝯtinuatiões mot⁹ p vulnera siue ict⁹: τ ista cura ptinet ad chirurgicũ ꝯiũgẽdo ptẽ cũ pte/vnã ptẽ in aliam attrahẽdo p ꝯcordiã qualitatũ ꝯrietatẽ remouẽdo ĩpedictẽ cõiunctionẽ sicut remouere domũ de c g. a domo a e. multiplicãdo calorẽ in a. ꝯ frigiditatẽ c g. et humiditatẽ ꝯ siccitatẽ c g. vt reuertaꝛ linea ꝯtinua ĩ patiẽte/p quã trãseãt mot⁹ q̃litatũ: et subiecta eoꝝ: τ appetit⁹ nõ doleãt: nec instinct⁹: τ ad hoc τ finaop⁹ est q̄ chirurgic⁹ cognoscat cõplexiões oĩm mẽbroꝝ hoĩs: put in de ꝯsideratiõe p̃hĩ naturalis superi⁹ deductũ ẽ: nã ex eo q2 elemẽta p illa loca ꝑpter scissionẽ aut ictũ trãsire nõ possũt/ĩflanꝛ ille ptes: τ sũt plene hũoꝛib⁹ ĩdigestis: τ sic deperdiꝛ digestio et ẽm appetitũ nãlẽ cõqriꝛ hũidũ radicale de hũido nutrimẽtali: qđ nõ venit/vt venire solebat: nec ei ãpli⁹ deseruit: et sic petit adiutoriũ a chirurgico: vt solidet illa q̃ sepata sunt p scissionẽ/vel ictũ expellẽdo oẽs malos hũores: et hoc facere poterit cognoscẽdo ꝯplexiões/τ ṽtutes reꝝ/p̃ncipiũ/augmentũ/statũ/τ declinationẽ/τ oĩa q̃ ad ip̃m ptinẽt ¶ Appetit⁹ est potẽtia ꝯñalis/sub se plures species habẽs/sicut appetit⁹ extẽsus p regiones domoꝝ: τ q2 dom⁹ sunt diuerse causant diuersos appetitus: sicut dom⁹ de a e. causat vnũ appetitũ: et dom⁹ de b e. aliũ: τ sic de aliis/q̄ñ e. sub a. est in sua regione: τ b. sub e. non: vnde sequiꝛ q̄ vnus appetitus est in vna domo: ali⁹ in alia: vñ aliquis appetit⁹ est p delectationem: et ratio huius est: quia est ĩ domo sua: et alius est per modum tristitie et passionis: sicut in domo de b d. in qua dolet d. eo quia est in regione de b. et appetit esse in domo d b. que est sua regio. Appetituũ vnus est propter potum: alius propter cibum/alius propter somnum/alius propter repletionem: alius propter euacuationem: alius propter exercitium/alius propter quietem siue statum: et hoc apparet in conditionibus domorum: sicut in tertia domo significatum est quarte circulationis: in qua ancilla sc3 humiditas appetit aquam: et domicella scilicet siccitas vinum: et sic de cibo/et aliis suo modo: sed in domo b d. in contrarium habet esse: appetitus participat cũ sensitiua forma: et

De pulsu quartane.

De regionibus digestionum.

De doloribus

De appetitu discursu p regiones.

Uia in principio nostri operis pollicitus sum considerationem cuiuslibet artificis assignare: cogor hoc in loco licet mee pfessionis (vt de medicina dictũ est) non sit/facultatem chirurgicorum (scdm sententiam expertissimorum in ea) aperire: sed cũ nullus artifex regulariter operari possit ignorato subiecto: necesse est ipsum assignare: ꝛ lꝫ medic⁹ ꝛ chirurgic⁹ circa vnũ ꝛ idẽ versenẽ: q꞉ circa corpus hũanũ egrotabile inquantũ sanabile: tñ diuersas in eo hñt cõsiderationes: cõsiderat eñ medic⁹ (vt pdictũ ẽ) partes essentiales quo ad earũ proportionem in quo cõsistit sanitas/aut disproportionẽ: ex qua causaẽ infirmitas. Chirurgicus vero cõsiderat partes integrales fluentes ab essentialibus ꝫm mixtionem et diuersam gradationem factã ab agentib⁹ naturalib⁹: et sic opꝫ cognoscere complexiões omnium membrorum ipsius hominis: ꝛ sigillatim quodlibet membrũ in se/aliter non recte operari poterit: sed tanꝙ cecus credẽdo incidere vnũ membrum incidet aliud: vel proprium cũ parte alterius: et sic sequetur fistulatio ꝛc. ꝛ ignorando ꝓfunditatem/longitudinem/ꝛ latitudineꝫ/ignorabit si debeat multum/aut parum incidere/per longum/vel per transuersum superficialiter: vel multum profunde. Similiter ignorãdo vias ꝛ meatus et figuram ignorabit instrumentoꝝ diuersitatẽ: cũ alique vie ꝓcedãt diagonaliter: alique recte: alique sunt longe: alique parue. quare ponẽda est diuisio/situatio: et colligantia membrorum corporis humani. ¶ Jam in superioribus visum est de omnibus partibus integralibus hois/quo ad earum generationem: de quibus phisycus negociatur: nunc dicendum est de eisdem quo ad chirurgicũ: et sunt quadruplices: spiritnales vꝫ/animales/naturales/et extremales: spiritualium quedam sunt partes continentes: et quedam contente/continentes sunt cutis: caro musculosa/mamille: et ossa/partes contente sunt cor/capsula cordis/pinguedo/ventriculus dexter/ventricul⁹ medi⁹/vẽtricul⁹ sinister/arteria adorti cũ duabus tunicis/ostiales/arterie/venales/auricula cordis/pulmo/cui⁹ caro glandulosa est: vene et arterie et pãnicul⁹ cooperiẽs: sunt etiaꝫ pãniculi: vt mediatiõis/diaphragma ꝛ pleura/ligamẽta: nerui reuersiui/vene/arterie meri/ptes colli q̃dã sunt cõtinentes: ꝛ q̃dã ꝯtẽte/ptes ꝯtinẽtes sũt cutis/caro glãdulosa/musculi/ligamẽta ossa spõdiliũ. ptes ꝯtẽte sunt trachea/arteria/ysopbag⁹. epiglot⁹ nerui reuersiui vene gondozi/arterie. particule oris sunt ligua cũ osse dicto os laude: palatum/dẽtes: ꝛ molares: partes aiales q̃dã sunt ꝯtinẽtes: ꝛ q̃dã cõtente/partes cõtinentes sũt capilli/cutis/caro/musculosa pericraneũ/craneũ cũ cõmissuris/q̃ q̃tuor sunt/coronalis/sagittalis: laudalis/mẽdosa/partes contente sunt dura mater/pia mater/substãtia cerebri/ rethe mirabile: explanatiões neruoꝝ/q̃ sunt paria nerui/sensus olfact⁹ venientes ad nares/nerui obtusi venientes ad oculos/nerui motiui venientes ad oculos/nerui sensus/auditus venientes ad aures: nerui sensus gustus venientes ad linguã: et diapbragma: et nerui dantes sensum et motũ in facie/ptes faciei sunt frons/supercilia/nares/aures/et tẽpora. Partes naturales etiã sunt duplices/cõtinẽtes scꝫ/et cõtente: continentes sunt due mirach/et siphac: mirach componitur ex cute vera/et non vera/ex pinguedine

vbi sunt vene legales ex panniculo carnoso/ ex musculis longitudinalib⁹/ transuersalibus/ latitudinalib⁹. Sip hac vene/ sumenales vene/ vmbilicalis zirb⁹/ intestina/ longaon/ colon/ moculus/ ylion/ gemmus/ duodenum/ stomachus/ porus/ lustis/ felis/ porus splenis/ vene meseraice/ tunica extrinseca / carnosa tunica intrinseca cum rugositatibus. Partes contente sunt epar/ kistis felis / por⁹ felleus vadens ad ieiunum: porus vadens ad fundum stomachi/ porus vadēs ad splenem: vena porta/ vena chilis/ pāniculi inde splen/ porus tendens ad epar porus vadens ad stomachum/ pāniculus cooperiens mesenterium / caro glandulosa/ vene meseraice/ panniculi/ renes/ vene emulgentes/ pori vritides/ colatorium/ panniculus cooperiens/ caro lumbalis. Partes ancharū sunt triplices: scʒ partes continentes/ partes contente: et quedam exterius procedentes. partes continentes sunt mirach/ siphac/ zirbus/ et ossa pectinis/ et ilialia. partes cōtente sunt vesica/ pori vritides transeuntes diagonaliter/ et tunica extrinseca cuʒ musculis colli/ vasa spermatica/ preparatorium/ portatoriuʒ a radice virge/ matrix/ cornua matricis/ testiculi/ et vasa spermatica/ colum cum preputio et orificio/ tunica extrinseca/ et tunica intrinseca/ musculi claudentes et aperientes orificiuʒ secundum cum septem cellulis/ vene emoroidales/ due tunice. Partes exterius procedentes sunt septem/ scʒ osseum/ didimus/ testiculi/ vasa/ spermatica/ virga/ caro gloriosa. Partes extremales componuntur ex duobus membris/ scʒ ex membris simplicibus/ et ex membris compositis. Membra simplicia componūt organica toti⁹ corporis: que sunt cutis/ pinguedo/ caro musculosa/ vene/ arterie/ nerui q sunt septē paria/ q̄ oriunt immediate a cerebro: et triginta a spondilib⁹ nuc he: et vn⁹ sol⁹ qui orit ab vltimo spōdili: sunt etiā chorde/ ligamēta lata que totā cooperiūt iūcturā: et rotūda/ q̄ interius ossa ligāt/ cartilago / et ossa.

De anathomia venarū. ¶ Anathomia venarū fit modo q sequit. due sunt pricipales vene/ a quib⁹ oēs alie tāq̄ rami oriunt: vcʒ vena porta/ et vena chilis: cui⁹ aliq rami phlebotomant porte vero nulli: et vena porta pcedēs a cōcauitate epatis ramificat p mesenteriū/ atq̄ fundū stomachi/ et p oīa itestina. vena chilis habet multos ramos / qui phlebotomari possunt i varijs locis ppter varias egritudines: et rami sunt. 33. prio rami capitis/ et colli/ q sunt duo post aures: et duo in angulis oculorū/ et duo organici/ et duo verticis/ et vena frontis/ vena puppis/ et vena nasi. sunt due vene sub lingua. rami pectoris et brachij sunt/ vcʒ due vene mediane in pte dextera / et sinistra brachiorum: due vene cephalice: due basilice / due oculares: rami ancharū et tibiarum sunt primo due vene cephene in pte dextra/ et in sinistra due sciatice/ due appopletice/ due renales: et sic finis anathomie venaꝝ. Et nota q̄ phlebothomia hʒ plures intētiōes. pria ē ad euacuādū: de qua loquit Galen⁹ i libro de phlebothomia: scda ad diuertēdū: vt Gal. in codē. tertia est ad alterandū: et hoc dicit Gal. in comēto illi⁹ amphorismi prie pticule. q̄ egerūt multitudinē cōsiderare. quarta ad attrahendū: et hoc declarat Hyppocrates quinta pticula amphorismoꝝ/ mulieri sanguinē vomēti menstruis supueniētib⁹ solutio fit. quinta est ad preseruandum: et hoc dicit Galenus in predicto cōmento/ in scda particula/ quibuscunq̄ phlebothomia et c. Sexta est ad alleuiandum: et de hac loquitur Gal. xi. terapeū. capitulo. xv.


splenē.
sol respi. cor.
iupiter respicit epar.
venus respicit renes.
merca.
mars habet fel.
pulmonē.
luna hꝫ caput



Et nota quod chirurgicus contemplari debet omnes partes corporis humani/quibus dominantur signa et planete: et quando planeta alicuius partis est in coniunctione cum planeta maliuolo alterius complexionis seu qualitatis/illud membrum aut vena scindi / aut tangi non debet/quousque disiunctus talis planeta fuerit ab altero/nisi habeat aliquem alium bonum aspectum/ qui possit impedire malum. Ex superioribus cognosci potest/et haberi anathomia ossium/et et venarum: tamen in speciali volumus eam tradere: et primo anathomiam ossium. secundum aliquos. 248. in numero sunt ossa in corpore humano: primo in summitate capitis est quoddam os / quod vocatur os capitale/quod cooperit cerebrum. secundo est os laude. tertio sunt paritaria/que tenent cerebrum clausum et firmum: et inferius est os vocatum coronale. quarto sunt duo petrosa vocata. quinto est os basilare dictum. sexto sunt duo ossa hreginatis. septimo duo ossa temporum. octauo os mandibule superioris. nono duo ossa mandibule inferioris. 10. duo ossa narium. 11. triginta ossa spondilium. 12. tria ossa caude multum cartilaginosa. ¶ Secundo loco videndum est de anathomia ossium pectoris/et brachiorum: et sunt primo. 24. coste in parte dextra/et in sinistra. 14. vere/et decem non vere/multum cartilaginose. secundo in furcula pectoris duo ossa/tertio due spatule/quarto duo ossa adiutorij multum medullosa. quinto. 4. focilia. sexto in prima acie manus. 6. septimo. 8. in secunda acie. octauo in tertia acie. 8. nono ossa omnium digitorum. 39. ¶ Tertio videamus de anathomia ossium anchorum et tibiarum: que sunt primo duo thalia. secundo os pectus. tertio duo ossa magna: que nominantur ossa adiutorij. quarto due rotule genu. quinto quatuor focilia. sexto in prima acie pedum / dextrum et sinistrum / primo astralagus. secundo nauiculare. tertio calcanei. septimo loco in secunda acie sunt octo ossa satis curta. octauo in tertia acie octo ossa satis longa. nono in omnibus digitis pedum vigintiocto ossa. de anathomia iuncturarum omnium ossium earundem/que in summa sunt quatuor: videlicet prima commissuralis / que est in craneo. secunda nodalis/que est in mandibulis. tertia clauilis/que est in dentibus. quarta coniunctionalis / que precipue in tibijs et brachijs reperitur/ et hec de anathomia ossium et iuncturarum. ¶ Phlebotomia secundum Auicennam nihil aliud est/quam euacuatio humorum propter valitudinem recuperandam: et habet fieri de vena frontis pro dolore capitis maxime occipitij et hemichranee pro apostemate oculorum phlebothomantur due in temporibus/pro doloribus aurium et oculorum due in angulis oculorum: ad pustulas oculorum/et ad scabiem capitis due sub lingua: ad omne apostem in gutturis /ad squinantiam gule / vene sub mento pro dolore oculorum/pustulis faciei /pruritu aurium/dolore maxillarum: vena in pulpa capitis phlebothomatur pro dolore antiquo capitis: pro stupore mentis. vene que sunt in cruribus due phlebothomantur pro apostemate renum et vesice/et dolore coxarum/et lumborum: saphene due pro nimia abundantia melancholie/et retentione menstruorum sub camo extra due/pro dolore ancharum /pro sciatica passione/artetica/ac pro apostemate testiculorum: vene in genibus pedum due pro pustulis crurum etc.

De phlebothomia.



Assignatur alia phlebotbomia p aliũ modum: qm figuratiue modo q sequit: poterit em̃ qs p hanc figuram cognoscere numerũ venarũ/ ⁊ loca in quibus fieri pōt phlebotbomia: ⁊ d3 respicere electã dies ad hoc: quoniã si luna est noua/ aut plena/ seu quarta / vel in aliquo malo signo/ aut in signo dominante tali loco/ aut in signo solis/ tangi nõ d3 locus ille: si dies tñ est bona/ fieri poterit tali s phlebotbomia. A ẽ vena ĩ medio frõtis: ⁊ phlebotbomat ꝑpter morbũ litar

gie ꝛ hemicranee. B. sup̄ ābas aures/retro sunt due vene: ꝛ phlebotomātur ad clarificandum intellectum/et auditū. C. supra ossa tempoꝝ sunt due vene/dicte arterie: et phlebotbomātur aliquando propter nimiā repletionem /et abundantiā sanguinis /qui est in cerebro. D. supra linguam sunt due vene: que i se sanguinē continent: et phlebotbomanť ob infirmitatē epilepsie/ ꝛ propter apostema gule: ac etiam ꝯ morbū squinātie. E. in collo sunt due vene dicte originales: possunt phlebotbomari ex consilio tñ medici experti propter morbum lepre et poluxie principal'r/qñ ꝓuenit ex parte sanguinis. F. vena cordis accipitur in brachio/ad euacuandum aliquos humores malos/qui nocere possent cordi. G. vena hepatis in brachio phlebotbomatur: et valet ad refrigerandum cor. H. inter medium digitum/et digitum qui dicitur medicus fit phlebotbomia propter dolores/qui veniunt ad stomachū et costas /et valet propter pestem /et apostemata. I. inter ventrem et anchas sunt due vene: dextera phlebotbomatur contra morbū hydropisis: ꝛ sinistra contra dolores/q veniunt ꝓpe splenē. K. in quolibet pede sunt tres vene/quarum vna est supra cauillam pedis, in parte interiori: et vocatur sophane/que quidem vena phlebotbomatur ad expellendos/euacuandosq̄ humores malos pestis et apostematis: et excitat mēstruum mulieribus: et deorsum ipsum facit descendere. L. inter collum pedis et digitū magnū est vena / et phlebotbomať ꝯ epidimiam/ꝛ multos alios malos humores: ꝛ debet fieri infra. xxiiij. horas idest infra diem naturalem. M. in angulis oculoꝝ sunt due vene/que phlebotbomantur propter rubedinem oculorum/ꝛ multos malos humores. N. in summitate nasi est vena vna: ꝛ phlebotbomatur propter rubedinem faciei. O. in gigiuis oris sunt due vene supra: et due infra: et phlebotbomantur propter dolorem dentium / et cancrum. P. inter labia et mentum est vena vna: et phlebotbomatur propter flatum fetidum. Q. in ambobus brachijs sunt quatuor vene/ quarum superior prouenit ex capite: secunda ex corde. tertia ex epate: quarta vō ex splene. R. vena capitis sumiť in dextro brachio: et phlebotbomatur propter nimiam repletionem sanguinis / qui nocere posset capiti/oculis/vel cordi. S. vena splenis phlebotbomatur propter febres tertianas/et quartanas: et profundius debent eam aperire/ ꝙ aliquā aliā. T. i q̄libet manu sunt tres: quaꝝ illa q̄ est supra pollicē phlebotbomať ad remouendū nimium colorē faciei. V. inter digitū medicū et paruū fit phlebotbomia ꝯ oēs febres tertianas ꝛ quartanas. X. In femorib⁹ sunt due vene: vna in planicie: que phlebotbomať propter dolores genitaliū. Y. est vena supra cauillā pedis foris vocata sciat: cuius phlebotbomia contra dolores ancharum / et restringit menstruū in mulieribus. Et hec de chirurgia causa breuitatis sufficiant presertim cum nostre non sit professionis.

Incipit ꝓlogus illuminatio doctoris magistri raymūdi i artē operatiuam medicine.



Um ego Raymundus Hylerde dudum existens rogatus affectuose a quibusdaꝫ meis charis: vt eis quedam medicine artis occulta/ et implicita /ab antiquis in practica imperfecte dicta traderem: et librum aliquem sup hoc scriberē. Ego coꝝ varijs motus ꝑcibus/ ꝓstrat⁹ sum añ crucifixū

dñm nostrũ Jesum christũ/humiliter/ et lachrymabiliter postulando/ vt mihi li
cet indigno aliquem modum pro curatione morborum difficilium humane fra
gilitati contingentium antiquis incognitũ reuelare dignaret. Unde quadam
nocte mihi vilissimo peccatori a somno surgẽti hec sequentia fuerunt reuelata:
que quidem secreta prius fuerant reuelata sancto Egidio in heremo degenti: ex
quo patet q per orationẽ cum gratia diuina secreta et archana reuelantur piis
hominibus/ et nõ maliuolis et indignis. Cum igitur aliqs dignus esse nequeat
absq dei bonitate et gratia/ diuinam postulando gratiam genibus flexis/ ocu
lis in celum leuatis dic ter humiliter/ et deuote orationem sequẽtẽ. Oratio.

¶ Domine Jesu christe qui es omnium vera salus: dñe tu es qui omnia in boni
tate/ et sapiẽtia tua creasti valde bona. Unde dñe sine te nihil scio boni esse in secu
lo/ quare domine Jesu christe maiestatem tuam suppliciter adoro: qr scio/ et firmi
ter credo nihil boni esse absq tua bõitate/ nihil magni absq tua magnitudine:
neq durans absq tua duratione/ neq potẽs sine tua potestate/ nec sapiens sine
tua sapientia/ neq diligens sine tuo amore/ neq virtuosum sine tua virtute/ ne
q verum sine tua veritate/ neq gloriosum sine tua gloria/ nec iustum sine tua iu
sticia. Scio etiam q tu hominem mirabiliter creasti: mirabilius reformasti/ qui
dedisti medicinã ad reparandam sanitatẽ humanorum corporum/ da benedi
ctionem tuã isti medicine/ vt omnes virtutes quas in principio posuisti in eadẽ
finem optatũ perducãtur: vt in corpore in quod introierit/ sanitatẽ mẽtis et cor
poris inducere mereatur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum
qui te. vi. et.

Diuisio Libri.

¶ Tractatus iste in quatuor ptes diuidit/ siue distinctiones: quarum prima et
quarta non fuerunt mihi Raimundo reuelate: sed solum scda et tertia: ipsas au
tem recepi/ et habui a serenissimo rege Roberto sub sigillo secreti: que quidem
secreta habuerat ab expertissimo doctore magistro Arnaldo de villa noua/ qui
merito fons scientie vocatur: quia pre ceteris hominibus in omnibus scientiis
floruit: cuius scientiam libenter amplector: a quo quidem doctore multa expe
rimenta didici: et de eius doctrina confisus illa que dicta sunt in hoc libro ad lau
dem tanti doctoris catholici apposui: vt eius recolibilis memoria a filiis meis
recoli possit in vita perhenni.

¶ Cum a principio tanq ab optimo omnia constent/ et debeant regulari: ideo
ipse deus voluit inter creaturas hominem creare/ quem anima rationali dota
uit/ et insigniuit: et omnia sub pedibus eius constituit: qui ppterea a theologis
creatura creaturarum: et a b Aristotele dignissimus animalium in libris de ani
malibus vocatur. Augustinus etiam in libro de celo et mundo dicit/ q totum
posse celi et terre est in homine. Et licet homo his sit insignitus virtutibus: nihi
lominus tamen quia compositus ex contrariis elementis adinuicem agenti
bus et patientibus corruptibilis est: et multis subiectus infirmitatibus/ et incom
modis: vnde non est mirandum/ si homo plus ceteris sit passibilis: quia ex ma
gis tenui materia est compositus: ideo habet plura contraria: cum sit in differen
tia inter opposita contraria/ et quasi medius: medium autem ad vtrunq extre
morum comparatur: q̃uis ad alterum illorum nonnunq magis inclinetur:

ideo h₃ infinita contraria: propterea diuina bonitas tribuit ei medicinam congruentem conseruandi/ et sanandi: creauit eam de terra: et vir sapiens non abhorrebit eam: quia vt dicit Auicenna/ est scientia per quam hominis disposi tio cognoscitur et non aliorum. Et data est medicina ad conseruandum sanita tem habitam/ et amissam recuperandum. Et vocatur aqua vite a philosophis vera/ et recta medicina. Unde morcandus in vacia/ vt ait Dionysius qui transtu lit magonem vtebatur aqua vite ante cibum/ et post cibum. Et qui ea vtitur de bite non videbit in corpore suo infirmitatem/ q'nō sit abilis ad curandum: et non morietur infirmitate aliqua: sed perueniet ad periodum nature quam statuit ei dominus.

De modo faciendi aquaz vite.

¶ Aqua vite ornatur multis virtutibus et laudibus: et est/ vt quidam dicunt ca lida et sicca: quidam vero dicunt q non est calida/ nec sicca/ nec frigida/ nec hu mida: et tamen has virtutes cōtinet. Et dixerunt/ q est vna vis alia/ que ex qua tuor elemntis redundat: et dicunt q non est elementum: nam ex materia de qua extrahitur dicta aqua post eius separationem ab ea remanent quatuor elemen ta/ que per eorum separationem possunt videri/ dum peritus artifex vnum ab alio separabit: ideo non incongrue solet quinta quedā essentia appellari: aqua ista ardet sine lesione subiecti: immo videtur ardere/ et non ardet. Ista aqua sa pit contra omnes sapores: et habet odorem contra omnes odores: vt constat p experientiam. Et scias q ista aqua dat nutrimentum cordi: et sanitatem reddit si recipiatur vt oportet: et quantum natura valebit sustinere digestiuam confor tat non solum in stomacho/ sed etiam in epate. Et dicit quidam philosophus/ q nulla inuenitur medicina/ que adeo sit caloris naturalis conseruatiua/ et augmentatiua sicut aqua vite/ propter familiaritatem ipsius quam habet cum natura. Et quia est conueniens corporibus humanis: et eius calor similis est ca lori naturali: ideo cito conuertitur in sanguinem naturalem. Item non so lum confortat virtutē naturale₃ et calorem: immo etiā turbidū clarificat sanguī nem: et aditus vel meatus totius corporis et membrorum maxime ventris orifi cia aperit: et mundificat epar: opilationem aufert: tenebrosam fumositatem et tristiciam generatam in corde expellit: corporis membra corroborat: et non solu₃ bonitas sua agit in corpore/ sed etiam in anima. Nam facit obliuisci tristitie et angustie. Inducit leticiam: confortat intellectum ad inuestigandas res diffici les/ et subtiles: dat audaciam: facit vt non adeo labor et dolor sentiatur/ et multa alia. Et scias q triplex est aqua vite. Prima est simplex. Secunda est composi ta. Tertia est perfectissima. Prima simplex est que sine admixtione alicuius al teri⁹ de vino sumitur/ et elicitur. Composita vero est que sic componitur. ℞. ra dicis feni. petro. brusci/ asparagi/ radicis saxifragie/ pitrosel. macedonicum/ mi lium/ sol/ radicis/ yringor₉/ endiuie/ scariole/ capilliveneris/ rafani/ asi pax: tere/ et misceantur: et in distillatorio lento igne distillentur cū aqua simplici: vel ponan tur in vino: et in eo maneant tribus bons: et postea fac aquam.

De triplici aq̄ vite.

Alia compositio.

℞ gariophilorū/ nucis muscate/ zodoaris/ galange/ maiorane/ ameos spicenar di/ lauēdule/ macedonici/ zedoaris/ cubebe/ cinamomi/ antimonij/ amomi/ pipe

ris longi/cardamomi/aloes/corticis/citri/saluie/sansuci/parum musci/ligni aloes/mente/pulegij/origani/calamenti/calami aromatici/sticados vtriusq3/camedreos/camepitheos/añ: terenda terantur/ꝛ ponantur in distillatorio: et ibi distillentur.

Alia cōpositio ꝑfectissima.

℞. euforbij/serapini/bdellij/papaueris albi ꝛ nigri/oppoponacis/piretri/capparis/squinanti/spodij/piperis longi/nigri/ꝛ albi/cubebarum/castorei/zodoaris/añ partem vnam: musci boni parum/ambre/croci/ossium de corde cerui añ: ꝛ secundum ꝙ videbitur/ista que sequuntur desunt in recepta supradicta que dicitur perfectissima. s. cāfora/alforte creta cādida/saluia/menta/ysopus/sticados/pix naualis/terebentina/oleum oliuarum/sal nitrū/sal cōmune/mastix/bdellium/ꝛ mel/cum non sint de textu/sed de postilla.

¶ Item omnia supradicta in aquis compositis ꝛ lento igne distillentur: est enī res mirabilis/ꝛ domina ꝛ mater omnium medicinarum: cuius etiam mirabiles sunt virtutes/contra omnem passionem frigidam sunt eius effectus/tali modo fit secundum instrumentum serpentinū. ℞. vinum vetus rubeum vnius anni/vel vinum album optimum: sed rubeum preualebit: quia largius ꝛ vberi⁹ reddit aquam: de qua primo pone vnam mensuram in vase mundo/clauso/ꝛ distilletur igne lento aqua vite: ꝛ illam que cum primo vapore exierit/quousq3 petiolam panni linei subtilis intinctam dum ardebit nullo modo comburet: ꝛ cum ardere defecerit: illud quod in vase remanserit/pone deorsum: quia nihil valet. Scito tamen ꝙ in quatuor mensuris solet vna remanere: vel exire in prima distillatione/aliquando plus/aliquando minus secundum bonitatem vini. Item si distilles illam aquam iam factam/de vna mensura habebis mediam mensuram. Semper enim habebis medietatem illius quod posuisti in distillatorio. Si vero ter distilles/de quinq3 mensuris habebis quatuor. Si vero quater distillaueris: ꝛ debite operatus fueris/illud quod posuisti recipies quasi sine diminutione: ꝛ sic distillabis vsq3 ad sex distillationes: in septima erit aqua perfecta: in octaua/nona/vel decima erit perfectissima. Scito tamen ꝙ non propter difficultatem operis/sed propter expensas in omnibus medicinis vtimur tertia distillatione/vel ad plus quarta secundum instructionē canonū. In prima distillatione dicimus perfectam propter vaporem ascendentem: quia vapor plus distillatur in prima distillatione/ꝙ̄ in secunda: immo plus in prima/ꝙ̄ in tribus sequentibus instrumento serpentine. Et scito quod tres sunt aque/que fiunt in prima distillatione/prima est perfecta/illa scilicet que ardet se et petiam panni. secunda est simplex/que ardet se et nō peticlam panni aliqualiter valet. tertia vocatur fatua/que non ardet se: et hec nihil valet/nisi ꝙ̄tum ad clarificandos oculos/et faciem: ita tamen ꝙ ex illa lauetur quolibet sero et mane/in hyeme et in estate/mane/meridie/et sero: et hoc facile intelligitur ab omnibus causis scientibus. Nota etiam ꝙ distillatorium debet impleri vsq3 ad duas partes: et tertia debet remanere vacua causa vaporis fiendi/alioquin per canones vinum exiret/non aqua: et ita dicitur perfecta in prima distillatione. Si quis autem vti sciuerit in omnibus passionibus calidis et frigidis curabit/et sanitatem prestabit. Hec enim omnium herbarum/specierum/radicum/et florum

attrahit proprietates (preterquam florum violarum) si tribus horis maneant in dicta aqua: huiusmodi vero aque in corpore humano effectus sunt mirabiles: quoniam cito curat / et sanat omnes egritudines tam frigidas / quam calidas cerebri / nervorum et iuncturarum in potu sumpta / et foris posita: tamen si egritudo fuerit in humore intense calido premittatur purgatio: vel non oportet de necessitate purgari: sed quantitas in potu est .j. ʒ. vel usque ad .ij. plus / vel minus secundum virtutem patientis / et casus indigentiam / secundum etiam quod est melior.

dosis

¶ Primo valet ad omnes humores fluentes / seu venientes a cerebro ad nares. que passio vocatur coriza / vel opilatio in naribus: ut multi sunt in cephalica: emigranea / et vertigine. Item contra omnes humores venientes a cerebro ad fauces: quando brachi tument interius ad modum duarum vel trium amigdalarum. Item valet ad syncopim cordis sive ad catharrum. i. ad omne genus rheumatum cum aqua thamarisci. Item ad dolorem intestinorum et ventositatem bibita cum aqua anisi. Item valet ad squinantiam cum succo saxifragie iniecta cum syringa. Item valet ad sputum sanguinis cum succo plantaginis et pulvere lapidis sanguinarie. Item contra syrones / vermes in manibus cum inunctione, et fricatione. Item ad spasmum de repletione cum castoreo / ruta / et salvia. Item contra dolorem hemorroydarum bibita cum vino puro et uncta super dolorem. Item contra omnes febres preter acutas bibita ante accessionem. Item habet vim tyriace: et est probata contra venenum ultra tyriacam. Item supra omnia valet contra morbos pestilentiales et epidimiam sumpta per os: et eius inunctio super locum dolentem in omnibus causis frigidis. Item nullum venenosum audet appropinquare. Item valet contra omnem tumorem et inflaturam cuiuslibet membri inuncta. Item expellit omnem ventositatem / et sanat omnem tortionem intestinorum sepius bibita / et inuncta. Item regium morbum sanat: ut dicunt philosophi bibita et non inuncta. Item contra inflaturam cuiuslibet membri / si intingatur lana succida / et tumori apponatur. Item valet contra rupturam / si sumatur stomacho ieiuno cum pulvere sanguinis leporis sepe. Item omne genus vermium necat: si sepe inunguantur cum ea capilli. Item si caput squamosum vel scabiosum frequenter inungatur / cutem mundificat: et saniem consumit / vel scabiem. Item mutos facit loqui / si sepe sumatur per os cum tyriaca. Item valet ad pulmonem / et ad omne apostema phlegmaticum sumpta per os cum aqua malvarum calida. Item ad dolorem capitis antiquum ex frigida causa: etiam multum valet si caput ex ea inungatur. Item canos retardat / iuventutem servat / tineam capitis et scabiem sanat: si quolibet mane sero et meridie lavetur ex ea. Item memoriam iuvat bibita sepe. Item valet cerebro: si caput ex ea sepe ungatur / et odoretur. Item si in capitegio apponatur et distemperetur cum modica tyriaca: et recipiatur ieiuno stomacho bis vel ter diebus dispositis curat perfecte. Item contra epidimiam cerebri: si bombax in ea intingatur / et ponatur ad nares. Item ad opilationem sepius bibita / et super caput posita / et sepius odorata. Item contra apostema simili modo ministrata. Item contra paralisim ac tremorem membrorum: et consumit phlegma / si bibatur modo predicto: et si petiola linea teneatur in dicta aqua intincta supra linguam curat perfecte: tamen si necesse fuerit bis vel ter imponatur / quousque perfecte sanetur.

Sequuntur virtutes et proprietates aque vite.

tineam

netur. Item contra torturam faciei ex verberatione facta: sicut interdū contingit inungatur facies ex ea: quia sanabitur perfecte. Item contra melancholiā ⁊ tristiciam/ si quolibet mane sumat medium coclear cū paruo cipho vini odoriferi sūme letificat/ et hilarē reddit: ⁊ potata virtutes animales cōfortat: ⁊ confortat odorem cuiuslibet rei secū mixte: ⁊ omnis liquor cū ea mixtus conuertibilis est in eam: nec quicq̄ cum ea positū potest putrefieri. Item contra caliginem oculorum potata vel inuncta lachrymas desiccat: ⁊ telam delet: et est mirabilis gutte frigide oculorum/ et contra virgulam et lapidem oculorum infra et extra posita/ et sepius bibita. Item valet debilitati visus et turbidis aspectibus: si sola circa tempora ⁊ palpebras oculorum sit inuncta. Item lapidem induratum in renibus vel vesica dissoluit nonē mensibus cōtinuata. vt dicitur a philosophis Item contra passionē iliacam/ et colicā/ ⁊ omnē dolorem stomachi inuncta/ et bibita. item contra dolorem dentiū corrosionē gignētiū bibita ⁊ inuncta. item contra anhelitū fetidum valet gargarisata ⁊ bibita. Itē valet contra asma cum decoctione ficuū ⁊ liquiritie. item contra opilationē splenis/ epatis/ ⁊ renū bibita/ ⁊ inuncta valet supra omnem medicinā. item contra omnes dolores stomachi a phlegmate/ veneno ⁊ melancholia. item contra colicā passionem ex humore frigido phlegmatico ⁊ ventoso bibita ⁊ clisterizata. itē valet contra neruos de nouo contractos/ et cū inunctione omnē dolorem ⁊ guttā ex causa frigida prouenientem cū bono vino odorifero sumpta/ ⁊ super dolorem inuncta rugam et lentigines faciei depurat: ⁊ facit faciem splendidā et bene odorantem: impetigines et serpiginem destruit superposita. itē hydropisim ex frigida causa in potu frequentata curat: si ex ea sumatur quotidie ter ad quantitatem dimidie teste oui. Itē oēm quartanā additis debitis herbaꝝ ⁊ radicū proprietatibus/ que ad mēbra indigentia spectant cito sanat/ data ante accessionem. item data contra lienteriam/ dissinteriam/ diariam/ ⁊ dissuriam/ precedentibus aliis medicinis physicalibus. item sterilitati valet sepe potata. Item valet arteticis/ sciaticis/ podagricis ex frigida causa purgatione conuenienti premissa. item si vulnus/ cancer fistulā/ noli me tangere/ ⁊ similia cum ea lauentur/ curat. item expellit venenū potata cū tyriaca/ vel cū aqua calida. Item dolori capitis/ lateris et huiusmodi ꝓdest. item vinum corruptū vel acetū reparat: et reducit ad priorem sanitatē: mustum clarificat/ si modicū de ea imponatur. Omne crudum in eā proiectū statiꝫ se apprehendet vt coctū ad ignem. item si peciola linea subtilis in ea balneetur comburitur in pulueribus. Iste sunt recepte de simplici aqua vite/ et de cōposita et de perfectissima ad exēplar originalis extracte ex diuersis dictis philosophorum et auctorum medicine.

Aliter isti sunt effectus siue ꝓprietates aq̄ vite.

¶ Primo si facies cū aqua cōburēte abluat/ guttā rosaceā tollit: et si fiat oleū de interiorib⁹ nucleis pini cū ista aqua/ illō oleū mirabiliter/ et cito curat/ maxime si in lacte calido illud oleum componatur: et cū pinguedine supnatāte inungatur ad pulchrificandum faciem et etiam ad rugas tollēdas a facie: et omnes maculas expellendas cū radice cucumeris agrestis sicca trita et crebellata: et misce cū aqua secunda: et faciem ablue: et cum secunda aqua post aliquantulum temporis laua: et hoc fac per. iij. dies: et mirum videbis effectum. Itē si capilli

frequenter madefiant cum aqua iuxta radicem/illos preseruat a canicie: siue sinti capite/siue in barba: et illos multiplicat: et canos retardat/ grossum phlegma consumendo. Si autem fiant cineres de lignis hedere: et fiat capitellum siue lixiuium cum prima aqua/et caput inde lauetur: capilli fiunt flaui: et si per duos menses continuetur/omne genus vermium necat/et curat: et si vermes fuerit in aure/apponatur de aqua ardenti: et mirifice necat. Item si caput squamosum cum ipsa vngatur frequenter/cutem mundificat/ et squamas consumit. Item si caput tineosum vel scabiosum cum ea frequenter vngatur: perfecte curat tineam, et omnino abstrahit scabiem in omni parte corporis/mundificando locum. Item si caput est reumaticum: et vngatur frons cum ea/ et loca dolentia: et teneatur ea modicum in ore/ eius ablutio siue vnctio palliat leprosos/ maxime si succus fumiterre/vel ipsa herba in distillatorio ponatur. Item posita in auribus remouet surditatem. Item eius inunctio super palpebras remouet lippitudinem /pruritum/et lachrimas oculorum: si cum succo celidonie et aqua ista inungantur: et si due gutte in oculo ponantur/caliginem tollit: idem facit fel turturis. Item succus rute cum ista aqua mixtus despumatus oculo adiunct⁹ antiquam tollit caliginem. Item si serpillum in prima aqua coquatur: et oculi aqua decoctionis lauentur/lachrimas siccat. Item succus celidonie/feniculi/arthemesie/mirti/ suppositus in distillatorio. vz ad mundificationem oculorum et clarificationem visus. Item si fistula sit in oculo/succus plantaginis cum ista aqua mixtus cum bombace suppositus curabit. Item si macula pannus/aut caro addita sit in oculo: tunc ponat semel in die parua gutta/et hoc fiat sero in lachrimali oculo patientis de illa aqua camphora sit prius dissoluta: et quando oculus est dolorosus et multum rubeus: tunc quiescat ab opere: et pone in oculo aquam rose cum lacte mulieris pri⁹ dissolutam ad mitigandum: et quando oculus fuerit tolerans/reuertere ad opus tuum Item si pannum vel bombacem madefacias in illa aqua/et super dentem dolentem ponatur: et de ea frequenter parum qualibet vice teneatur in ore/illum curat: et curat etiam gingiuarum cancrum/et palati/ et omnes huiusmodi calefactiones seu infirmitates oris soluit: et linguam promptam ad loquelam facit. Item sanat paralisim/ si cum ea inungatur patiens a nucha per spinam dorsi vsque ad anum/et cubitos/ et sola membra iuncturalia: bis in septimana dentur pillule fetide palliate vel balnea tectum prima secundum virtutem patientis: et regatur secundum debitam dietam ab autoribus medicine in capitulis proprijs. Item curat indifferenter omnes paraliticos sumpta per os/et locis debitis cum illa frequenter inunctis. Item curat spasmaticos sumpta per os cum tyriaca. Item destruit omne venenum: et sumpta per os facit loqui illos/qui loquelam amiserunt: dum tamen capiatur per duos annos: et quod patiens regatur debita dieta: et quod quolibet sero detur ei dyasene/et pillule cum musco dyanthos diazinziberos: diacodion etc. et quod patiens portet corrigiam lupinam: medicina habitam conseruat sanitatem: et amissam recuperat. Item aqua vite habet sanitatem conseruare/et amissam recuperare: et appellatur aqua vite a pluribus recta medicina et scientia. Unde qui ea vtitur/non videbit in corpore suo aliquam infirmitatem/que non sit facilis ad curandum: nec morietur morte famosa: sed morte naturali a deo sibi ordinata.

¶ ℞. Rutam/agrimoniam/ſatirion cum manibus et teſticulis/celidoniā/ zuc-carum /et lapidem calaminarē:iſtam ſimul tere:et pone in alēbico :et diſtilla inde aquam ad lentum ignem/iſta aqua habet mirabiles virtutes:quia nullus eſt dolor oculorum tam magnus curabilis per aliquam medicinam/ quin curetur p̄ iſtam . Item iſta aqua bibita ieiuno ſtomacho depellit oē venenum:ꝛ purgat omnes hu.a ſtomacho:ꝛ hydropiſim ex frigida cauſa. Itē extinguit ignē ſacrū ſi ſtupe cānabine intingātur in ea:ꝛ ꝑ modū emplaſtri ſupponant. Et ſcito ꝙ iſta aqua ſiue medicina veꝫ contra ignem nigre diſpoſitionis exterius:nam qñ eſt vbiqꝫ interiꝰ rubeus/nullo modo apponas emplaſtruꝫ ſup ignē illū. Itē hec aqua bibita cum aloe curat morbum cācri:ſi fiat emplaſtrū de ſtupa intīcta in ea :et bis in die debet emplaſtrum mutari.

Et hec de aq̄ vite: ſequitur de alijs aqs et primo de aqua potabili.

¶ Aqua potabilis ſic fit. ℞. feniculi/pimpinelle/ſinapis/petroſilī/apij / gariophilorum/maſticis añ. iſta bene terantur/ꝛ miſceātur cū ſanguine hirci:et apponantur añ in aceto bono modicū :ꝛ dimittātur ſimul ſtare aliquot diebus ſcḋꝫ induſtriam medici :poſtea ponantur in alēbico:ꝛ diſtilletur inde aqua. Iſta aq̄ multum valet calculoſis/ſiue calculus ſit albꝰ/ſiue rubeus/ſiue acutus/ſiue planus/vel confirmatus/ꝛ patiens biberit/ vel comederit ieiuno ſtomacho de illa aqua calculus frangeť:et exibit ſicut arena. Item ſi capita fuerint ſcabioſa:et in iſta aqua lauentur ſemel /curabuntur /et noui capilli naſcentur. Item in quacunqꝫ parte corporis fuerit ſcabies/ſi abluatur cum iſta aqua curabitur infra tres vel quatuor dies. Item hec aqua bibita ieiuno ſtomacho facit bonum ſanguinem/et bonū corporis colorem. Item iſta aqua bibita bis in die fugat omnē paraliſim a corpore humano :dummodo paraliſis non ſit mortua in membro/ vel in neruis. Item hec aqua vltra omnes ſpecies confortat neruos. Item hec aqua ſpecialiter curat morbum caducum:ſi bibatur bis in die.

¶ Aqua hyrūdinū ſic fit. ℞. hyrūdies iuuenes:et pulueriſa:ꝛ illū puluerē miſce cū caſtoreo et modico boni aceti:ꝛ pone in alēbico:et diſtilla ide aquā:q̄ quidē aqua habet multas virtutes. Primo hec aq̄ bibita ieiuno ſtomacho eſt vera medicina contra morbum caducum /et quacunqꝫ cauſa proueniat :etiam ſi homo paſſus fuerit illū morbum per multos annos curabitur perfecte. Item bibita ieiuno ſtomacho curat phreneſim infra nouē dies. Item ſuper omnes medicinas facit bonū cerebrum. Item purgat ſtomachum ꝛ pectus:mollificat neruos et confortat radicem in paraliticis:et omnem frigiditatem calefacit . Item hec aqua bibita ieiuno ſtomacho cocta cuꝫ yſopo curat hydropiſim ex frigida cauſa prouenientem:ꝛ febres quotidianas:caueat tñ mulier impregnata /ne de iſta aq̄ bibat :qꝛ fetus in vtero moreref. Itē hec aq̄ cū yſopo bibita remouet dolorē capitis:ꝛ facit hominem bene dormire/comedere:et digerere cibaria:ꝛ bñ egerere Itē hec aqua remouet pilos a quocūqꝫ loco/ſi ex ea lauenť:et nūq̄ renaſcunť.

¶ Aqua valida ſiue laxatiua . ℞. yſopi /gladiole/ſauine abrotani añ. diſtilla in alembico . Iſta aqua ſemel in die bibita ieiuno ſtomacho curat omneꝫ dolorem capitis . Item vniuerſaliter valet contra omnes febres calidas et frigidas. Item mulieribus ſumme prouocat menſtrua : dummodo de ea ter bibant : caueant tamen ne ſint pregnantes:qm̄ fetū interficeret. Itē ſumme valet

contra omnes fluxus ventris: et bene cum hoc purgat a malis humoribus. Item interficit omnes vermes in corpore hominis/si bibatur ieiuno stomacho. Item mane bibita ieiuno stomacho cum castoreo curat omnem paralisim in tertia die et debet sumi ita calida/sicut homo potest sumere.

¶ Aqua dealbatiua. R. talpam/et puluerisa eam cum sulfure/et pone succum celidonie: et dimitte simul stare aliquot diebus: deinde pone in alembico: et distilla aquam/que habet multas virtutes. Primo si laueris cum ista aqua aliquod animal nigri coloris/dealbabitur vt nix. Item ista aqua mixta cum aloe et cera curat omnem guttam: si locus cum ea vngatur: et cum ista medicina curatur noli me tangere/si cum ea fiat emplastrum/et supponatur. Item curat caput scabiosum inunctum: curat etiam ignem per emplastra superposita. Item hec aqua cum lapide calaminari et aloe commixta curat lupum perfecte: dummodo fiant emplastra: et superponatur bis in die: ita quod infirmitas bene abluatur cum eadem mixtione: et scito quod ista aqua nullo modo debet sumi per os.

¶ Aqua conseruatiua sic fit. R. petrosilium/et pista in mortario: et inde distilla aquam/ que multum valet. Primo ipsa bibita ieiuno stomacho consumit omnes ventositates corporis: et facit bene comedere/et digerere. Item ista aqua bibita cum zuccaro valet contra tussim: et purgat pectoralia a malis humoribus

¶ Aqua duplicatiua sic fit. R. semina apii et papaueris albi: et terantur in mortario: et adde aquam conseruatiuam predictam: et postea pone in alembico: et distilla inde aquam. Ista aqua valet contra tussim et malum pectoris/si accipiatur ieiuno stomacho mane frigida: et sero tepida: est enim multum medicinalis: et facit bene dormire. Item bibita calida cum castoreo valet contra epilepsiam: et sanat membra paralitica: dummodo paralisis non sit in membris mortificata. Item letificat omnia membra: et ipsa rectificat/et purgat a malis humoribus. Item confortat caput et cerebrum.

¶ Aqua saluie sic fit. R. saluie/pulegii ana tere in mortario/et pone in alembico. Ista aqua calefacit omnes infrigidationes. Item ista aqua cocta cum castoreo et bibita calida ieiuno stomacho per tot dies prolongat vitam sani vel egri vsque ad periodum. Item per nouem dies bibita isto modo perfecte curat omnes infrigidationes. Item ista aqua bibita ieiuno stomacho remouet omne malum ventris. Item isto modo bibita curat omnem guttam et scabiem: et facit bonum sanguinem/et optimum colorem in facie. Item bibita ter in die calida curat omnes infirmitates infra octo dies. Et nota quod omnes aque predicte secundum suam primam distillationem cum castoreo recoctae cum zuccaro quousque tertia pars sit consumpta sunt vera medicina contra omnes infirmitates existentes infra corpus: et debent sumi per os: et hoc numquam fuit inuentum per omnes medicos: si autem infirmitas fuerit extra corpus/sumatur quantitas aque predicte: et apponatur aqua dealbatiua in sua proportione: et species predicte decoquantur/ vt prius: et lauetur infirmitas cum hac medicina: et de ipsa fiat emplastrum super morbum: et pa. de ipsa superius dicta sumat per omnes sine aqua dealbatiua: et cura perficitur. Et est sciendum/quod beatus Egidius existens in heremo probauit omnes virtutes aquarum predictarum: et ego hunc librum compilaui dicens.

 184

Quicunq3 vult malum sancti Egidij sanare/apponat in profunditate infirmitatis:et postea ponat desuper emplastrum de cannabe in ipsa aqua intinctum: et ipsa aqua vulnus totum impleatur :et ista est perfecta medicina:vt probauimus :et isto modo curatur cancer et fistula:ita quod nunquam magis ledet in illo loco. Item hec medicina curat lupum/et ignem infernalem : et ignem grecorum/et ignem sodomorum. Item si quis de ista compositione aque bibe rit in secundo fatali liberabitur ab omni lepra :et paralisi et speciebus eius/ de quacunq3 causa prouenerit :et breuiter quicquid hec medicina non curat: nunquam curabitur.

¶ Aqua viuificatiua et de antiquo iuuenem faciens. ℞. terbentine lib.j. mellis lib. ß. aque ardentis ter vel quater distillate quart.j. ligni aloes bene triti sandali muscatelli añ.ʒ.iij. gummi arabici.ʒ.ij. nucis muscate/galange/cubebe/cinamomi/masticis/gariophilorum/spice nardi/tritici/croci/zinziberis añ.ʒ.iij. musci fini.ʒ.j. ambre.ʒ.ij. hec omnia bene terantur: et adinuicem misceantur:et in alembico vitreo bene clauso (vt scis) distilletur : et fac primo ignem lentũ/ quousq3 habeas primam aquam mundã/siue claram/vt aquam fontis :et cum secunda volet exire /que erit sicut carbo igneus:tunc fortifica ignem motu continuo et non per saltum :et ipsam aquã per se recipe. Postea cum tertia aqua incipit que est nigra et spissa sicut mel: fortificabis ignem/quousq3 totum liquorẽ habueris:et scito q̄ q̄libet istarũ aquarũ est calida: vltima tñ calidior scd'a:et scd'a prima. Prima vocatur mater balsami. Scd'a oleũ balsami. Et tertia balsamũ artificiatum. Prima est clara /quam potabis cum vino tepido precise/ secunda autem et tertia valent ad fomentandum/et remouendum infirmitates nouiter corrodẽtes carnes corporis humani. Prima aqua tepida potata cum vino albo tepido consumit phlegma in ore stomachi:et reddit appetitum comedendi:et purgat stomachum ab omni malo humore. Item ipsa potata non permittit apostema venire ad cor/nec ad partes cordiales:vt probaui sepius. Item pãniculus madefactus infra istam aquã3 positus in naribus /q̄tũ poteris intromittere curat a reumate:et hoc facies dum patiens intrat lectum: et panniculus intra dimittatur. Item ipsa anhelitum fetidum de quacunq3 causa prouenerit /si bibatur sero et mane delet. Item dentes cum ipsa aqua ablutos fortificat/et dealbat. Etiam dolorem totaliter remittit/ siue sit ex humore/ siue ex sanguine putrefacto. Item quicquid in ea positum fuerit /a putrefactione custodit. Item vulnera ex ea lota /et fistulam :et aliam quancunq3 infirmitatem curat:vt probaui per pannum madefactum supra positum. Item valet contra quartanã/si spinam dorsi ad igne3 fortiter fricueris aliquot diebus. Itẽ si scabiem ex ea laueris /curat. Itẽ delet hemorroydas:si pannu3 madefactum supra posueris. Itẽ valet contra surditatem /si modicum de bombace in ea balneato posueris in auricula. Item valet contra ruborem faciei /si cum ea ruborem inunxeris. Item valet contra paralisim lingue:generaliter contra infirmitates de causa frigida prouenientes:secunda et tertia valent contra noli me tangere : et contra morbum regium colli/et gule/et contra fistulam /et malum mortuum / et specialiter si nouiter venerint hec predicta : et fomentando pannum supereo

nendo frequenter curat. Item collisus lapidibus / vel fustibus / vel baculo: vel si quis de alto ceciderit: vel costas fractas habuerit: si ad ignem cum ista bene fricuerit / curabitur. Item / interficitur aranea: si cum ista aqua tacta fuerit: quia ei nullum venenum applicatur. Item paralisim omnium membrorum curat: si cum ea lota fuerint: et scito ꝙ prima istarum aquarum quasi generaliter continet virtutes aliarum duarum: sed in infirmitatibus corrosiuis plus Unde alie due sic se habent / ꝙ secunda valet plus ꝙ̃ prima / et tertia / ꝙ̃ secunda. Et virtutes illarum aquarum non dicuntur tot / quin adhuc plures sint: que valent contra omnes infirmitates / q̄ procedunt ex sanguine vel phlegmate putrefacto: et sic finitur tertia distinctio aquarum.

Sequitur de oleis.

¶ Candida sic fit. accipe semen mercurialis / et gentiane / alias zuccarū in quibusdam libris: et simul misce: et sic fac stare per nouem dies: postea extrahe oleum ad modum laicorum. Istud oleum est perfectissimum / si bene et perfecte fiat: et si postmodum in amphora vitrea ponatur / lucet de nocte: istud oleum facit pulchrum colorem faciei. Si quis de isto oleo quolibet mane bibat / etiam si esset centum annorum / color eius in facie iuuenescet: et omnia eius membra allenabūtur: et non posset fieri aliqua causa tristis. ¶ Item / de hoc oleo sumatur ieiuno stomacho vsq; ad quatuor dies / perfecte curat morbum caducum de quadragita annis. Itē ista cādida confortat neruos hominis vltra omnes species mixta cum castoreo / et sumpta per os remouet omnes cōtractiones neruorum et facit neruos dormientes sanos: quare his rebus preferimus preciosam. Itē summo mane guttam pone in oculis / vltra modum ipsos clarificat. Item. ℞. candidam aurum foliatum / margaritas de oriente / et reubar. asi. et simul terantur: ista est enim summa medicina lepre: dummodo quolibet mane sumatur ieiuno stomacho perfecte curat lepram: et facit bonum colorem. Sed oportet ꝙ parum et bonum vinum in hac cura bibat: et debet vti ista medicina / donec color faciei sit bonus: et erit perfecte sanus / et curatus deo iuuante.

¶ Sperma solis sic fit. ℞. semen solsequij: et tere: postea pone in lacte mulieris nutrientis infantem masculum quatuor dieb9: deinde fac oleum ad vsum laicorum: istud oleum confortat sex virtutes principales. Item si istud oleum coreris cum auro foliato leniter bulliendo per vnum diem naturalem: et de hoc oleo laueris capillos / reddit ipsos aureos. Item si quis faciē hominis vel mulieris cum hac medicina lauerit / vel fricuerit: facit carnem claram / planam / et nimis pulchram. Et scito ꝙ si ista medicina fuerit bene continuata / durat color eius per vnum annum. Item ista medicina clarificat visum oculorum hominis: et sanat de quacūq; infirmitate infra decem dies: dum modo pupilla oculi fuerit sana / siue salua. Item sanat omnem infirmitatem dentium infra tres dies: dummodo gingiue inde fricentur bene: et si ibi esset vermis / morietur / vel cadet. Item si infirmitas gingiuarum sit de gutta vel aliqua specie paralisis curatur infra tres dies. Item si quis biberit de ista medicina nouem diebus curabitur a paralisi / de quacunq; causa prouenīete / et etiam si durasset per quadraginta annos.

¶ Rubra sic fit. ℞. semen nasturtij aquatici / et madefac in aceto bono: postea

deficca ad solem: et postea extrahe oleum ad modum laicorum: ista medicina mixta cum aloe et oleo laurino est perfecta medicina contra omnem scabiem: dummodo locus cum ea insigatur. Item rubria mixta cum aloe et carbonibus de mari simul pistata et bibita ieiuno stomacho depellit febrem tertianam/ et quartanam: dumtamen per tres dies sumpserit. Item rubria cum oleo oliue et petrosilio decocta comesta ieiuno stomacho curat rupturam in corpore. Item rubria cocta cum ptisana et bibita depellit fluxum sanguinis: et fundamenta constringit. Item rubria cum furfure cocta depellit omnem guttam.

¶ Sperma rutbe sic fit. R. semen rutbe/ et puluerisa: et misce cum auro foliato: deinde pone in bono aceto per diem naturalem: deinde deficca leniter ad solem et deinde extrahatur oleum ad modum laicorum. Nam istud oleū est valde preciosum: nam si quis bibendo vel comedendo sumpserit venenum: et biberit de oleo venenum euomet: et si secundo biberit: euomet omnes malos humores ex hoc veneno causatos: et si tertio sumpserit/ curabitur perfecte. Item hoc oleū omnem dolorem oculorum de quacunque causa venerit/ dummodo pupilla remanserit in oculis: et bis in die cum dicto oleo lauetur: et vna gutta in oculo infundatur: et fiet cura perfecta infra tres vel quatuor dies. Item si homo vulneratus vulnere mortali ieiuno stomacho sumpserit de hoc oleo perfecto euadet ab hoc vulnere: dummodo medicinis pertinentibus vulneri regatur/ et dirigatur. Item sperma rutbe bibitum ieiuno stomacho depellit omnem guttam et scabiem a corpore humano. Item etiam si patiēs hydropisim ex frigiditate vel caliditate biberit de ipso quatuor diebus absque dubio curabitur. Item sperma rutbe viuificat membra dormientia.

¶ Sperma pimpinelle sic fit. recipe semen pimpinelle: et pone in vino rubeo aliquot dieb⁹: postea deficca ad solem: et pista: et ex hoc fac oleum ad modum laicorum: hoc oleum bibitum ieiuno stomacho sanat arenam in vesica: etiam si homo de aliquo calculo torqueretur: si biberit de spermate pimpinelle: q̄uis lapis esset confirmatus/ dissoluitur ad modum arene: et breuiter ipsum sperma bibitum ieiuno stomacho frangit calculum de quacunque materia fit. Item hoc sperma bibitum alleuiat hominis membra aggrauata.



Onsiderantes Methaphysicā ens inquantum ens includens quiditatem/ naturam/ essentiam et esse: excludensque (ratiōe transcendentie) singularitatem et existentiam pro eius subiecto adequato stabilierunt: cui plures formalitates attribuerunt: de quibus primo videndum. est secūdo de eius conceptibus quidicis antedictis. tertio de eius diuisione imediata. quarto de consideratione eorum que in quolibet Methaphysice dici possunt sequendo ordinem naturalem: anteq̄ tamen primum aggrediamur/ videndum est primo quid noīe methaphysices importet. scdo qd noīe entis. Quo ad primū dr Methaphysica fm ethimologiā vocabuli a meta qd est trās/ et phisis qd est De cōsideratione methaphysicali.

scientia/quasi scientia transcendens:ex eo/quia versatur circa omnia. ¶ Quo ad secundum est notandũ/ꝙ ens duobus modis dicit. primo sumitur pro omni positiuo / quod est extra nihil:⁊ sic omnia de quibus istud verbum suũ es est verificari potest/⁊ eius participium participialiter tentuʒ:⁊ sic dicimus bonitatem esse ens:magnitudinem etiam entitatem/⁊ sic de omnibus formalitatibus entibus rationis/priuationibus/negationibus ⁊c.⁊ isto modo nullam antecedentiam contrahibilem ad illa dicit/de quibus predicatur:sed solum actualitatem/seu consonantiã essendi:nam si diceret aliquam antecedentiam contrahibilem/tunc entitas in sua vltima abstractione esset ens entitate formaliter: ⁊ sic processus in infinitum:⁊ nulla formalitatum esset id quod est/ videlicet abstracta ab omni concernentia:⁊ hoc modo ens consideratum est valde confusuʒ ⁊ innominatum(vt inquit doctor noster in sua logica magna)quia omnia sub se virtualiter continet:⁊ nullam habet specificationem vt tale:nec numerum / ⁊ est innominatum:quoniam non est sibi nomen impositum:⁊ quemadmodum confusum de ente predicatur:ita ⁊ ens hoc modo captum de omni ente: ideo dicit doctor noster in suis prouerbiis/ꝙ qui nominat ens omnia nominat:⁊ sic extra ens non est aliquid:⁊ dicitur ens quasi actus essendi. Secundo modo sumitur ens concretiue/et formaliter/prout concernit in se predictas formalitates/videlicet bonitatem/veritatem/reitatem/aliquiditatem/vnitatem/⁊ sic de aliis per modum substracti excepta entitate:a qua formaliter dicitur ens: que quidem entitas abstractum est prescindens ab omni concernentia:et eius concretum est ens: et hoc modo per doctorem nostrum est centrum omnium rerum:⁊ habet esse(vt ita loquar)specificum: cui nomen impositum est a proprietate entea:nam est esse entitatis/que est essentia/idest ratio essendi eius:⁊ est res quasi radix essendi:et dicitur bonum a boo boas/quod idem est/ꝙ voco as/ quia omnia bonuʒ ad se vocant/⁊ sic bonitas entitatiua est entitas rei/per quã est appetibilis/⁊ suo modo de aliis transcendentibus(que cum ente conuertuntur)dicendum est. Ex quibus patet(logice loquendo/⁊ faciam incidens) ꝙ si ista propositio socrates est/resoluatur in ens:⁊ eius verbum resoluitur in verũ terminum:quia in ens cui nomen impositum est ad significandum primo se ipsum secundum predictas proprietates:secundario omnia illa de quibus formaliter predicatur. ¶ Reuertamur nunc vnde digressi sumus:⁊ videamus vtrũ bonitas/ vitas ⁊c. sint passiões entis/⁊ visum est ab aliqbus ꝙ sic:⁊ illud pbãt auctoritate Aristotelis quarto Methaphysices dicẽtis/ꝙ prima philosophia idest Methaphysica considerat ens/⁊ passiones/⁊ principia/⁊ partes entis.

De duplici acceptiõe ẽtis,⁊ eiꝰ ethimologia.

De passionibus entis.

¶ In oppositũ est veritas:quod pluribus rationibus probari potest: primo quia nullum accidens dici potest transcendens:quia tunc precederet suam causam/que est substantia finita:vt ex septimo Methaphysices satis liquet:sed secundum eos predicte passiones sunt accidentia: quia aptitudines posteriores apto nato:ergo ⁊c. ¶ Item si predicta accidentia essent transcendentia / tunc deus non posset effugere/quin esset subiectuʒ accidentibus:immo accidentia essent de essentia ⁊ quiditate eius:cum deus essentialiter per cõmentatorem quar

to methaphysices sit bonus/ verus &c. Et si dicas quod addunt passiones ad ens/ sicut bonitas amabilitatem/ veritas intelligibilitatem &c. dicitur quod verum est: tamen quelibet dignitas ipsius entis siue formalitas intelligi potest ex sua natura absque tali passione extrinseca/ presertim cum propria passio adueniat rei in esse specifico: et sic ens abstrahit ab omni passione: quoniam quodlibet superius abstrahit in suo esse a passionibus vniuersaliter: et tamen non est aliquod ens/ quod possit aliquo modo ab ente abstrahi: nam quicquid est de ratione obiecti in quolibet inferiori inuenitur quiditatiue: sed ens formaliter in suo conceptu includit predictas formalitates: a quibus vt tale abstrahi non potest: ergo nec per consequens illa in quibus ens reperitur: et ad Aristotelem dicitur quod verum est/ quod methaphysica considerat principia tam incomplexa ipsius entis/ que sunt predicte formalitates: quam complexa que sunt dignitates/ et propositiones immediate: vt de quolibet est esse/ vel non esse. considerat etiam partes subiectiuas/ et eorum proprias passiones. ¶ Quo ad secundum est notandum/ quod ens et esse conuertuntur: et esse essentiam presupponit/ a qua denominatur/ et deriuatur secundum Augustinum quinto de trinitate dicentem/ quod ab eo quod est esse essentia appellatur: et essentia presupponit naturam: nam natura dicitur natura: ex eo quia est ordinabilis ad finem intrinsecum/ qui est esse essentie: aliter esset otyosa et vacua/ carens fine: et natura presupponit quiditatem eo quod quiditas est radix nature/ essentie/ et esse: et abstrahit ab omni respectu et ordine interiori/ et exteriori: et sic dicitur tantum id quod est/ sicut humanitas absoluta sumpta pro quiditate tantum est humanitas: de qua Auicenna quinto Methaphysices/ et commentator tertio de anima. abstrahit intellectus quiditatem ab habente quiditatem: et non cessat abstrahere/ donec venit ad simplicem quiditatem: et talis est quiditas entis/ et in eodem omne perfectum habet quiditatem/ et abstrahit non modo ab esse et essentia: sed etiam a natura: secundus conceptus in ordine descendendo est natura: et est vis insita rebus ex similibus similia procreans: vt in rebus naturalibus patet: et per Aristotelem secundo physicorum: natura est principium motus et quietis/ in quo est per se/ et non per accidens: et cum nullum sit ens quod possit aliquo modo ab ente abstrahi: naturam entis in se concernit: a qua suam propriam trahit: est ergo natura entitatiua quiditas ipsa cum quadam habilitate et ordine ad finem intrinsecum/ qui est esse essentie (vt predictum est) essentia est tertius conceptus/ includens quiditatem/ naturam/ et quandam fecunditatem ad actum essendi: et est (secundum doctorem nostrum) ab esse abstracta/ et in eo sustentata/ esse essentie est quartus conceptus in ordine includens quiditatem/ naturam et essentiam in se/ et excludens singularitatem/ et existentiam cuiuslibet: nam ipsa habet per esse contractum: vt in tertio loco dicetur: et ipsum esse essentie constat de tribus correlatiuis/ videlicet de potentia actiua/ passiua/ et actu medio connectiuo predictarum potentiarum seu proprietatum et proprietas actiua constituitur de eadem essentia/ et quadam actiuitate/ et passiua de eadem essentia/ et quadam passionalitate (vt ita loquar) actus vero est communis ambabus potentijs/ et quia ens/ et esse conuertuntur: ideo in ente

De quiditate/ natura/ essentia/ et esse/ quid in quolibet ente reperiatur conuertuntur.

predicta relucent. ¶ Quo ad tertium videndum est de contractione entis ad illa in quibus reperitur: tamen ne tendamus per ignota: videamus primo quid sit contractio: et quia secundum etbimologiam vocabuli / contrahere est aliquid ad se trahere: et sic contractio est tractio alicuius superioris ad sua inferiora: et est duplex / physicalis / et metbaphysicalis. Physicalis contractio est quando aliquid prius per aliquid essentialiter ab ipso distinctũ ad suũ posterius trahitur: vt materia prima / que per formas contractiuas cõtrahitur ad composita inferiora: et in tali contractione concurrunt omnia accidẽtia / vez quantitas / qualitas / quando / actio / passio / relatio ꝛc. in contractione vo Metbaphysicali / non ex eo quia contrahibile et contractiuũ non distinguntur essentialiter: quod requiritur ad hoc / vt ex tali contractione accidẽtia predicta oriatur. ¶ Contractio autẽ Metbaphysicalis fit (absq; tñ actione ꝛ passione) cũ reduplicatiõe prioris / ꝛ designatione posterioris / cuius practica inferius dabit. Est tamen primo notandũ / ꝙ in qualibet contractione cõsiderantur isti termini: videlicet concretũ / abstractum / substractũ / ꝛ distinctio. concretũ semper addit aliquid / quod non est in abstracto: vt patet in conceptibus interioribus: abstractio autem fit (per oppositum ad contractionẽ) cũ reduplicatione posterioris / et designatione prioris: de quibus per ordinẽ videndũ est: et primo de contractione metbaphysicali: que duplex est / interior / ꝛ exterior: et primo de interiori in ente transcendenti hoc modo / quiditas inꝗtum natura / ꝛ natura inꝗtum essentia / ꝛ essentia inꝗtũ esse / facta interiori contractione exterior fit hoc modo. esse siue ens (quod idem est) inꝗtum diuinũ / aut infinitũ / et in ente diuino fit contractio in conceptibus intrinsecis hoc modo. quiditas diuina inꝗtũ natura / et natura inꝗtum essentia diuina: ꝛ essentia inꝗtum esse diuinũ (quod constat de tribus correlatiuis vt de patre / filio / ꝛ spiritusancto) vel essentia diuina inꝗtum pater / aut inꝗtum filius / vel inꝗtũ spiritussanctus. suo modo ens cõtrahi potest ad ens finitum / seu naturale / hoc modo. ens inꝗtum finitum / seu substantia finita / et substantia inꝗtum spiritus / aut corpus / ꝛ corpus inꝗtum celeste / aut elementale: et corpus elementale inꝗtum elementatum / ꝛ elementatum inꝗtũ animatum / aut inaīatũ: ꝛ aīatũ inꝗtũ sensibile / aut insensibile: et animal sensibile / quod idem est inꝗtum imaginatum / aut non imaginatum / imaginatum inꝗtum homo: et homo inꝗtum christus / Maria / Johannes ꝛc. facta tali contractione fiat abstractio contrario modo sic. christus inꝗtum homo / ꝛ homo inꝗtum imaginatum / et imaginatum inquantum animal / ꝛ animal inꝗtum corpus animatum: ꝛ animatũ inquantum elementatum: et elementatum inꝗtum elementabile: et elementabile inquantũ corpus: et corpus inꝗtũ substantia: ꝛ substantia inꝗtum ens cõcretiue: in essentialiter ordinatis non est vlterius procedendũ in abstractione / nisi in conceptibus intrinsecis: vt ens siue esse (quod idem est / vt hic presuppono) inꝗtum essentia / ꝛ essentia inꝗtum natura ꝛ natura inquantum quiditas. Nunc vlterius in abstractionibus procedere nõ valemus / nisi fiat resolutio ipsius quiditatis entis in quidicos conceptus formales ceterarum formalitatum: quoniam quiditas entis plena est predicatarũ

De duplici cõtractione.

De concreto abstracto / et substracto / q̄ i q̄libet cõtractione cõsiderantur ꝛ primo i intrinseca.

De cõtractione metbaphysicali extrinseca sequẽdo ordinẽ nature.

rationum propter identitatem et impossibilitatem realis segregationis inter se:et quemadmodum facta est contractio et abstractio interior in ente transcendenti et diuino/potest fieri in quolibet ente limitato:deinde inuestigat methaphysicus quomodo se habent predicti termini inter se:vt concretum concernendo suum abstractum/et substractum:et quo modo abstractum se habet ad concretum/ et substractum et econtrario. Ulterius inuestigat differentiam inter illa etiam et earum identitates obiectat ens esse contractum vniuoce(cum quadam analogia tamen)in deo et creatura/vniuoce autem prescindendo substātiam creature a finitate/inceptione/et desitione:similiter et substantiam dei a deitate/infinitate/et immensitate:et inuenit vnū in pluribus vniuoce contractum secundum vnum nomen/et eandem rationem:nam vnūquodque recipit predicationem et denominationem ab ente: et secundum illam ratio substātie est eadem(vt in prima figura probatum est)analogice autem:quia esse deo per prius et simpliciter/et ab eterno cōpetit/creature vero p deū:sed obiectiue et abstractiue cōsideratur tale ens in se:et in tali esse nec finitū/nec īfinitū/creatum/nec īcreatū est:vt in superiorib⁹ probatum est:subiectiue tamen non habet esse extra deum:aut creaturam per deum: deinde respicit decem predicamenta esse entia: aliter enumerari non possent in numero plurali:et sic inuestigat quomodo ens contractum est in ipsis:et vtrum verificetur vniuoce de ipsis:et inuenit quod non/nisi equiuoce:et primo adheret auctoritatib⁹:vt meli⁹ veritatem huius inuestigare possit: et quia Aristoteles septimo methaphysices dicit primum ens esse quod quid est/et significat substantiā/alia a substantia dicuntur entia entis:eo quia sunt taliter entis idest substātie.idem Porphirius in suis vniuersalibus dicens.si aliquis omnia predicamenta entia vocet/equiuoce et non vniuoce ea nuncupabit.et quia artista huius artis videt quod auctoritates doctorum asserunt ens equiuoce de decem predicamentis verificari/presupponit ita esse:tamen quia intellectus non quiescit in auctoritatib⁹:cū ppri⁹ ei⁹ act⁹ nō sit credere/sed intelligere: tū credit prio/non vt credat/sed vt intelligat:ideo vlterius inuestigat an ratione haberi possit/quod ens equiuoce de ipsis predicamentis verificetur: et sic considerat ipsa accidentia/que tantam dicuntur imperfectionem/quod per se/nec in se esse possunt: substantia vero habet esse per se/et in se:et quia esse per se et in se plus dicit de entitate/bonitate/magnitudine etc. quam non esse per se/sed in alio:et cum esse ens bonum/magnum etc.conuertantur:et vnam naturam dicant per Aristoteles quarto Methaphysices/sequitur quod accidentia non sunt entia/nisi equiuoce. ¶ Item omnis creatura est finita finitate:sed si quantitas/ vel qualitas/ et sic de aliis esset creatura/ipsa esset finitate finita:tūc quero de tali finitate:an sit creatura/vel non? si dicis quod creatura:ergo finitate finita: et sic processus in infinitum: cum non videatur maior ratio de vno accidente/quam de alio sed forte dices/quod propter quod et quo standum est in quo: nam si qualitas est finita; ex eo quia est creatura/tamen sua finitas non erit finita alia finitate:ergo nec per consequens erit creatura:et si nō creatura/ens descēdere nō poterit ī ipsa accidēs p deū creātē illud;sed erit p creaturā occasionaliter/et pter itētū/cui⁹ similitudo et vestigiū est.

De analogia et vniuocatiōe entis respectu corporum quibus predicatur.

De differentia eorũ que substantiam in suo conceptu cõmuni constituunt.

Adhuc Metbaphysicus investigat differentiam specificam inter illa que substantiã in suo cõceptu cõmuni cõstituunt/vz iter bonitatẽ/magnitudinẽ: et invenit qđ distinguunt essentialiter: et per consequẽs numero: cũ vnũquodq predicatoꝝ pricipioꝝ substãtialiũ retineat similitudinẽ scẽ trinitatis: admirat tñ vñ ẽ quod cũ ens in sua vniuersalitate ipsas formalitates includat: et tamen inter se realiter non distinguuntur: et in substantia creata: et generalissima distingantur predictis distinctionibus: et invenit discurrendo per intellectum discursiuum/ quod hoc est ratione creationis/aliter nulla earum creari potuisset: cum terminus creationis sit singulare esse: cuius esse est continere essentiam/naturam/et quiditatẽ: et quia distictio ois specificatur ab extremis: ideo vbi cũq sunt plures essentie/ibi est distinctio essentialis. Ulterius investigat/an in constitutiõe substantie illa que primo sunt/primo vniantur: et invenit ordinem eorum que considerantur in omni cõpositione/seu constitutione metbaphysice loquendo: nã esse partium presupponitur appropinquationi: et appropinquatio vnioni/ vnio constitutioni/constitutio informationi/et informatio resultationi/ resultatio singularitati/singularitas existentia/existentia operationi: et omnia accidentia consequuntur existentiam: et specificantur/et indiuiduantur ad specificationem et indiuiduationem substantie: et sic conceptus intrinseci substantie secundum ordinem nature illi qui primi sunt primo vniuntur: ita quod ex quiditatibus principiorum substantialium primo quiditas totius fit: et ex naturis secundo natura totius: et ex essentijs partium essentia totius: et ex tiuis partiũ/tiuũ totius: et ex bilibus ptiũ bile totius: et ex are partiũ: are totius: et ex bis tribus correlatiuis esse totius: et ex singularibus partium singularitas totius: a qua substantia dicitur singularis tali singularitate communicabili: et sic singularitas est interior modus/q̃ sit vniuersalitas: que post eius esse singulare sibi accidit: inquantum versabilis est circa spiritualia et corporalia: sub qua immediate ponuntur he due species/videlicet spiritus et corpus: de quibus ipsa vniuersalissima substantia predicatur: et hec ad logicum pertinẽt. Metbaphysicus tamen illa abstractiue considerat/inquantum entia/ponendo differentiã inter spiritum et corpus primum nature: ex eo/quia alia est formalitas/qua spiritus est: et alia qua corpus: et vnaqueq ipsarum est simplex: et cum hoc est concreta concernentia conceptionali concernens suam quiditatem/naturam/essentiam/esse: et singularitatem/tamen non est concreta concernentia essentiali: qr tunc esset composita: et spiritualis/nobilior/et in maiori gradu perfectionis est/q̃ sit corporalis: et hoc habet ab agente supernaturali suam similitudinem secundum magis et minus: et capacitatem rei imprimendo: et sic per consequẽs distincte sunt quiditates nature/essentie etc. vsq ad singularitatem/de quibus negociatur ipse Metbaphysicus: et distinguit intrinsece predictos conceptus non destruendo idẽptitatem quam inter se habent: et etiam extrinsece similiter facit considerando sufficientiam/entitatem/et differentiam cuiuslibet primo in vniuersali formalitates substãtie/secundum quam non suscipiunt magis neq minꝰ: sꝫ oẽs angeli et aie equales sunt natura (teste Augustino) ꝯsiderat inde differentiam et inequalitatem eoꝝ specifice: et iuenit/qđ vnusquisq spiritus suam facit speciem

De ordine quẽ seruant cõceptus intrinseci in cõstitutiõe alicuius tertij.

facit spēꝫ realē esse:hoc ꝓbat auctoritate Aristotelis scđo de aīa/dicētis ꝙ mul
titudo idiuiduoꝝ est ꝓpter conseruationē spēi:sꝫ i angelis pōt cōseruari i vnico
indiuiduo:cum tale sit incorruptibile:ergo ⁊c.sed dubitat de anima rationali/
ꝙ si quelibet faciat suammet speciem:tunc sortes ⁊ plato erunt differētes specie:
cum habeant distinctas ⁊ specificas animas:tamen quia ipse metaphysicus de
scendit ad modum extrinsecum cuiuslibet anime:⁊ inuenit ꝙ anima non ha-
bet statum in se:quemadmodum angelus qui est suppositum/⁊ persona:anima
vero eā cū corpore constituit:iccirco conditionem totius sequitur:⁊ sic ꝙuis ani
me sortis ⁊ platonis differant specie/⁊ retineant suum esse in toto : tamen qr
non possunt per se suppositari propter inclinationem quā habent ad corpus:et
cum omne continens recipiat contentum ad moduꝫ sui:iccirco ꝙuis anime dif
ferant specie inter se:tamen numerātur ad numerationem subiecti. Ulterius ha
bita noticia vniuersaliū ꝗ angelis ⁊ animalibus naturaliter ⁊ intrinsece insunt
ad ꝑticularia descēdit:nā innata est nobis via ꝓcedēdi ex notioribus/que sunt
vniuersalia ad ipsa particularia.ex primo physicoꝝ.⁊ quemadmodum res se hꝫ
ad esse/sic ad intelligi.ex scđo metaphysices.⁊tertio de aīa/vt Auicenna deducit/
si aliqđ eꝝ videatur a remotis:prius cognoscit ꝙ sit ens/substantia/⁊ corp⁹/ ꝙ̄
animal:⁊ prius animal/ꝙ̄ lepus: aut canis ⁊c. sic i substantijs separatis/que re-
mote sunt a sensib⁹ fiendū est:⁊ isto modo vnūquēq; eorū cognoscit in suo esse de
terminato:nā cū sint plures:requirit de necessitate/ꝙ eoꝝ differētia sit gn̄ica/spe
cifica/aut numerica:nō gn̄ica/qr omnes sunt substantie:ergo est specifica:vt pro
batū ē:⁊ ꝑ cōsequēs numerica:nā ꝗcūq; distigunt spē/distigunt nūero/⁊ nō ꝯ
rio:⁊ qr vnusq̄sq; angel⁹ est suppositū:ideo est ꝑ se ens vnū:⁊ res rata/⁊ ꝑsona
ꝑ se vna:⁊ ꝑ se sonās:⁊ habet suas ꝓprietates:ꝗ sunt itelligere/recolere/⁊ amare
sed iterum incidit in dubitationem ipse metaphysicus:nam cuꝫ anime habeant
predictas proprietates:videtur ꝙ sint communes/⁊ non proprie:sed inde recur-
rit ad modum quem habent anime intelligendo ⁊c.⁊ inuenit ꝙ anima proprie
non intelligit:sed appropriate inquātum totum quod est homo appropriat
suis partibus operationes quas habet:nam cuius ē esse/illi⁹ est operatio :toti⁹
est esse/ꝑtiū vero coesse:ergo ⁊c.sed adhuc dubitat:qr cū angeli ⁊ hoīes cōueniāt
in predictis ꝓprietatib⁹:nō merentur dici ꝓprietates:cum propriū sit qđ vni so
li cōuenit:tn̄ discurrit/⁊ inuenit/ꝙ hō hꝫ aliū modum intelligendi a modo ange
loꝝ:nam intelligit ꝑ discursuꝫ a premissis ad cōclusionē:ideo dicit rōnalis:qr
successiue suū obiectū ⁊ per phātasmata ac spēs attingit:angeli vero subito sine
successione:ideo intelligentie ⁊ nō ratiōales proprie dicūtur :sed adhuc restat du
bitatio:quia cum anima separata a corpore intelligat/⁊c.⁊ angeli etiā cōiter in-
telligant ⁊c.videtur ꝙ non possint dici proprietates ❡ Iterum discurrit me-
taphysicus inuestigando differētiā hoīm:⁊ inuenit in primis/ꝙ licet aīa separata
sit actualiter a corpore:nō tamē habitudinaliter : ideo ipsa sepata actu habitu
operatur intelligendo/amando/⁊c.angeli vero absq; tali habitu . profundius
adhuc oportet ipsum rimari:vt tales ꝓprietates in angelis inueniat:⁊ quia nō
potest absq; coadiuuamine mathematici/qui maioritatem/equalitatem/⁊ mi-

De dfa inter sortē ⁊ plato nē lꝫ eoꝝ aīe specie distinguātur.

De dfa i angelis.

noritatem in rebus considerat: ideo quemadmodum theologus ei subuenit porrigendo manum: sic oportet quod mathematicus faciat metaphysico: aliter non valeret inuenire predictas proprietates in angelis: et sic inuenta maioritate / minoritate in angelis / immediate inuenit quod vnusquisque angelus suam propriam proprietatem intelligendi habet tam intrinsece per species innatas / quam extrinsece: sed vlterius dubitat / vtrum tales proprietates: videlicet intellectus / voluntas / et memoria sint accidentia: et sic recurrit ad finem: gratia cuius date sunt angelo / et anime predicte potentie: et quia theologus ipsum iuuat in hoc passu / ei significando quod deus creauit rationalem creaturam: vt ipsum deum intelligat: diligat / et recolat: tunc iacto illo fundamento mathematicus rimatur hoc modo. in substantia plus est de bonitate / magnitudine / duratione / potestate etc. quam in accidente / et propter hoc: quia substantia per se existit / et agit: accidens vero non: sed est eius instrumentum / et in substantia sustentatum: et ab ipsa suas habet perfectiones. vnde cum deus sit summe recolibilis (vt probat theologus) intelligibilis / et amabilis / requirit ab anima quod ipsum obiectet cum magnitudine bonitatis / durationis / potestatis etc. et non cum paruitate et imperfectione: vt non sit contra suam summam intelligibilitatem etc. talem requisitionem rationali creature deus facere non posset / si potentie predicte essent accidentia: ergo etc. Preterea multa alia inconuenientia sequerentur / videlicet quod anima non haberet partes substantiales / quibus agere posset: quemadmodum vnumquodque elementatum: et sic substantia corporalis que minor est in bonitate / virtute / et perfectione / quam substantia spiritualis esset maior in agendo: licet sit minor in existendo: quod est impossibile: ergo etc.

Utrum intellectus / voluntas et memoria sint accidentia.

¶ Item si voluntas esset accidens / esset mota ab anima / que est substantia ad volendum / cum nullum accidens seipsum moueat: sed mouetur a substantia: sicut agens quod suum instrumentum mouet ad agendum: et sic anima antequam voluntas suum obiectum appeteret / haberet alium appetitum intrinsecum substantialem: cum quo moueret appetitum voluntatis / et electio / libertas et deliberatio in voluntate non essent: sed essent in appetitu intrinsece substantiali: et sic esset electio et deliberatio circa obiectum / antequam esset: et voluntas esset pura passio: et sic de intellectu et memoria: quod est impossibile. considerat vlterius omnia accidentia subiectata in substantia spirituali / non autem vt subiectata: sed vt abstracta: et vnunquodque in sua propria coordinatione ordinatum: et primo quantitatem: nam vnusquisque angelus et anima suam habet quantitatem propriam deriuatam a quantitate substantie: et sic de aliis accidentibus: tamen non dicas substantiam predicamentalem sumptam pro tota sua coordinatione esse finitam: quia tunc a methaphysica deuiares: cum ipsa habeat subiectum abstractionis: quia considerat vnumquodque in se / prout prescindit a quocunque posteriori: et sic substantia spiritualis considerata fuit in se: nunc consideranda sunt accidentia vnunquodque in se et seorsum metaphysice: et quia quanto subiectum altius et nobilius est in bonitate / et perfectione / tanto et eius accidentia / et cum spiritualis substantia sit nobilior corporali: ergo nobiliora habet accidentia: et similiter dici potest de ipsis substantiis spiritualibus inter se: tamen ipse metaphysicus sequens

De accidentibus in substantia spirituali consideratis.

do Aristotelem cadit in dubitationem: cum ipse Aristoteles duodecimo Me tapbysices ponat oēs intelligentias esse virtutes infinitas: et per cōsequens plures deos. et in sexto pbysicorum dicit q̄ non contingit principium mouens babere magnitudinem: ex eo/ quia babet potentiam infinitam. vlterius querit an talis substantia sit vna vel plures: et concludit q̄ plures secundum numerum la tionum. dicit etiam tales substantias necessario esse sempiternas/ et immobiles. ¶ Item in predicamentis capitulo de quantitate diuidit ipsam in continuam/ et discretam: continuam subdiuidit in longitudinem/ latitudinem etc. ex quibus patet angelos comprebensos non esse sub tali diuisione. ex alio latere videt q̄ idem Aristoteles ponit ordinem essentialem inter omnia entia ad vnū primum/ et signanter in entibus separatis: nam causa secunda depēdet a prima licet causaliter non sit a prima: sed sicut est in speciebus numerorum/ et figurarum: et sic met bapbysicus secundum istam viam est in magna confusione et ambiguitate: tamen quia est artifex generalis/ recurrit ad theologum/ quid ipse sentiat de hac opinione: cui theologus ostendit ipsam esse erroneam/ et impossibilem/ prout in pluribus locis probatum est: et articulus de eternitate mundi condempnatus: sunt ergo angeli et anime finiti/ et limitati: et p cōsequēs quāti/ cum per eundem Aristotelem finitas quātitati congruat: et ipsa est nobilior: et maiorem similitudinem substantie retinet (a qua effectiue babet esse) q̄ pertineat aliquod alind accidens: nam quemadmodum generans imprimit magis suam similitudinem et perfectionem in vno/ q̄ in alio: sic et substantia in quātitate/ q̄ in quando: cum ipsa sit subiectum immediatum: et quando perfectius est: et plus dicit de substantialitate (vt ita loquar) q̄ actio/ et actio/ q̄ passio: et passio/ q̄ relatio: nam relatio est ita parue entitatis/ q̄ vix capi potest: immo interdum de ipsa loquendo inter manus labitur: et sic de aliis sequentibus: que relationes secundum dici dicuntur quantitas: in rebus spiritualibus est quantitas virtutis/ et non mollis: et sic distinguitur contra trinam dimensionem: et est id quod immediate inberet substantie: sed dubitatur an inberat inberentia distincta realiter ab ipsa quantitate: et dicitur q̄ non: ne ipsa inberentia quantitatis alia inberentia inbereat: loquēdo tamen de inberētia babitudinali: quoniā a b actuali quidem prescindit. multas dubitationes babet metbapbysicus circa predicamenta accidentalia: quas in corpore artis enucleatas inueniet/ si bene perquirat/ et discurrat totum opus: deinde descendit metbapbysicus ad corporalia: sequendo ordinem nature: et primo considerat primum corpus nature: put prescindit a quocunq; includens quiditatem/ naturam/ essentiam/ esse/ et singularitatem communicabilem: et excludens omnia accidētia: et sic inuenit q̄ tot formalitates extensiue includit in se/ quot natura spiritualis: non tamen tot intensiue/ ratione cuius minorata est eius natura/ ac etiā ratione finis: quia corpus ipsum non attingit finem in se: sed ordinem babet ad sua inferiora/ tāq̄ ad terminū motus: et sic pbysice est considerationis/ sed q2 metbapbysicus c biectat ipsum in corporibus supracelestibus cōmunicatum/ et diuersificatū/ vniuoce tñ quo ad suam rōnem formalē: tamen q2 diuersis formalitatibꝰ contractum est:

De maioritate et minoritate accidētiū.

diuersos habitus particulares de ipso vendicat: et licet celum vnam dicat vnitatem conuenientie:tamen secundum diuersa organa ipsa substantia celi est diuersificata/quemadmodū sensitiua: ꝛ sic sunt octo organa/sicut octo sunt sphere:ꝛ quodlibet organum suum habet specificum motū a casu/et fortuna in se separatum(vt ostendit eius naturalitas)qm̄ est sic ordinatus/quod aliter nō potest se habere:verūtamen ista inferiora aliquem recipiunt motum a casu/ et fortuna:eo quia non habent motum circularem: creator enim creauit in octo formis celorum virtutem motiuam/que de potentia in actum deducta naturaliter mouetur circulariter instinctu ꝛ appetitu:vt ad finem cur mouētur / perueniāt: ꝛ cessare nequeunt ratione figure orbicularis/quousq̄ finem attigerint:que erit invltimo hominem:ita quod per accidentia ꝛ a posteriori Methaphysic⁹ venit in cognitionē qd̄ qd est cuiuslibet celi:et inuenit diiam specificā inter ipsos /ꝛ nō habere sub se(vt dictum est de angelis)plura supposita:ex eo quia naturaliter nullam contrarietatem includunt in se:sicut apparet in octaua sphera ꝛ planetis: quoniam octaua sphera mouet naturaliter de oriente in occidentē:ꝛ planete de occidente in orientē:vt in superioribus satis declaratum est:ꝛ talis motus extrinsecus ꝛ naturalis est fons/a quo deriuantur contrarietates inferiores:ꝛ motus sicut motus leuium et grauium/caloris/frigoris/eufortunij/ꝛ infortunij/sanitatis/et infirmitatis/letitie/ꝛ tristitie:ꝛ sic de aliis suo modo.et per ista Methaphysicus considerat principium naturale in celo/cum quo motus celi est principium primitiuum:ꝛ cum quo sua bonitas est vnū principium/habens in se tria principia concreta/sicut bonificatiuum quod est principium actiuum/cum quo influit in inferiora formas actiuas bonas/ꝛ masculinitates:ꝛ bonificabile pncipium passiuum/cum quo causat in inferioribus maternalitates/ ꝛ femineitates/et bonificare principium neutrum:ꝛ commune/cum quo causat in inferioribus neutralitates/ꝛ communitates:inter corpora celestia est mediū ꝯnectiuū/ et continuatiuum/per quod descendunt influentie vsq̄ ad spheram lune: que est sicut forum methaphorice loquendo:ꝛ elementa ab ipsa sphera lune eas recipiunt:nam sol dat suam influentiam veneri:ꝛ venus mercurio:et mercurius lune/et luna igni/ꝛ ignis aeri/ꝛ aer aque/ꝛ aqua terre/in qua sumus. Et nota qd̄ elementa omnia vsq̄ ad orbem lune sunt confracta/et mixta propter mixtionē generabiliū ꝛ corruptibilium:ꝛ non sunt ita simplicia in suis spheris/ sicut corpora celestia:dubitat tamen predictus Methaphysicus an corpora celestia moueātur naturaliter/ꝛ a se/vel ab aliquo alio extrinseco:ꝛ inuestigat primo quid doctores senserunt de hac materia:vt melius peruenire possit ad actū proprium intellectus:ꝛ inuenit Aristotelem in.viij. Physicoꝝ dicentem/quod motus corporum celestiuȝ est naturalis/et perpetuus.ꝛ in vndecimo Methaphysices/ qd̄ intelligentie mouent orbes:tunc videns se in magna perplexitate implorat auxiliū Physici:cuius propria est consideratio:ꝛ ipse Physicus ei auxiliatur modo qui sequitur. Motus est triplex:naturalis cuius principium est natura:voluntarius cuius principium est voluntas:ꝛ violentus cuius principium est ad extra passo non conferente vim.tunc Methaphysicus cepit syllogisari ꝛ discurrere sic.omne naturale est a natura/ꝛ a principio intrinseco ꝛ de per se:sȝ motus corporum

corporū celestiū est naturalis: ergo ꝛc. Per oppositū/omne illud quod mouetur
a principio extrinseco est violentū: sed celi mouentur a principio extrinseco: q2
ab intelligentijs: ergo ꝛc. ꝛ cū nullū violentū sit perpetuum: sequitur quod mo-
tus celi non erit perpetuus: quod est falsum: et hoc modo peruenit in noticiā na
ture: ꝛ quiditatis cuiuslibet celi/deinde sequendo ordinē artis descēdit ad quar
tum subiectum/quod est homo/designatum per E. ꝛ q2 homo constat ex duabꝰ
naturis (vt in precedentibus visum est) considerat vnāquāqꝫ seorsum/ꝛ in se a
quiditate inclusiue vsqꝫ ad accidentia exclusiue: ꝛ sic concludit diuersas passio-
nes de eo/seu demonstrantur per inclusa in primo modo dicendi per se: ꝛ sic fa-
cit scientiam veram ꝛ realem sub habitu Methaphysico contentam. Et ne vl-
terius procedamus/volumus hic in homine dare practicam/ꝛ modū inuestigā-
di oēs facultates/ꝛ cōsiderationē cuiuslibet artificis/sequēdo doctrinā illumi-
nati doctoris magistri Raymūdi i de ascensu ꝛ descensu itellectꝰ/obiectat i pri
mis artista huius artis (q inuestigatiuꝰ ē omniū rerum ꝛ facultatū) in homine
plures actus realiter distinctos inter se/quorum aliqui sunt naturales/alij ve-
ro morales. per naturales deuenit in noticiam potentiarum ꝛ formalitatum/a
quibus naturaliter emanant: nam potentie cognoscuntur per actus: ꝛ actus p
obiecta. ex primo de anima. et sunt predicti actus naturales: et communes ele-
mentare/vegetare/sentire/ꝛ imaginari: ꝛ sunt omnibus animalibus perfectis
communes: de quibus corū potentie verificantur/predicanturqꝫ: ꝛ sic inuenit lo
gicam/que est de secundis intentionibus adiunctis primis: nam predicte poten-
tie per prius se habent ad constitutionem animalium/et aliorꝫ elementatorū/ꝙ
verificētur de eis: quoniā dici de presupponit esse in: ꝛ quia non possunt esse in
pluribus nisi moueantur motu naturali ad ipsa: ꝛ sic sunt physice consideratio-
nis: et hoc modo inuenit philosophiam naturalem. Vlterius videt in homine
alios actus/qui non sunt communes omnibus animalibus/sicut sunt semina
re/induere/equitare/pingere/scribere/legere/ꝛ sic de alijs huiusmodi: ꝛ sic cōside
rat artista/quod in homine plus est de esse ꝛ essentia/ꝙ in leone/vel alio anima
li/quod quidem esse est rationale: ꝛ essentia rationalitas: ꝛ sic inuenit Metha-
physicam: ꝛ quia ab ipso esse rationali sunt intelligere/amare: ꝛ memorari/cum
quibus rationale habet altiores actus/ꝛ etiam nobiliores/ꝙ irrationale: quo-
niam liberum arbitrium consistit in his: et sic inuenit philosophiam moralem/
que est ex actibus elicitis a voluntate/put sunt conformes vel difformes ratio-
ni recte: vt in vltima parte huius patebit. admiratur vlterius artista quare est
scribere/legere/docere: nam propter admirari ceperunt homines philosopha-
ri: ꝛ sic reflectit se cōsiderando suam essentiam/ꝛ esse: ꝛ sic inuenit quod rationa-
le est quod homo habeat sciētias liberales per scribere/legere/docere: sicut est ra
tionale quod habeat scientias mechanicas per cultiuare/seminare/venari/na-
uigare/ꝛc. ꝛ quia considerando in quolibet elementato caliditatē/frigiditatē/
humiditatem/ꝛ siccitatem gradatim esse/ꝛ colorem arguit quatuor elementa/si
ne quibus esse non possunt: ꝛ per longitudinem/latitudinem/profunditatē ar-
guit primuꝫ corpus nature esse contractum in ipso elementato/ꝛ anguli/trian

guli/quadrâguli/circuli/ꝛ figure:de quib⁹ Mathematicus negociat ab his naturaliter procedunt:vt rotunditas capitis/quadragularitas faciei:vel vngnis/aut palme /tringularitas nasi /cordis / lingue/et per vegetatiuam habet membra/scilicet cor/epar /cerebrum/oculos/pectus/humeros/brachia/ ventrem / crura/genua/tibias/pedes /venas / sanguinem / ossa /ꝛc.et hoc figuratū est ī plāta/in qua sunt branche/rami /folia/flores /ꝛc.et per sensitiuam sentit homo famem/sitim/dolorem ꝛc.et per imaginatiuam imaginatur obiecta sensibilia/gratia cuius mouetur ad sensibilem appetitum:et per animam rationalem mouetur ad obiecta sensibilia /imaginabilia /intelligibilia / amabilia / et recolibilia et sic cognoscit secundum predicta diuersas considerationes artificum / et etiā diuersas potentias in homine /ex quibus est eius natura constituta: admirat tamen vnde est /ꝙ ex anima et corpore fieri possit vnum :cum non habeant aliquod medium /per quod coniungi possint:quoniam tale non potest dari spirituale/neq₃ corporale:vt patet cuilibet bene intuenti :hic est punctus transcendens/ad quem non sufficit imaginatiua :nec per consequens sensitiua:et sic ascēdit mediante fide supra vires suas ad intelligendum hunc punctum transcendentem: et presupponit id quod in libro dei scriptum est :immo tenetur/ ꝛ debet credere verbis dei:ꝛ omnibus que sunt scripta in suo libro/suus liber est sacra scriptura /vel biblya :continens duo testamenta scilicet vetus/ꝛ nouum : et affirmatur / et creditur ꝙ ille liber est dei:et a deo /et cognosci potest facile ponderando :et considerando verba que ibi continentur in se:et oportet considerare modum et formam loquendi ipsius dei /qui ei cōuenit:et etiam oportet considerare modū et formam loquendi creature / qui ei conuenit: deinde comparare ipsa:nā liber dei habet singularem modum :quia in ipso non fiunt probationes / nec argumenta :sed simpliciter absq₃ probatione omnia dicit / ꝛ affirmat :et dicit ita esse simplici verbo sine probatione :et tamen illa que ibi dicuntur/ et affirmantur esse vera/indigerent maximis probationibus et rationib⁹ vt crederentur:et affirmarentur ab hominibus/q₂ homines non possunt credere/nec affirmare talia verba per se:ex eo /quoniam non sunt per se nota/et manifesta :alij autem libri aliter procedunt:quia probantur omnia que ibi dicuntur per rationes /et argumentationes:et incipiunt ab his que per se sunt manifesta ad sensum:liber autem biblye a principio incipit.in principio creauit deus celū et terram .etiam affirmat deum esse/affirmat deum creasse celum et terram:affirmat mundum habuisse principium:et nihil probat : nec hec sunt nota per experientiam:immo contra experientiam.vnde licet aliqui libri dicant deum esse/tamen hoc ꝓbant per multas argumentationes.Aristoteles fecit octo libros physicorum ad probādum deum esse:et .xij.in metaphysica ad idem:sed liber biblye ibi facit suum pͥncipium sine probatione :quid significat iste modus dicendi biblye/nisi ꝙ ille qui loquitur in biblya/et dicit illa verba est tante autoritatis/ ꝙ ei debet credi simplici verbo absq₃ aliqua probatiōe/et alia certificatiōe absq₃ aliquo testimonio:et quod sola sua autoritas est tota certitudo:et q₂(ad nostrū propositum)deus actuauit species generum in primis indiuiduis : nam dixit terre produceret herbas virentes/et animalia:ꝛ aque/natantia:ꝛ aeri/volatilia:

tamen nō dixit/vt produceret hominem:ex eo/quia non erat in eorum posse:sed dixit(vt habetur Geñ.primo)faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram:et sic deus fuit medium ⁊ auctor summus in homine: qui creauit animam: et ipsam coniunxit:et coniungit quotidie cū corpore:dedit tamen modum primis parentibus:⁊ suis successoribus disponendi illam materiā: sed cōiungere non possunt eam cum anima:nec ipsam animam generare:cū sit a creante/qui ipsam creat:⁊ creādo infundit:⁊ quia est eius effectus imediatus/est perpetue durationis:sed admiratur cum anima sit de nihilo creata:quo modo pōt deus eam de nihilo creare:cum nihil non sit aliquid:tamen quia recordatur ꝙ potestas diuina est infinita: ⁊ nihil est quod repugnet sue potestati/aliter esset sua potestas limitata:quod est impossibile:et sic per viam hominis artista peruenit in veram theologiam. vlterius videt/ꝙ in homine non solum sunt virtutes morales/vel earum opposita:sed etiam virtutes supernaturales: vt patet p hos actus/videlicet ieiunare/subuenire/sacrificare/adorare/⁊c. sed hoc scire nō posset/nisi cognosceret naturam hominis que ex duabus constat(vt predictum est)corporali/⁊ spirituali/per corporalem nullam inclinationem habet ad virtutes/sed ad sensibilia. spiritualis vero ordinatur ad virtutes: et sic rationabile est ꝙ homo habeat sciētias liberales per scribere/legere/docere/⁊c. ⁊ sciētias mathematicas/cū quibus homo sciat deū recolere/intelligere/⁊ amare/⁊ agere penitentiam de cōmissis/⁊ deum orare: quia dignum ⁊ iustum est: ⁊ sic per ea que dicta sunt de actibus ⁊ passionibus hominis natura eius est cognoscenda:naꝫ intellectus in homine intelligit quinqꝫ naturas/ex quibus in communi est natura vna constituta cōmunicate tamen intensiua:et non extensiua/quoniam elemētatiua in plus se habet/ꝙ vegetatiua:⁊ vegetatiua/ꝙ sensitiua/⁊ sensitiua/ꝙ imaginatiua:⁊ imaginatiua/ꝙ rationalis.et hec consideratio est logicalis: sed quia logicus et methaphysicus circa idem genus versantur/sunt predicte nature methaphysice in quolibet creato considerande cum differentia/cōcordantia/maioritate/⁊ minoritate:⁊ quia homo continet omnes in se: ergo omnis earuꝫ scientia in homine relucet:et per regulam applicationis ad hominem applicanda sunt omnia creata:⁊ per viam sensus peruenit in notitiā quicquid est cuiuslibet habentis quod quid est:nā vnumquodqꝫ ens creatum sua habet propria ⁊ specialia accidentia/sicut elementatiua:nam caliditas/frigiditas/humiditas/⁊ siccitas/ponderositas/leuitas/⁊ huiusmodi eius sunt accidentia/secundū ꝙ ipa constituta ex quattuor elementis simplicibus est:et sic omnia eorum accidentia possidet. accidentia vegetatiue sunt amaritudo/dulcedo/attractio/retentio/digestio/expulsio/⁊c. accidentia sensitiue sunt omnes operationes fluentes ab ipa secundum sex sensus: vt visio/auditio ⁊c. accidentia imaginatiue sunt secūdum tres potentias/quas habet in se: nam per estimatiuaꝫ discernit:et per appetitiuam appetit obiecta sensibilia/vel odit:⁊ per retentiuaꝫ retinet quodammodo ipsa: ideo tales actus sunt ei accidētia:⁊ plura alia que deriuata fuerunt a pmo corpore immediate/⁊ mediate a substātia vniuersalissima/⁊ specificata in ipsa imaginatiua/q̄ methaphysicus ꝯsiderat qólibet in suo genere pdicamētali:⁊ sic de alijs dicēdū est:nā aīa rōnalis sua etiā hꝫ accidētia p suas potētias specificas

ac etiam per propriã formã ꝛ materiã:nam per materiam vt puta per substãtiã habet minuta accidentia/que subiectata sunt in ipsa substantia vniuersalissi ma/ꝛ deriuata a bonitate naturali/magnitudine ꝛc.et sunt sicut bonitas/que accidens est magnitudini/et durationi/ ꝛc.eo quia de seipsis non sunt bone: sed p bonitatẽ sbalẽ/q̃ dat eis suaȝ siſitudinẽ:hoc idẽ ẽ ð magnitudie/q̃ accidẽs ẽ bonitatis/durãtiõis ꝛc.ꝛ sic de alijs suo mõ:ista vo accidẽtia sunt in substãtia intra ꝛ in ipa pmanentia:eo qꝛ bonitas/magnitudo ꝛc.lȝ vnuȝ aduenìat alteri accidentaliter/non tñ substãtie/sed formaliter:sunt tñ alia accidẽtia ab ipis iflu xa extra pmanẽtia:qꝛ nõ sunt naturalia/sed moralia:ex qbus hõ moralr habi tuat seipȝ:sicut hõ qui est bon⁹ moraliter bonitate moral'r acqsita/iust⁹p iusticiã acqsitã/magnus p magnitudinẽ acqsitã/grãmatic⁹ p grãmaticã acqsitã:ꝛ sic de alijs pdicamẽtis suo mõ:ꝛ lȝ in hoie pdictas quiditates/ꝛ naturas contractas methaphysic⁹ cõspiciat:obiectiue tñ ptio in artificio nature(de quo sup⁹ dictũ est)eas obiectat:has aũt rerũ formas appellat ideas intelligẽdi ille grauissim⁹ autor magister Plato:easq̃ gigni negat:ꝛ ait semp esse:quid ergo ad Aristo telẽ dicendũ est/qui eas cõfutat:fateor me nihil habere:quo possiȝ ipm saluare sed opinor(vt fieri solet)hoc inuidia quadã factũ esse:credendo sibi famã cõpa rare Platoni detraxit/qð pessimum est:maxime cũ fide ꝛ rõne teneamus ipsas ideas necessario esse/quas methaphysicus abstractiue ꝛ cõcretiue cõsiderat: ab stractiue quidẽ/vt quatuor elemẽta simplicia in eorũ differẽtia/ prout pscindũt a quocunq̃ posteriori:ꝛ ponunt solũ eorum esse/essentiaȝ/naturã/ꝛ quiditateȝ: deinde cõsiderat simili mõ accidẽtia ppria ꝛ spãlia cuiuslibet:cõcretiue vero cõsi derantur in elementatiua seu elemento cõmuni/qð idem est/inquantũ cõcernit ipsa ex quorum essentijs ꝛc.essentia eiusdem elementatiue constat:ꝛ licet ipsa sit materia prima in tertio gradu:ꝛ pura potẽtia respectu formarũ cõtractiuarũ in tali tamen esse a methaphysico minime consideratur:quoniaȝ tunc transiret suas metas:sed talis consideratio est physicalis:vt in superiorib⁹patet:est tamẽ verum ꝙ ipsa materia quiditatiue seu substractiue consideratur a methaphysi co:ac etiam eius potentia seorsum.vnde Aristoteles secundo physicorũ. mate ria non est sua potentia:quia potentia est in genere relationis:materia vero in genere substantie/considerat etiam methaphysicus predictas formalitates ab stractiue ꝛ cõcretiue:abstractiue vt elementatia:nam in se vegetatiuam/sensiti uam/ꝛ imaginatiuã:prout pscindũt a quocũq̃ posteriori continet:cõcretiue ve ro duplici concernentia/interiori essentiali:vcȝ ꝛ conceptionali: essentiali consi derando illa que sunt de essentia ꝛ intellectu cuiuslibet earum:conceptionali ve ro inquantum considerat conceptus intrinsecos/ꝛ quidicos/ videlicet quidita tem/naturam/essentiam/esse/ꝛ singularitatem cuiuslibet:ac etiam seorsum mo dos intrinsecos/ꝛ extrisecos/accidẽtia ppria ꝛ cõia in pprijs coordinatiõibus. considerat etiam vnunquodq̃ eas includens cum proprijs designationibus: vt elementatũ/animatum/sensatum/ꝛ imaginatum non modo in esse specifico/sed etiam determinato:et predicte idee aũ creationẽ mundi/prout ly ante dicit ante cedentiam nature/ꝛ non temporis erãt dignitates dei ab ipso eternaliter o bie ctate:nam ante predictam creationem vidit deus creabilia qualia ꝛ quanta de

bebant esse:in esse tamen ideali idest in mente sua:que quidem idee representantur in predictis generibus et speciebus/que intellectus in imaginatione multiplicat obiectando illa ad extra:et licet predicte idee in deo solum formaliter distinguantur:prout deductum est in secūda figura:tamen identificantur realiter: et solum sunt vna idea:que est deus:et inquantum est deus est de seipsa:et inquantum est creatura/videlicet mundus est similitudo dei/et de pluribus ideis idest vniuersalibus realibus constituta/sub qua subiectiue cōtinentur omnia pdicta elementata/in qua relucent tanꝙ in speculo ratione cōnexionis et illationis eius:ac etiam finis et perfectionis:ideo deus in sua idea omnes predictas ideas et cōtēta sub eis intelligit/et cōprehendit. vnde Aristoteles.xij.metaphysices.deus nihil extra se intelligit:et quia deus est eternus: idee ad extra sunt euiterne/et sempiterne:et quia intellectus metaphysici non quiescit in his ideis:sed in his ad que ordinantur/et in quibus vltimis actibus actuate sunt/ aliter quiesceret in medio/et non in fine:nam vniuersalia seu predicte idee media sunt ad cognoscendum vnumquodqꝫ particulare in se/et absolute:et quamuis in homine finem attingant/de quo superius dictum est:tamen adhuc cupit finem intrinsecum cuiuslibet in se attingere:et sic discurrendo per alia subiecta obiectat vnūquodqꝫ in se iuxta suam considerationem:nam videt leonem animal perfectum in suo genere:aquilam/balenam in dictis spheris existentia et quolibet suam habere propriam formalitatem/qua distinguitur ab alio/proprias qꝫ passiones/et proprietates emanantes a proprijs principijs speciei:ac etiam diuersa accidentia:quibus omnibus venit in noticiam quod quid est cuiuslibet eorum:deinde descendit ad animalia orbata/que ex putrefactione genita sunt:et imaginatiua formalitate carent:vt formica/sardina/musca &c. et causat scientiam Metaphysicalē de quolibet. vlterius descendit ad animata precise.videlicet ad pomum:feniculum/rosam &c.et inuenit in eis (vt in supradictis elementatis) commune:et proprium per propria distiguit:et per communia concordat/considerat enim eorum proprietates/virtutes/et perfectionem ꝯm maioritatem finis esse/et perfectionis:deinde descendit ad mineralia/vez ad aurum/argentum/lapides preciosos/et campestres:considerat etiam in se et absolute tonitruum/chorusc ationes/ventum/pluuiam/niuem &c.demum descendit ad instrumenta moralia/considerando virtutes/quamlibet in sua differentia:et sic discurrit omnia/secundum ꝙ sibi competit:nō transeundo metas suas:tamen diuersis varijsqꝫ modis ipsa entia reducit ad ens vniuersalissimuꝫ/ quod est subiectum adequatum in metaphysica/videlꝫ intense/extense:substantialiter/accidentaliter:seu minus substantialiter:et sic videt quomodo ens tanꝙ metrum et mensura continet omnia/que in esse cognito producere potest:sed cum considerat dicta antiquorum:ita intellectus eius eorum imaginationibꝰ phātasticis inuolutus est:vt ex eis se nō possit euoluere:nec ab ipsis ea que ipse solus et purus contemplari debet/valeat discernere:habet enim Aristoteles primo Metaphysices/ꝙ sapientia idest metaphysica est scientia primarū et altissimarum causarum:et ꝙ oportet sapientē idest metaphysicum scire omnia

in vniuersali: et scire difficillima: et habere scientiam certiorem: et scire reddere causas ipsorum que scit: et habere scientiam/que subordinet alias sciētias sub seruientes: et habere scientiam/que sui ipsius sit causa/et nō alterius: ꝛ in .vj. metaphysices ponit ens esse subiectum in metaphysica/inquātum ens: et ī quarto/ꝙ nihil est quod possit effugere rationem entis: habet etiam ꝙ substantie separate maxime considerātur in metaphysica: immo ipsa principaliter tractat de ipsis. Ex alio latere habet in secundo Metaphysices ꝙ sicut se habet oculus nicticoracis ad lumen diei: vel vespertilionis ad lumē solis: ita intellectus noster ad ea que sunt manifestissima in omni natura: sicut sunt substantie separate: et in de sensu et sensato/ꝙ nihil est ī intellectu/ quin prius fuerit sub sensu: sed substantie separate non cadunt sub sensu: ergo non sunt a nobis intelligibiles: ergo frustra eas ponit esse tractabiles a metaphysico/maxime cum in quarto Ethicorum probet felicitatem hominis consistere in speculatione veritatis: et habet ibidem: quod sapiens vtiqꝫ est felicissimus: et quod sapientia est circa altissimas causas: et tamen certum est: quod felicitas que ponitur ab Aristotele haberi potest in hac vita: vt patet ex duodecimo Ethicorum / vbi inquit/quare erit vtiqꝫ felicitas speculatio quedam: opus autem erit in exteriori prosperitate: et oportet corpus sanum esse / et reliquum famulatum existere ꝛc. et cum ad felicitatem peruenire non sit impossibile ipsi homini: quoniā ponitur proprius finis: et frustra poneretur: immo vt in secundo Metaphysices nullus conabitur ad terminum non futurus venire: et cum ipse phūs dicat in primo Metaphysices. ꝙ omnes homines natura scire desiderant: sed maxime (vt in eodē) sciētia est circa maxime scibilia: cuiusmodi sunt pme cause: que sunt substantie separate: ergo scientia primarum causarum maxime naturaliter desideratur ab homine: sed desiderium naturale nō est ad impossibile: ex primo metaphysices: quia alias esset frustra: ergo impossibile est scientiam habere (pro isto statu) de substantijs separatis: et per consequens frustra eas a Metaphysico considerari ponitur: et sic homo in via aristotelica seu peripatheticorum est vt viator in deserto: nesciens quorsum tendat: artista tamen huius artis viam amplam et spaciosam inuenit: prout ex ipsa arte videri potest/ considerando naturam hominis/proprietates /et finem eius: nam creatus est/vt discernat inter bonum /ꝛ malum: et eligat bonum: fugiatqꝫ malum: aliter rationalis nō esset: et quanto bonum et verum maius est: tanto magis intelligibile et diligibile est: et cum deus (vt vult theologus) creauerit hominem ad se: et propter se/ vt ab eo intelligeretur /et amaretur: dedit ergo ei potestatem ad talem finem: aliter frustra ipsum creasset ad illum: et sic videtur ꝙ homo habeat a natura necessaria ad intelligendum hunc finem: sicut probari potest a simili de stellis: de quibus dicitur secundo celi et mundi/ꝙ si stelle per se moueri possent/natura dedisset eis instrumenta et organa ad motum. Item videtur ad mentem Aristotelis/ꝙ Metaphysica sit scientia practica ꝛ non speculatiua: ex eo/ꝙ ordinatur ad bonum moris: ideo enim est/ vt boni fiamus. Item ordinare est actus scientie practice: sed Metaphysica ordinat omnes alias: vt habetur primo Me

taphysices:ergo &c.tamen oppositum de facto tenet in eodem. ¶ Pro declaratione huius materie est notandum/ q̄ sm communem opinionem scientia practica/et speculatiua distinguuntur inter se:nā speculatiua ordinatur solum ad scire:& ad veritatē absolute:vt ex secūdo Metaphysices habet:practica v̄o ordinat ad opus:et praxis est alteri⁹ potētie ab itellectu/vcȝ volūtatis:et sic intellectus extensiōe fit practic⁹:vt vult Aristotdes:et extēdit extra se:put ad volūtatē ordinatur:exemplū de his oib⁹.attingit intellect⁹ sanitatē esse bonū cōueniēs et in tali attinctione siue sit diuisiuus:siue cōpositiu⁹ semp est speculatiu⁹: deinde dictat ipm bonū esse ꝓsequēdū:et sic dicitur dictatiuus:& inestigat p quem modū acquiri pōt:aut per assumptione alicui⁹ medicine:aut p ambulationē &c. et sic est inuestigatiu⁹:et partim practicus:vltimate sententiat id qd sumi dȝ:& sic ē iudicatiuus:seu cōsiliatiuus/ostendēdo volūtati qd eligēdū sit/vt sanitas acqri possit:et si dictat,/ q̄ acquirēda sit per ambulationem:ergo ambulandū est:et sic est simpliciter practic⁹:qm̄ circa ꝯclusionē fit intellect⁹ practic⁹/act⁹ tm̄ elicit⁹ a volūtate est praxis:prout est cōformis rationi recte:et sic est posterior intellectione. Ex quib⁹ ptȝ: q̄ act⁹ q ordinant ad eādem potentiā nō sunt practici:sed speculatiui:et sic patet quid dicendum sit ad predictas autoritates. Est tamen difficultas/vtrum scientia practica ex ordinatione ad finem/qui est praxis vel ex ordinatione ad subiectum sortiatur suum esse practicum:et quibusdam videtur q̄ ex ordine ad finem:alijs vero ex ordine ad subiectum. Dimissis opinionibus veniamus ad veritatem necessariam:nam certum est/ q̄ vnaqueqȝ scientia suū nomen capit a subiecto/a quo habet effectiue esse:et quia duplex est subiectum/ absolutum videlicet/et ordinatum:et sic omnis scientia habita de subiecto absoluto est scientia speculatiua:eo quia non est nisi propter se consideratum tantum:vt sit eius veritas:vt in prefato exēplo de sanitate in se cōsiderata/prout est bonum conueniens /tunc intellectus non habet aliuȝ respectum:sed illud obiectum ordinatum ad actum rectum et liberum voluntatis ratione ordinationis ad opus est id a quo sciētia dicitur practica/seu habet suum esse practicum:vt est id quo sanitas acquiritur/vel conseruatur:et sic patet/ q̄ nō simpliciter praticum sortitur ex subiecto in se:sed etiam ex eius ordinatione/ quod non est sic de speculatiuo:oritur alia difficultas:vtrum speculatiuum et practicum sint differentie essentiales scientie in communi:et dicitur breuiter q̄ non:et ratio est:quia scientia in communi non dicit nisi quandam vnitatem conuenientie:nam quemadmodū non est dāda domus p̄ter hāc vel illā:vt inquit Aristoteles scdo de aīa:sic nec sciā p̄ter speculatiuā vel practicā:& sic tm̄ dicit vnitatē ꝯuenientie/et non realem contrahibilem:et antecedentem ad scientiam practicam/et speculatiuam:cum omnis scientia sit practica/aut speculatiua:nam si daretur:aut esset effectiue a subiecto absoluto:vel ordinato(vt dictum est)si a subiecto absoluto:ergo est speculatiua:si ab ordinato /est practica:ideo vnaqueqȝ earum ab eo a quo habet esse capit suam differentiam:cum sit forma et qualitas simplex. Dubitatur adhuc/vtrum diuisio trimembris scientie speculatiue/quā ponit Aristoteles.vj.Metaphysices.vcȝ in physicā/metaphysicā

et mathematicam/sit conueniens. Ex predictis videri potest/quid de questione tenendum sit: nam ex diffinitione scientie speculatiue tenem⁹/ꝙ ē ab obiecto ab soluto nato producere talem notitiam/seu scientiam: et ex diffinitione practice ꝙ tale obiectum sit ordinatum ad finem/vcȝ ad praxim natum regulari a potētia alia ab intellectu/vcȝ a voluntate cōformi rōni: ꝛ cū oīs creatura ordinata sit ad hominem/tanꝙ ad finem/cui electio debetur: ergo videtur ꝙ omnis scientia habita de creaturis licet primo speculatiua / tamen consecutiue pratica haberi potest: ꝛ hoc patet discurrendo per omnia/ꝛ primo secundum Hugonem/theologia est speculatiua inquantū in se/ꝛ absolute consideraẜ/ꝛest practica inquātū ad actum adhesionis humane voluntatis ordinatur. iuxta illud. scripta sunt/vt credatis. Jo. vigesimo. sic et de angelis: qui substantie spirituales dicuntur absolute: sed quia multa bona nobis ex eorum officio (diuina prouidentia) et ordinatione prouenit: iccirco eis obtemperandum est: naturalia omnia ad vsum hominis fuisse creata nemo dubitat: vt clare patet in omnibus: que natura producit. de mathematicis etiam dubium esse non debet: minus de moralibus: sic finaliter concludendo ab vno et eodem diuersis tamen respectibus haberi potest scientia speculatiua/et practica/ ꝛ ne mirum / si Aristoteles predictas scientias posuerit speculatiuas: cum dicat in quarto ethicorum felicitatem hominis cōsistere in speculatione veritatis: et maxime circa altissimas causas/que quidem haberi potest in via secundum eius mentem: quod falsissimum est secundum rei veritatem: loquendo vero de vera felicitate/que non modo consistit in actu intellectus /sed etiam voluntatis: acquiriturꝗ ex pluribus actibus elicitis a voluntate: prout conformes sunt rationi recte: innumerabilia posuit ipse Aristoteles in sua Methaphysica: que non sunt methaphysicalia/sed potius physicalia mathematica/logicalia/moralia/vt talia: nam licet methaphysicus versetur circa omnia: tamen suam propriam habet considerationem ab aliis: vt patet ex superioribus cuilibet bene intuenti.

De theologica cōsideratiōe ꝛ ei⁹ subiecto.



Consideratio theologica pretereunda non est: licet ex superioribus elici possit: tamen p maiori eius euidentia specialiter de ea dicenda sunt. et primo de eius subiecto: deinde de omnibus que virtualiter in se continet est enim subiectum in theologia deus sub ratione vnitatis essentialis/ꝛ trinitatis personalis: et quia de ratione subiecti est continere omnes veritates illius habitus: et ratio est: quia aliter non esset subiectū adequatum tali habitui/si non esset natum dare euidentiam omnium illius habitus/si ipsum subiectum cognosceretur: nec quietaret intellectum quo ad talē habitum: immo quocunꝗ illius habitus intellecto/adhuc appeteret aliud intelligere: ꝛ sic esset processus ī infinitum: nec etiam omnia considerata in illa scientia reductionem habere possent ad tale subiectum adequatum: continet ergo qōlibet subiectum adequatum virtualiter omnes veritates illius habitus: vt patebit de predicto subiecto theologie in sequenti discursu. Pro cuius euidentia est notandum/ꝙ continere virtualiter nil aliud est/ꝙ posse aliquid producere

De duplici ꝯtinentia virtuali.

in esse reali/vel cognito.exemplum primi.materia prima virtualiter cōtinet in se omnes species generabiles/ꝛ corruptibiles(dempta tamen natura humana/ quam nisi quo ad alteram eius partem videlicet corpus non continet)quas species producere potest:vt patet de lapide/asino/leone/ꝛc.Continere vero virtualiter in esse cognito est posse cognoscere omnes veritates illius habitus cognito eius subiecto adequato:quod deduci potest hoc modo:nam secundum Aristotelem primo Posteriorum/tria in omni demonstratione sunt necessaria:quorū vnum est quod demonstratur/scilicet conclusio.aliud est dignitas. dignitates sunt ex quibus fit demonstratio.tertium est subiectum ꝛ eius passiones: ꝛ licet omnes scientie secundum cōmunia principia communicent(vt ab Aristotele habetur in eodem)tamen cuiuslibet scientie propria principia sunt:et talia dicuntur dignitates:que per se fidem faciunt:vt Aristoteles tertio methaphysices.omnes demonstratiue scientie dignitatibus vtuntur:et in eodem. vniuersaliter et maxime omnium principia sunt dignitates/et principijs nihil notius est in veritate/ex primo posteriorum: nam secundum cōmentatorem tertio de anima: prima principia solo lumine intellect⁹ cognoscuntur:vnde ex primo posteriorū principia cognoscimus/inquantum terminos cognoscimus. Considerant in theologia sicut ꝛ in alijs principia per se nota:et sunt in duplici differentia: quedam sunt incomplexa/et quedam complexa. Incomplexa sunt bonitas suprema/magnitudo infinita ꝛc.complexa vero sunt propositiones immediate/quas subiectum theologie continet in se:eo quia recipit predicationem a quolibet supradictorum:vt visum est in prima figura:et sic continēt euidentiam omnium predictarum propositionum:et propositiones continēt conclusiones:ergo subiectum propositionum immediatarum continet omnes veritates illius habitus/aliter nō esset causa adequata/nisi contineret virtualiter totum effectum sed subiectum adequatum est causa partialis effectiua habitus: ergo ꝛc. vnde Aristoteles primo Posteriorum/non solum necesse est precognoscere prima principia/aut nomina:aut quedam/aut conclusionem:sed magis propter quod vnumquodqꝫ tale et ipsum magis: vt propter quod amamus rem/illud est magis amatum:et omnia posteriora scimus per prima:ergo illa magis scimus ex quibus patet prima principia quadaꝫ illatione et necessitate illa inferre:que virtualiter in se continent:vt patet in sequenti discursu.¶Predictis principijs theologie positis/de necessitate sine medio ponitur emanatio personarum in eadem essentia:aliter predicta principia essent frustra/vacua/et carentiā fine: qđ est ip⁊ ssibile:ergo est bonitas rō bono/vt ꝑducat bonū: ꝛ magnitudo magnuꝫ/infinitum/et sic de alijs.Secundum predicta principia productiua:videlicet intellectum/ꝛ voluntatem:et dato supremo bono et infinito in omni perfectione/datur de necessitate congruente bonum finitum/et limitatum ex eo: quia bonum suīpsius est diffusiuum(teste Dionysio)ac etiam propter alias causas alibi positas:et quia nullo pacto fieri potest aliquid ratiōabiliter ab aliquo/nisi in facientis ratione sit aliquid rei faciende/videlicet similitudo/seu regula(vt deductuꝫ est in tertia figura)ideo deus vt verus artifex ad similitudinē

De principijs per se notis.

De necessaria inferētia ex principijs.

sui(cum nihil esset ad extra)debuit mundum producere:debuit etiam mundū ornatum /et perfectum creare:aliter maior esset mundus in recipiēdo / deus in dando: esset contra eius perfectionem:nam vnaqueque causa exaltat suū effectum/quantum potest:et ad maiorem finem/ potest ipsum ordinat: cum deus sit causa perfectissima/mundum perfectissime creauit: cuius perfectio et ornatus ex tribus consistit naturis/spirituali videlicet/corporali/et mixta/et in primis naturam angelicam debuit creare:vt immediate posset intelligi : amari a creatura mundi: ipsa deo frui:et sic fuit talis natura deo coniuncta: istud dicit perfectionem/aliter in illo interuallo esset ignorātia/fragilitas/otyositas/ et vacuitas:debuit etiam creare corporalem substantiam/aliter angelus nō habuisset locum/in quo posset esse/et moueri:quia non posset intense in essentia sua ab alio angelo penetrari ratione similitudinis nature.Itē nō potest habere motum per nihil:fuit ergo necessarium creare naturam corporalem totam/seruando ordinem nature vsq ad hominem/ quem vltimate creauit: ex eo / quia constat ex duabus supradictis naturis/videlicet spirituali / et corporali: quas presupponit quo ad suum esse:et sic homo est omnia participās naturam omnium:cuius esse est necessarium:aliter quicqmd datum esset per creationem/defectuosum esset/et carens fine:cum mediante homine omnia in deo finem attingant: vt superius probatum est:et sic de alijs successiue que in theologia considerantur:tamen quia in his que remotissima sunt non modo a sensibus /verum ab imaginatione duplicatis rationibus/et demonstrationibus non causatur minor notitia:iccirco de eisdem diuinis ad mentem doctoris nostri sequendo eius artem vlterius aliqua dicemus:et ad maiorem eorum euidentiam alique regule premittende sunt:quarū prima est/videlicet de A.est semper concludendum id per quod ipsum A.appareat esse in omnibus conditionibus suis:per quod dignitates eius in existere et agere appareant excellentius esse summe: ratio autem huius regule firmatur:q cū sit summū ens : summas habeat pfectiōes cōcordat magis ei magnitudo huic qd maius est/nō aūt huic qd minus est explanatio quidē hui regule in multis locis in arte habet.

De regulis in theologia cōsideratis/ primo de prīa.

De scd̄a regula.

Scd̄a regula.aliqua dignitas A. marie de qua querit prio absolute/ simpliciter assumēda est:post modū cū qualibet alia cōbināda / cōbinata ad ppositū applicāda/explanatio hui regule est hec.sumat diuina potestas/p se pōt oia:addat bonitati /magnitudini rc.nō pōt cōtra bonitatē/magnitudinē rc. nec bonitas/magnitudo rc. ɔtra potestatē: sic nō pōt cōtra hoc qd sapiētia scit fieri/vel nō fieri:nec sapiētia cogere/nec restringere libertatē potestatis sue:nec ecōtrario/ sic de alijs / ratio aūt hui ē:nā oēs dignitates sunt vnū idē numero: qlibet id qd oēs: oēs id qd qlibet.hec regula est valde necessaria in his/que de deo dicunt.

De tertia regula.

Tertia regula. Cū locutio sit de A.distīguēdū est īter ɔdictionē/ ɔdictionē/ɔueniēs ɔueniēs/ ad ipm A. ad nos/ quo ad realitatē/ rōnē:et hec est ratio:q aliqd qñq videt cadere in cōtradictionē/quo ad A.qd cadit in cōtradictionē quo ad nos/nō tn̄ quo ad ipm A.sicut pdestinatio liberū arbitriū / que cōtradictorie se habent quo ad nostrā rationē:nō autem quo ad rem/agente A.de pfectioni

bus suis in nobis rõne sue pfecte sapientie z iusticie .contradictio vero quo ad deũ/z quo ad eos vez quo ad rem z rõnem est deũ esse simpliciter bonũ/z non bonũ/magnũ/z nõ magnũ zc.inconueniẽs quidẽ:qz ipe magis bon⁹ existendo / ꝙ agẽdo/vel ecõtrario:vl' ꝙ ipse existẽs bonus malũ i esse pducat:vel ipe immẽsus creaturaz producat imensam:vel ipse eternus eternã:vel ꝙ ipse oipotens creaturã pcreet oimode ipotẽtẽ:et sic de alijs.rõ hui⁹ ẽ:qz pfectiões cõcordãt oimode sũmitati:z idẽtificanł oib⁹ modis q̃ ad realitatẽ:z sic ipossibile est accidẽs eẽ i deo minoritatẽ/z defectũ.Quarta regula.nos qdẽ de ipsis dignitatib⁹ A.ratiocinãtes ex hoc excellẽti⁹ attigim⁹ eas q̃ ad existere/z agere:z itellect⁹/volũtas z memoria altius ascendunt ad diuina supposita cõtẽplãda:z rõnes eorũ i nobis alti⁹ clucescũt.explanatio autem huius regule est hec.bonitas est id qđ est:z bonificat ratiõe sui /z rõne magnitudinis/z rõne eternitatis/z sic de alijs. ¶ Quinta regula/in A.cõcludendũ est p equiparantiã pter quid:z qz p equiparantiã quidem miscendo dignitatẽ cũ dignitate/vt tantũ sit in existere z agere bonitati:z in oibus cõditionib⁹ ei⁹ magnitudo quantũ ipsamet bonitas:z ecõtrario: z hoc idẽ dicendũ est de alijs: pter quid vero sicut pter bonitatẽ suam opz deũ esse bonũ:non tñ in aliquo gñe cause:vt sane intelligał:cũ bonitas licet sit rõ formalis boni/non aũt causa:z sic pter magnitudinẽ sue bonitatis/ opz ipm bonũ bonificare bonificatũ suũ/z sic de alijs dignitatib⁹:propter quas seu rõne quarum supposita diuina sunt.est tñ attẽdẽdũ/ꝙ pter qd/zqz nõ sunt in deo realiter:cũ inter dignitates suas in existere z agere z in oib⁹ cõditionib⁹ sit equalitas:verũ tñ qz in A.sunt quedã nobis magis nota:quedã vero min⁹:lz sint equalia realiter scđm rõnẽ nřam attingit intellectus in A.p aliquid sibi notũ aliqd qđ prius erat ignotũ:z sic affirmam⁹z negam⁹/in A.pter qd:zqz vt qcqd est bonũ p bonitatẽ est bonũ:sz de⁹ est bonus:ergo pter bonitatẽ aut rõne bonitatis:qđ idẽ est realr:z talis demõstratio est pter qd.demostratio qz est qñ abstractũ demõstrał p suũ cõcretũ:vt bonũ est:ergo bonitas:z he demonstratiões nõ sunt (vt p dixi)in aliquo gñe cause:sed quodãmodo ad instar sumunł:sunt tñ vere. ¶ Sexta regula est/ꝙ si forte sint aliq termini/q explicite nõ sint in arte:z verificenł de A.applicãdi sunt ad explicitos:cũ qbus maiorẽ habẽt cõformitatẽ:sicut grã ad volũtatẽ:z libertas ad potestatẽ:cuius pprietas in deo est nõ posse cogi:z sanctitas ad bonitatẽ:z benignitas ad ṽtutẽ/z sic de alijs:vt ptz p regulã applicationis:z si termini sint oppositi/applicenł terminis qb⁹ opponũł:vt malicia bõitati/paruitas magnitudini:z sic gñaliter de alijs in oib⁹ figuris:cũ oppositorũ eadẽ sit disciplina:z si nullũ oppositorũ est in arte:ad qđ principiũ vnũ illorũ applicabile est/z reliquũ:vt coactio cõtra libertatẽ est:applicet ad illud principiuz ad qđ applicał libertas:z sic de alijs:vt ingratitudo ad grãm:z apostasia vel pfanitas ꝯtra sanctitatẽ est:ad eã applicet rõ hui⁹ regule est:vt quocũqz mõ fiat q̃stio/possit directe aut indirecte ad terminos huius artis applicari:z si respondẽs vult respondere priuatiue/dando instantias:aut oppositiones per impossibil /aut inconueniens concludere in destruendo illud vniuersale cuius est particulare: de quo sit questio/poterit vterqz scđm predictã artem:habet autẽ fieri

De quarta regula.

De quinta regula.

De sexta regula.

vniuersalis distinctio: quādo priuantur vniuersales rerum cōditiones: & ppriestates: vez qn̄ opposita vniuersalia affirmā &c idē. ¶ Septia regula/ aduertēdū ē quomodo principia T. id est secūde figure & eoꝝ conditiōes ex principijs & conditionibus assumuntur: nam creatura sumitur/ et consideratur quantum ad existere A. & p ductionem suam intrinsecam/ quam habet producendo suum simile: et operatio creature ab operatione A. et differentia seu distinctio a distinctione quaꝫ habet: et concordantia A. a cōcordātia eius: et contrarietas a dissimilitudine eius: et principium de principio illius existente deo patre principio dei filij/ & pr̄e/ et filio pricipio spūs sancti/ et tota trinitate seu deitate principiante omne creatum/ et medium a medio/ quod est spiritussanctus: qui est neruus amoris patris et filij: et finis a supremo fine: qui est ipsum A. quātum ad existere/ et agere suum: et maioritatis a magnitudine A. et equalitatis ab equalitate eiusdem: et minoritatis a dissimilitudine illius: et affirmatio: quia A. est summum ens: et negatio: quia A. non est lapis: itaqꝫ cognoscuntur principia T. per A. et econuerso. ¶ Octaua regula. Concludendum est de A. et effectu eius id p quod ipse effectus est magis similis ipsi A. et p qō similitudines dignitatuꝫ sunt in effectu maiores: ratio autem hui⁹ est: quia remota omni imperfectione: et addita omnimoda perfectione illud in A. quod est in effectu/ per quod quidem effectus principaliter est nobilior/ aliter non esset in esse id quod recta ratione; sed quod potius posset ab omnibus considerari: quod est impossibile: explanatio huius regule patet per explanationem prime regule. ¶ His sic exquisitis/ veniamus ad fundamentalem punctū primo in theologia consideratum: qui est essentia diuina: nam ipsa (teste Damasceno) est infinite substantie: pelagus infinitū et interminatum: de cuius conditione est esse ipsamet vitam viuentem habentē in se viuere/ viuificabile/ et viuificatum: vt ipsa ratione viuendi sit in magnitudine vite: in qua non posset esse/ nisi esset conditionata/ sicut dictum est: nam ipsa essentia diuina hanc habet conditionem: videlicet ꝙ ipsa est ipsamet infinita bonitas/ magnitudo/ eternitas &c. vt in prima figura patet: et Damascenus in primo. essentia diuina est ens commune. plenum omnium diuinarum perfectionum: de conditione etiam ipsius essentie diuine est: ꝙ sit actu ratione emanationis/ et sui/ habens in se bonificantem/ bonificabilē/ bonificare/ bonificatū/ magnificantem/ magnificabile magnificare/ et magnificatum: et sic de alijs: quoniam nisi ipsa essentia secundum istas conditiōes haberet esse/ eius quidem existentia siue subsistentia esset defectiua in existēdo bona/ magna &c. vnde Augustinus .iij. de trinitate. ois res a se subsistit: quāto magis deus: q subsistere formaliter perfectissimum dicit esse: et existere dicit essentiam et incommunicabilitatem. Conditionata est etiam ipsa diuina essentia ratione relationis actuum dignitatum: sicut bonitas ratione bonificantis est relata esse communis bonificanti/ et bonificato: ita ꝙ bonificans et bonificatum relatiue se habent in bonitate/ magnitudine &c. Augustinus quinto de trinitate. quod relatiue dicitur/ non substantiam/ vel essentiam: sed producentem et productum dicit: ipsa tamen diuina essentia ratione bonificantis/ et ratione bonificati/ ac magnifi-

De septima regula.

De octaua regula.

De conditionibus essentie diuine.

cantis/⁊ magnificati ⁊c.conditiones habet relatiuas:quod est/vt ipsa essentia sit sub bonificante ⁊ bonificato relatiue:ipsa essentia bonitatis que est ipsamet essentia bonificantis/bonificati/⁊ bonificare ⁊c.existente subiecto ipsius relationis:ita ꝙ essentia/bonitas/bonificās/bonificatū/⁊ bōificare sūt idē ī eadē essentia:⁊ differunt inter se:ex eo/quia bonificatum est a bonificante per generationem:et nulla res gignit seipsaꝫ. Augustinus in primo de trinitate.⁊ cum quicquid est in essentia diuina sit immensum/et eternum:impossibilis est in ea ordo primi/⁊ secundi/seu maioris/⁊ minoris:sed quoniam in ipsa est in distinctione omnimoda equalitas/finis ratione huius est ordo in ipsa dei essentia : nam aliter posset habere conditiones suas in magnitudine bonitatis/⁊c. nec in ipsa essentia bonificans ordinate se haberet ad suū bonificatuꝫ:nec esset cum eo vna ⁊ eadem essentia /vna bonitas ⁊c.quod est impossibile : ac etiam bonificans/ magnificans ⁊c.non possent esse vnum suppositum:neqꝫ bonificatum/ magnificatum ⁊c.aliud suppositum /nec remanerent in eadem essentia equalitatis /bonitatis ⁊c.vnde Ambrosius in libro de trinitate.impossibile est generatiōis scire secretum:mens deficit:vox silet:sed per originem generationis et spirationis trinitatis in diuinis personis distinguitur:nam ens fundat originem actiuam et origo fundat originis prioritatem:igitur ens prius denominatiue originans est:et noticia originata ab obiecto primario est posterior origine illo.item Augustinus decimoquinto de trinitate . pater est prior filio origine:igitur deus pater in se nouit omnia:nouit et in filio tanꝙ in seipso : ergo pater vt est prior filio origine / nouit seipsum : non tamen per memoriam siue actu primo : sed per intelligentiam siue actu secundo diuina essentia ratione sui non est conditionata agere:cum sit communis bonificanti ⁊ bonificato /producenti et producto.Augustinus primo de trinitate.actio non potest esse nisi suppositi existentis:quia agere presupponit existere:in ratione autem productiui qui est ipsa essentia/est ipsa essentia actiua.vnde Augustinus septimo de trinitate.deꝰ vna est sapientia:quia vna est essentia:et sic est sapientia de sapientia/sicut essentia :quia pater/filius/⁊ spiritussanctus vna sunt essentia:et sic est actiua/inquātum actiuus/qui est ipsa essentia de suamet essentia agit/siue producit suuꝫ producibile:non est productus passiuus: quia de tota essentia actiui producitur: nec habet aliquid essentialiter/preter id quod habet a producente: nec producens dare potest ei/nisi id quod habet : habet autem puram actionem:sine passione:cum ipse sit pura actio sine passione:siue forma pura sine materia.Augustinus primo de trinitate .Si pater est omnipotens/filium gignere potest :ergo filius omnipotens potest esse genitus:licet secundum modum grammaticalem generari significet passionem:tamen in ipsa eterna generatione passio locum habere non potest /nisi large ⁊ methaphorice sumatur/non corruptiua/sed perfectiua:et hoc modo ipsa essentia cōsistit actiua in ratiōe actiui idest patris/⁊ agibilis.i.filij remota ab omni passione/secundū conditiones essentie diuine:vt in prima figura/et conditiones triangulorum T.vt in secunda figura inquirimꝰ supposita indiuidua isto modo essentia diuina vna est/et indiuisibilis : cum sit

De prioritate originis.

De suppositis diuinis.

immensa in vnitate bonitatis/magnitudinis &c.habetq; in se intrinsecam operationē:vt sit magne bonitatis/magnitudinis &c.habet ergo ipsa essentia in se operatiuū/ & operabilem alium ab operatiuo ratione operatiuitatis/ & operabilitatis :vt operatio sit magis in vnitate essentie/et in bonitate &c.hec autem omnia esse non possunt/nisi operatiuus sit vnus per se subsistens/scilicet vnum suppositū:et operabilis ali⁹ p se subsistēs aliud suppositū īmense distincti:& immensa concordantia bonitatis/& magnitudinis &c.et essentie:ita q totus operabilis producatur de tota essentia operatiui:et sit tota ipsa essentia ipsius operatiui in ratione operabilis:et totus operatiuus ipsa tota essentia operabilis in ratione operatiui: q si non/ otyositas vtiq; est in magnitudine vnitatis/ bonitatis &c.ipsius essentie/quod est impossibile:et licet operatiuus sit in eadē essentia idem cum operabili:tamen operatiuitas non est formaliter operabilitas ratione cuius operabile distinguitur realiter ab operante.

De diā et cōcordātia i diuinis.

In diuina essentia est concordantia actuum dignitatum:vt ipsi actus sint in magnitudine bonitatis &c.nam sine concordantiā suorum actuum essent ipse dignitates in minoritate bonitatis &c.hāc afit cōcordātiā op; esse i maiori bonitate &c.q̄ possit eē:vt magnitudo bonitatis &c. nō deficiat maioritati ꝯcordātie/nec; minoritati remoti ðisseu distātie a cōtrarietate:sed cōcordātia impossibilis est sine distinctione sine substantiali/sine accidentali:accidentalis quidē non potest esse in ipsa essentia:restat igitur q est in ea substantialis ratione suppositorum: ergo in ipsa essentia est distinctio in concordantia aliquorū:quam si quidem distinctionem oportet esse tantam:sicut concordantiam/& econtrario.vnde ex hoc manifestum est/q in ipsa dei essentia est aliquis concordanter distinctus ab aliquo: vē; aliquis per se subsistens distinctus ab aliquo per se subsistente: hec autem sunt supposita /que inuestigamus:& quoniam nō est nisi vna diuina essentia ratione sui indistingui bilis:et in ipsa essentia est immensitas/ et eternitas ratione quarum nihil est in ea maius/aut minus: oportet q vnum suppositorum ipsorum sit ipsa tota diuina essentia infinita ipsis existentibus infinite distinctis/& concordantibus:dum intellectus & memoria conditiones essentie dei in prima figura & in triangulo rubeo in secunda conspiciunt/ inueniunt in ipsa essentia vltimum finem summum in bonitate/ magnitudine &c. nam aliter dei bonitas non se haberet ad bonum :& sic de aliis :& sic bonitas &c.carens fine esset defectiua :quod est impossibile:est ergo in ipsa essentia finis:ergo et in ipsa principium:nam sine principio non esset in essentia finis:ipsa cum bonitas &c. non se possent habere ad finem sine principio:ergo in ipsa essentia est principiū ergo &c.in eadem essentia est medium:cum de conditionibus principii/et finis sit principium per medium ad finem se habere:nec tamen sunt in ea ratione temporis/loci/quantitatis & huiusmodi:sed potius principium/medium/& finis pertinentia ad conditiones ipsius essentie/& dignitatum suarum: sine quibus scilicet in principio/medio/et fine esset priuatio finis in bonitate &c. ipsius essentie:quod est impossibile:ergo &c.sed de conditionibus principii est / q principiatiuus/coniunctiuus/principiabilis cōiungibilis sint in ipsa essentia:qui se habentes ad finem sunt ipse finis:quia sine fine principium in diuina essentia

De fine in diuinis ꝯside rato/ qabsq; principio et medio neqt esse.

non haberet istas conditiones suas: et sine istis conditionibus esset in ea priuatio finis: quod est impossibile: cum autem finis in ea immensus in bonitate &c. sit: oportet quod principiatiuus/coniunctiuus/et principiabilis coniungibilis sint supposita distincta: et concordantia in magnitudine bonitatis/alioquin deficeret ipsi fini magnitudo bonitatis/eternitatis &c. quod est impossibile. in diuina essentia est equalitas habente ipsa essentia in se supposita equalia: quia nisi sit in ea equalitas/non esset ab inequalitate tantum distans: nec inter bonificare/magnificare &c. esset equalitas priuatione cuius sequeretur inter ipsos actus inequalitas seu priuatio finis concordantie/et operationis: quod est impossibile: est ergo in ipsa essentia dei equalitas: et hec est substantialis/non autem accidentalis: ne ipsa equalitas sit in ea in priuatione bonitatis/magnitudinis &c. sed ipsa equalitas maior est in ipsa dei essentia/si est suppositorum: minor vero si non est: quod per se patet: ergo &c. ac etiam conditionis maioris equalitatis est quod diuina essentia ex quo in ipsa est coequare: vt suum coequatiuum sit per se subsistens/scilicet suppositum in ratione coequantis et coequabilis eius: et per consequens sit alterum suppositum per se subsistens in ratione coequati: cum ipsa equalitas sit substantialis: quia si non/maioritas equalitatis non posset ipsam equalitatem extollere vsque ad substantialitatem: quod est impossibile: ergo in essentia dei coequatiuus est suppositum existens per se substantialiter/coequans sibi suum coequabilem substantialiter/ipso coequato permanente cum ipso coequante eadem substantia/sicut eadem essentia: cum totus ipse coequans de toto seipso scilicet de tota suamet essentia siue substantia ipsum esse coequatum suum sibi coequet: de alio quidem non potest: cum nihil extra se immensum et eternum sit/affirmabile est secundum conditiones diuine essentie/quod sunt supposita plura in eadem essentia/seu natura. De equalitate diuinis.



Hunc videndum est de proprietatibus personalibus in diuinis per eandem figuram de T. proprietates/seu notiones in diuinis sunt paternitas/filiatio/et processio / vel spiratio: et dicuntur proprietates: inquantum soli illi cui attribuuntur /conueniunt: et notiones de noscor/ris: quia relatiua per eas seorsum cognoscuntur. ¶ Est tamen difficultas/vtrum persone indiuinis constituantur relationibus/aut proprietatibus: aliqui asserunt eas constitui relationibus: alij vero contradicentes proprietatibus: et licet contrariari videantur: tamen talis contrarietas solum est verbalis: nam relatio in diuinis est propria illi cuius est relatio vt paternitas patri: filiatio filio: et spiratio passiua spiritui sancto: est enim proprium id quod vni soli conuenit: vt in proposito: et illud idem quod proprium cuiuslibet persone est ad aliud refertur: vel est id (vt proprie loquar) quo vnum ad aliud refertur. est tamen differentia inter notiones personarum/et notiones personales: nam personales sunt constituentes personas/sicut paternitas/filiatio/et spirabilitas: et notiones personarum sunt que non constituunt supposita/sicut sunt innascibilitas/et spiratiuitas communis: vnde beatus Augustinus De notionibus seu proprietatibus personalibus.

v. de trinitate modo est hoc dicere ingenitum: quod est dicere patrem: quia et si filium non genuisset/ nihil ipsum esse ingenitum prohiberet. et Damascenus. ingenitus et innascibilis nō significant substantiam: sed modum existentie patris/ in primo/ capitulo octavo. operatio generationis in creaturis figurat generationē eternam in diuinis: nam homo pater quantum potest/ et quantum de se est/ generat alium hominem filium sibi equalē spē et natura: sed multo maior esset hec operatio: et pater maiorem haberet conditionem patris: et filius filii: si homo pater de tota suamet essentia pduceret filium absq; alicuius alteri⁹ nature auxilio sibi equalem in omnibus conditionibus humanitatis: vz q; homo pater totam suam essentiam generatiue cōmunicaret in filiuz hominem sine diminutione essentie ipsius hominis patris: et hoc semper q̄diu ipse pater sit pater/ et filius fili⁹ sit: vt tota essentia patris vt patris esset tota essentia filii vt filii: et econtrario: et sic si pater esset in toto filio: et econuerso influeretur/ siue resultaret ab vtroq; quedam vnio/ siue vnitatis operatio: per quam impossibile esset essentiam patris alienari in filium/ et econuerso: et si hec vnio siue vnitatis operatio esset homo vna cum ipsis/ tanto ipsa generatio maior esset: q: magis impossibile esset substantiam patris alienari in filium et econuerso: hec autem operatio generationis humane non est sic: quia id qd̄ est de essentia patris alienatur in filium propter accidentia humane nature: quoniam igitur ita est: q; in diuina essentia sunt supposita: vt probatum est/ quorum alterum est agens: alterum actum/ siue agibile: et in ipsa nulla sint accidentia: sed penitus pura substantia: manifestum est ergo/ q; in ipsis suppositis ipsius essentie diuine est predicta generatio/ et processio: ita q̄ alterum illorum agens producendo de toto seipso alium generat/ communicando ei totam suam essentiam sub ratione geniti: et quoniam ipsa essentia in vtroq; remanet vna producitur ab vtroq;/ siue spiratur essentialis vnio totam naturam sapiens vtriusq;/ intantum q; habet rationem suppositi spirati: quoniam nisi resultet illa substantialis vnio ab vtroq; essent in ipsa diuina generatione accidentia: sicut in creaturis/ quod est impossibile: et nisi sit suppositum/ non est tantum ab accidentibus remota: et nisi hec generatio et hec spiratio sit in eadem essentia diuina: eis deficeret magnitudo bonitatis ꝛc. et oportet q; ipa operatio sit accidentalis itrinsece p oēs act⁹ dignitatum/ et in minoritate/ et propinqua priuationi/ et multa alia inconuenientia sequerentur: ergo ꝛc. generans dicitur pater: cuius proprietas/ seu notio est paternitas/ et filius genitus/ cuius proprietas est filiatio/ et spiratus spiritussanctus/ cuius proprietas est spiratio/ tria igitur sunt supposita in essentia diuina realiter distincta: et sunt differentiatiuū/ seu generatiuum/ differentiabile/ generabile: et differentiare/ seu generare/ et concordatiuum maius est ratione sui/ et ratione princípii/ et finis: et equalitatis/ si ipsum est generatiuum/ q̄ si non: eo quia rōne generationis magis remotū est a cōtrarietate: sunt ergo o pdicta correlatiua i essentia diuina: et per cōsequēs eoꝝ pprietates: vz pprietas generatiua/ q̄ est distinctiua/ et cōcordatiua/ q̄ paternalis dr: et pprietas gn̄abilis: et distinguibilis

distinguibilis/concordabilis:z hec est filialis. Manifestũ est ergo/ꝙ in supposi-tis diuinis est distinctio realis/non autẽ essentialis. Latius adhuc probari pōt predicta tria correlatiua esse in essentia diuina per primam figuram circulariter discurrendo per oẽs dignitates A.z hoc sic. Deus est suamet bonitas/magnitudo/eternitas zc.q: sine istis deus nō pōt esse existendo/et agendo perfectus: nec id quod est sua quidem bonitas/pōt esse optima/nec sua magnitudo maxima: et sic de alijs sine correlatiuis infinitis distinctis ad inuicem: qua distinctione remota remouentur correlatiua predictarum rationũ:z per cōsequens ipse rationes:quibus remotis/deus non esset bonus/magnus/eternus zc.ideo necessariũ est ꝙ in ipsa bonitate sit bonificatiuũ/ bonificabile/ et bonificare: et ꝙ sint inter se realiter distincta et personaliter: vt relatio infinita remaneat integra/et illesa: ita ꝙ bonificabile intrinsecũ infinite proportionetur suo bonificatiuo infinito:z sic de bonificare:aliter perderetur infinita simplicitas relatiōis: si tñ diceretur ꝙ non: quia non oportet hoc esse: sed sufficit ꝙ bonificatiuum exterius bonificet optime:dico ꝙ nō sufficit ꝙ id qđ est inferius/z passiue finitum nō pōt suscipere bonificationẽ infinitã:z sic superius esset otyosum: q: cum sit infinitũ:non ageret/infinitũ producẽdo bonificatiuũ finitũ: otyositas est impossibilis: z cōtra,infinitatẽ/ optimitatẽ diuine bonitatis:z sic cōcludendũ est bonitatẽ diuinã habere sua correlatiua ad inuicẽ distincta:ita ꝙ vnũ nō est aliud realiter: et fm suam vocẽ:ipsa autẽ correlatiua sunt persone diuine/quas inquirimus. Similiter dici pōt de magnitudine diuina suo modo:que magnitudo nō posset maxima esse si ne relatiuis infinitis: qm̃ magnificabilitas non esset propria passio et intranea ipsi⁹ magnificationis:z finis ipsi⁹ magnificatiui nō esset intrinsecus:sed extrinsecus/neq̃ magnificare intrinsecũ esset simplr̃ denudatũ ab extrinseco subiecto: et perderetur maximitas ipsius magnitudinis: et generaretur otyositas: qđ est impossibile:etiã suo mō necessariũ est/ꝙ ipsa eternitas diuina habeat tria correlatiua distincta/vera/z necessaria:cũ quilb⁹ habeat naturã in suo fine intrinseco/in quo quiescit:que sunt eternificatiuũ/eternificabile/z eternificare:aliter eternificatiuum nō posset habere actũ infinitũ/z eternũ:nec eternare ad intra,posset esse ab eterno:nec in eternũ:z sic perderetur vltimus finis eternitatis:z per consequens finis optimitatis diuine:eo q: naturaliter in esse diuinitatis nō esset permanẽs nec quietat⁹:qđ est impossibile:ergo zc. In ptãte diuina sunt tria correlatiua distincta intranea:vt ipsa ptãs tm̃ cōsistat infinita in possificãdo quãtum in essendo/vel existẽdo:aliter cōsisteret in otyositate/z vacuitate:qđ est impossibile. Suo modo de intellectu diuino dicẽdum est:nam nisi haberet intelligere intrinsecum cum quo faceret alia principia infinite intelligibilia/amitteret suam propriam vocẽ:z per cōsequens intellectiuũ z intelligibile suũ:z sic esset cōfusio:quam diuinus intellectus pati non pōt:dico tñ ꝙ ipsa tria correlatiua sunt idem per essentiam/nō aũt fm singulares voces relate:oportet etiam ꝙ in diuina volũtate sint tria correlatiua distincta:vt voluntas sit altior in volendo:sunt in virtute diuina necessario tria correlatiua:z hoc est iustũ/ z dignũ: aliter si virtuosificatiu⁹ amitteret suã singularẽ vocẽ iniuria fieret:z sic de alijs:qđ est impossibile. Ueritas habet tria correlatiua/sine quibus non posset ponere predictas distinctiones corre-

latiuas in vero:⁊ sic generaretur falsitas/et confusio/et alteratio correlatiuorum ⁊ etiā priuatio relationis/qđ est impossibile:⁊ nisi in gloria diuina sint tria correlatiua principia supradicta prima/vera/et necessaria/non haberent in seipsis finem quietam propriam/et intrinsecam/et esset destructa diffinitio glorie: et per consequēs genita pena/qđ est impossibile. Essentia dei est vna indiuisa/ eterna/ ⁊ infinita:⁊ sic de suo esse:qđ cū ipsa essentia conuertitur:hoc autem esse non pōt/ nisi bonificatiuus/ magnificatiuus/⁊c.rationū supradictarum sint vna ꝓprietas actiua/⁊ bonificabile/magnificabile⁊c. vna proprietas passiua/⁊ bonificare/magnificare ⁊c.vna proprietas annexiua:⁊ ꝙ insimul sint vna essentia:vnum esse diuinum/et vnus deus: aliter supradicta principia/et eorum correlatiua nō possent esse vna essentia/vnus deus.per proprietatem actiuā intelligimus proprietatem paternalem:per passiuam vo filialē/per annexiuam spiratiuā. Ratio huius est/vt actus producat passiuū bonum:⁊ ita magnum/ ꝺm qđ ipse est: hoc autē nō potest/nisi de seipso producat ipsum:cum de nihilo non posset:esset enim nouus/nec de materia:quia esset quātus:⁊ sic necessarium est/ꝙ ipse producens sit pater:quia de seipso producit:⁊ per consequens productum est filius:et ita natura connexiua siue spiratus ab ipsis processus est spiritus sanctus:dicimus autem patrem vnam personā/filium aliam:quia differunt sicut correlatiua predictarum rationum:et iste tres persone sunt vna bonitas/vna magnitudo/vna natura/⁊ substantia/et essentia indiuisa/⁊ vna diuinitas:et correlatiua actiua predictarum rationum:quia idemptificātur/⁊ vnum et idem sunt/personā patris reddunt:⁊ dicunt similiter correlatiua passiua vnum correlatiuum/qđ filius dicitur:cōstituunt ⁊ actus personam spiritus sancti:⁊ qm̄ quodlibet principium est simplex:⁊ per cōsequens quodlibet correlatiuū est infinitū:ideo quelibet persona est infinita/⁊ ab omni accidēte denudata:et singularis in sua voce permanēs:ex quo sequit̄/ꝙ sit vna diuina ⁊ singularis paternitas:⁊ nō plures: et vna diuina ⁊ singularis filiatio/⁊ nō plures:⁊ vna ⁊ singularis spiratio:non autem plures/ ⁊ sic erunt tm̄ modo tres persone/quas diuinam trinitatem vocamus: nam pater intelligendo se patrem producit filium:⁊ pater ⁊ filius diligendo se adinuicē spirāt spiritū sanctū:⁊ tale intelligere ⁊ amare est personale:eo quia est idem cum referre:sed intelligere ⁊ amare que sunt cōia/sunt ipa diuina essentia:⁊ substātia et vnus deus/qui se intelligit vnū deum/vnum patrem/vnum filium/ et vnū spiritum sanctū:⁊ sic est in suppositis diuine essentie distinctio personalis: nō autē essentialis:ex qua ꝓcedit concordantia:distinctio quidem dat in diuina essentia duos terminos:sc₃ duo supposita:cōcordātia aūt necessario dat vnum terminū ex duobus:ad quē illi duo influūt:hic aūt terminus est illoꝝ duorum concordantia vel vnio:⁊ quoniā quicquid est in diuina essentia est totus deus. Manifestū est igitur/ꝙ iste tertius terminus necessario est deus totus influxus/ ⁊ procedēs de toto deo distinguente/concordāte/sc₃ generante: ⁊ de toto deo distincto/⁊ concordato videl₃ genito: quoniam nō est nisi vna tm̄ deitas/vnus deus influitur/⁊ ꝓcedit:ideo iste tertius de vno deo deꝰ sicut genitus generatur de vno deo deus: cū igitur iste tertius sit eiusdē magnitudinis in bonitate/⁊ eternitate ⁊c.respectu termini siue suppositi sicut predicti duo:cū sit equalis cuilibet eoꝝ ab vtroqꝫ toto

precedit:manifestũ est ergo q͂ habet proprietatem personalẽ: et hec est proprietas spirabilis siue processiua/manifestũ est/ q͂ generatio est actio conducens ad hunc finem/qui est esse durare:corruptio vero est cessatio illius actionis cõducẽs ad hũc finem/qui est priuatio:cum igitur in essentia dei sit actio conducẽs ad infinitum esse ⁊ ad infinitũ durare:oportet q͂ in ea sit generatio infinita/ et eterna actio: cũ summe impossibilis sit in ea actionis cessatio:qđ est priuatio cõducens ad priuationem:ergo in ipsa essentia diuina est oppositũ/scʒ generatio: et per consequens gignẽs principians:cuius proprietas est paternitas/⁊ genitus principiatus:cuius proprietas est filiatio :⁊ quoniam tota proprietas primi generatiua principiatiua que est patris generantis tendit ad hunc finem:scʒ q͂ ipse pater sit generans de toto seipso suppositum generabile/principiabile(vt ita loquar)qui dicitur filius: oportet aliquam proportionem seu medium resultare ab vtroq͂ toto : videlʒ a gigente/ et genito: qđ sit nexus amborum in amore/ vt bonitas/ magnitudo ⁊c̃.non deficiant amori amborum: ita q͂ de duobus extremis terminus (vt ita loquar) influitur/ siue procedit medium coniunctionis/ et vnionis ex toto generãte: et ex toto genito/ per quod medium influxũ et procedens ab vtroq͂ illorum totum in bonitate/ magnitudine ⁊c̃. generans et genitus vna cum ipso sunt vnum ens/ vnus finis/ vna deitas/ vnus deus/vt magnitudo bonitatis ⁊c̃. non sit defectiua: ergo istud medium borum duorum habet personalem proprietatem : nam cum sit vtriq͂ equalis in ratione suppositi: oportet eum intantum habere proprietatem personalem: hec autem proprietas est spirabilitas.

Manifestis rationibus sm̃ cõditiones prime figure et secundeexplicauimus artem' inuestigandi supposita in diuina essentia:⁊ in ipsis suppositis diuinis proprietates personales:nũc autem hoc loco gratia applicationis huius artis ad propositum/ proponatur hec questio.Quare in ipsa diuina essentia sunt tãtũ tria supposita/ et nõ plura/ neq͂ pauciora: Ad questionẽ respõdetur hoc modo. Deus est vnus/eius essentia vna:atq͂ eius bonitas vna/magnitudo vna/eternitas vna:⁊ sic de aliis: et sic est magna diuina vnitas/ esset enim parua : si essent duo/vel plures dij/ vel plures essentie/ aut bonitates/ magnitudines ⁊c̃. quia si essent duo/ vel plures: quorum quilibet esset deus/ aut essent vnius et eiusdem vnitatis/essentie/bonitatis ⁊c̃. aut nõ vnius/sed plurium:ita q͂ quilibet eorum haberet suam distinctam essentiam ab alia:primum est necessarium(vt probatũ est)secũdum vero falsum/ et impossibile: et ratio est/ quia ex quo duo essent dij: et due essentie/et due bonitates omnia essent finita/et limitata:sed deum esse finitũ est impossibile:ergo ⁊c̃.sicut impossibile est esse duas vel plures vnitates essentiales:ita impossibile est in diuina essentia esse duos patres/vel duos filios/vel duos spũs sctõs/siue plures:quia vnitas cuiuslibet eorum esset finita:et p consequens ipse cuius esset vnitas finita:hoc aũt est impossibile in diuinis:nõ ergo sunt plures:nec possunt esse minus: q͂ tria supposita:vt probatũ est: quia oportet in diuina essentia generationem esse:⁊ per cõsequens patrem ⁊ filiũ:⁊ qm̃ pater de tota

Qđ i diuina essentia non sunt nisi tria supposita.

seu decretalis diuersos et oppositos habebit sensus: et tamē vna tantum fuit intentio conditoris: que quidem intentio nō potest haberi absq; arte ex veris principijs et regulis causata: cuiusmodi est ars ista. Subiectum iuris in anima maxime consistit tam per memoriam/ q̄ per intellectum: qđ est contra debitum ordinem potentiarum ipsius anime: nam intellectus est primitiuus ad inuestigandum/ et inueniendum iura: et voluntas est consecutiua ad ipsum in eligēdo: deinceps memoria species conseruando: et quia vniuersale est plus q̄ particulare: et cum memoria sit subiectum particularium/ ex quibus non est scientia: iccirco ius positiuum quo ad potentias anime non est bene ordinatum: nec dispositum in anima: ideo iuriste non scientes/ sed memorales potius dicuntur: quoniam eis non datur licentia inuestigandi veritatem: nec habent artem/ per quam ipsam veritatem adipisci possint: et sic eorum intellectus moritur: et memoria (vt plurimum) falsis cibis nutritur: nam assentire dictis pape/ aut imperatoris non est sciētia/ sed credulitas quedam: scientia est noticia habita de conclusione per premissas/ et principia vera/ et infallibilia: et inde patet/ q deficientibus principijs deficit ars. Forma iuris extra suam propriam materiam per regulam G. designatam agere non potest/ neq; ecōtrario: et ideo necessarium est iuriste: vt sciat que sunt materia et forma iuris: et primo iuris naturalis: forma respectu principiorum huius artis est aggregatio tinorum predictorum principiorum: videlz iustificatiui/ bonificatiui/ magnificatiui ꝛc. que ratione concordantie in vna forma conueniunt. Iustificabile autem/ et bonificabile/ magnificabile ꝛc̄. sunt materia iuris: nam quemadmodum materia et forma in iure naturali inuestigantur: et se habent in actibus earum: sic et in iure positiuo inuestigari debent/ et se habere: vt vera sit proportio inter vtrūq; ius: inuestigantur enim principia naturalia quo ad eorum iuste agere et pati: nam (vt visum est in tertia figura) vnum principium communicat alteri suum esse: et seruando iusticiam in actibus eorū recipit esse tale ab altero: et sic conseruatur totum in suo esse: et est duplex ius naturale/ commune/ et speciale: sed ius commune seu generale in plus se habet ratione sue generalitatis/ potētialitatisq;/ q̄ speciale: ꝛ per consequens maius principium/ medium/ et finem: quia ad plura se habet/ q̄ speciale: et conditiones vtriusq; inuestigantur per secundam figuram: et tale ius naturale additum iuri positiuo ratione positionis augmentat/ et fortificat conditiones suas: nam sicut lex naturalis siue ius naturale a iure diuino normam et regulam recipit: sic et ius positiuum a naturali. vnde Augusti. in libro de libero arbitrio. constitutiones ecclesiastice/ vel seculares si naturali iuri contrariari videntur/ penitus sunt excludende: et a fortiori si iuri diuino. vnde idem Augusti. Si amor erga deum seruari non possit absq; odio parentum/ aut filiorum: pium est eos odio habere/ vt amor erga deum conseruetur. et Hieronymus. preferendus est creature creator: hic ordo in omni affectu necessarius est: ama deum/ ama patrē/ ama matrem/ ama filios. si autem necessitas venit/ vt amor parentum/ aut filiorum amori dei comparetur: et non possit vterq; seruari: etiam odium in filios pietas in deum est: et mensura maxime debet esse permanens/ ſm Aristote. vj. Ethicorū:

sed ius diuinū ⁊ naturale sunt mēsure permanētes/a quibus leges humane mē
suram immortalitatis/immutabilitatis/ et permanentie suscipiunt:ideo meri
ta/aut demerita hominum ſm ꝙ magis aut minus accedunt ad charitatem su
premam:aut contrariantur/eidem mensurātur:et hec est regula generalis in hac
arte:cum ipsa suprema charitas sit perpetua/et constans voluntas:tribuēs vni
cuiq; qd sibi debetur:cui humana voluntas conformari debet:et ab eadem regu
lari:nam lex diuina fas est:cui conformatur lex nature:et per consequens huma
na conformari debet vtriq;:vt patet ex euangelio: quo quisq; iubetur alij facere
qd sibi vult fieri.vnde Christus in euangelio.Omnia quecunq; vultis vt faciant
vobis homines:et vos eadem facite illis.hoc enim est lex et prophete: et sic cū lex
humana cōtineatur sub naturali: inquātū ex principijs nature humana abstra
hit conclusiones:vt patet ex illo principio.viij.Physicorū:videlz/ ꝙ nihil inordi
natum est eorum que a natura/et ſm naturam fiunt: nec a fortiori que ſm diui
nam:omnes enim leges aut diuine sūnt/ aut humane : diuine natur?/humane
moribus constāt.Jus naturale dicitur commune omniū nationum: eo ꝙ vbiq;
instinctu nature non constitutione habetur aliqua:vt viri et femine coniunctio:
liberorum successio:et puerorum educatio:communis omnium possessio: et om
nium vna libertas:acquisitio eorum que celo/terra/mariq; capiuntur.⁊ non mo
do ius naturale attenditur circa predicta:sed etiam circa illa que essentialiter or
dinantur ad inferiora: vt materia et forma/priuatio ⁊c̄.Jus humanum est qd
summus princeps sibi proprium diuina humanaq; causa constituit: vt cupidi
tas cohereeatur: iusteq; seruiēdo deo viuatur: et est duplex/ videlz ius gentium
(vt predictū est)et ius positiuum.Jus gentiū est sedium occupatio/ edificatio/
munitio/bella/captiuitates/seruitutes/⁊ cetera hmōi.Positiuum ius est qd au
ctoritate summi pontificis in canonibus et legibus positum est.Jus vo consue
tudinale est quoddam ius moribus institutum/qd pro lege suscipitur/ cum defi
cit lex:nec refert/an scriptura/an ratione consistat:vocatur autem consuetudina
le qd in cōi vsu est.¶ Et nota ꝙ lex canonica deriuatur a lege nature:et lex na
ture a diuina:⁊ per cōsequens ⁊ humana:nam ex veteri et nouo testamento pro
cesserunt canonice sanctiones:⁊ in iure naturali nil aliud precipitur/ ꝓ qd deus
vult fieri/⁊ nihil aliud vetatur ꝓ qd deus non vult fieri.Ex quo infertur/ꝙ que
cūq; naturali iuri reperiūtur aduersa/diuine volūtati ꝓbantur contraria:⁊ que
cūq; canonice scripture probātur cōtraria/eadem etiā vidētur aduersari legi diui
ne ⁊ nature:hoc aūt nō solum intelligas respectu cause formalis/vel materialis:
id est rationis que debet esse in qualibet canonica lege:que si non insit in lege di
citur potius legis corruptio:de legib⁹ vo ciuilibus idem dicendū est:nā oēs pen
dent a lege naturali ⁊ intantū habēt de ratione legis/ inquātum participant de
lege eterna:cum enim lex non sit nisi recta ratio ⁊ mēsura quedam nisi rectitudi
nem habeat non dicitur lex: nam necesse est/ꝙ oīs ratio ex qua ista inferiora gu
bernātur a lege eterna deriuētur:a lege igitur eterna deriuatur naturalis/⁊ a na
turali canonica ⁊ ciuilis.vnde ab eterna lege nullo modo possunt discrepare:tūc
enim nec vim legis:nec rationē haberent. vnde Augusti in libro.j.de libero arbi
trio/ ꝙ in tēporali lege nihil est iustū/ ac legitimū: qd nō ex eterna lege homines

sibi deriuauerũt: qđ in causa efficiẽti ⁊ materiali habet locũ: ⁊ hoc est qđ dicit Sapiẽtie libro. Per me reges regnãt: et potẽtes discernũt iustitiam: ⁊ hoc fatet imperator in suis legibus. Jus naturale ex parte naturalitatis sue habet equalia/ intellectum videlꝫ volũtatem/ ⁊ memoriam: ac etiam actus eorum proportionatos: vt obiecta naturalia sint equalia predictis potentijs in suis actibus: et ꝑm istam equalitatem intellectus intelligens/ memoria recolens/ et volũtas volens vel odiens equales sunt in veritate et falsitate: et ꝑm istam proportionem ius est proportionatum in voluntate diligente/ vel odiente/ et in obliuisci/ ignorare/ ⁊ diligere/ vel odire in veritate et falsitate: dum autem iste conditiones iuris naturalis sunt positiue auctoritate sanctorum patrum/ et principium confirmatum in memoria et voluntate ꝑm veritatem/ et recolere/ et intelligere ꝑm falsitatem: et in voluntate diligente veritatem/ et odiente falsitatem: et quando ius positiuum plus consistat in memoria et voluntate/ ꝙ in memoria et intellectu: et in recolere et odire/ ꝙ in recolere/ et intelligere: tunc ipsum ius est naturale positiuũ: eo quia ipsa naturalitas iuris est ab auctoritate positionis confirmata: dum memoria recolens/ ⁊ intellectus intelligens conditiones iuris naturalis in conditionibus iuris canonici et ciuilis recipiunt: inueniunt istud ius naturale qđ est equalitas intellect⁹ voluntatis/ ⁊ memorie ꝑ in intelligere/ diligere/ ⁊ recolere in veritate: ⁊ est proportio predictoꝝ actuũ: videlꝫ intelligere/ diligere/ recolere/ obliuisci/ ignorare/ diligere/ vel odire veritatem: cõfirmatum in memoria/ et voluntate: ⁊ tale ius naturale ꝑm canonẽ auctoritate sanctorum patrum esse maius ꝙ istud ius naturale qđ est equalitas memorie recolentis/ ⁊ intellectus intelligentis/ et voluntatis odientis in recolere/ intelligere/ et odire falsitatem: et ꝓportio obliuisci/ ignorare/ et diligere/ vel odire falsitatem cõfirmatũ principiũ auctoritate/ memoria recolente/ et voluntate odiente/ ad cõseruandum in timore iuris populum: nam cũ memoria recolẽs/ ⁊ intellectus intelligẽs inueniant ius naturale maius in intellectu intelligẽte/ ⁊ volũtate diligẽte/ ⁊ memoria recolente veritatem/ ꝙ in memoria recolente intellectu intelligente/ et voluntate odiente falsitatem: ⁊ sic ius canonicum esse maius propter memoriam recolentem/ et voluntatem diligentẽ veritatem/ ꝙ ius ciuile propter memoriam recolentem/ ⁊ volũtatem odientem falsitatem: nihil ergo repugnat/ quin ius qđ est naturale canonicũ sit maius substãtialiter/ ꝙ ius naturale ciuile: verũtamẽ ius naturale ciuile maius est substãtialiter/ ꝙ ius naturale canonicũ accidẽtaliter: dum intellectus intelligens/ ⁊ memoria recolens ius naturale respectu iuris consuetudinalis attingunt: et in isto respectu ponũt triangulũ rubeum: inueniunt conditiones vtriusqꝫ qualitatis iuris: scilꝫ naturalitatis/ et cõsuetudinis ipsius iuris esse ad inuicẽ per cõditiones ipsius trianguli rubei: nam conditionis iuris naturalis est: vt naturaliter qꝫ de principio transeat ad suum finem per medium ratione forme/ ⁊ materie per omnes extremitates perfectũ: vt principiũ per absentiã/ vel defectum sui medij non careat suo fine. Cõditionis autẽ iuris cõsuetudinis est ipsum ius consuetudinale esse in predicto medio ad cõseruationẽ/ ⁊ fortificationẽ ipsius medij: vt si cõtingat ipsum medium iuris naturalis: aut per infirmitatem/ aut occasionẽ aliquã siue per quẽcunqꝫ alium casum impediri: cuius impedimẽtum est periclitatum.

finis iuris naturalis ſupplet in illo defectu ius cõſuetudinale/ ſiue priuilegiatũ
ꝛ hoc modo ius naturale eſt cõſuetudinale/videlꝫ ius naturale defectiuũ ſupple-
mẽto cõſuetudinis:vel priuilegiatur in ſuis neceſſitatibꝰ ſuffultũ. ¶ Jus natu-
rale in theorica ꝛ practica diuerſas recipit cõditiones ratione trianguli viridis:
differt enĩ ius naturale theoricũ a iure naturali practico: quia dum intelligere/
amare/recolere/obliuiſci/ignorare/et diligere/vel odire veritatem/et recolere/in-
telligere/et odire/obliuiſci/ignorare/et diligere/vel odire falſitatem/ et virtutes/
propoſitum et oppoſitum ſunt in terminis in ſpeculatione anime: tunc ius na-
turale eſt theoricum:dum autem hec influxa ab interiori tranſeunt ad actus ex-
teriores:tunc ius naturale eſt practicum:et ſic habent concordantiam: quia alte
rum alteriꝰ eſt principiũ:ꝛ ſic practicum nunꝗ eſt ſine theorico:ſed ecõtrario põt
eſſe:veruntñ in theorico bene põt eſſe practicũ/videlꝫ in intelligere/amare/recole
re/obliuiſci/ignorare/ꝛ diligere/vel odire veritatem:intelligere/recolere/ et odire
motum/et influxum ab intelligere/amare:et recolere a c obliuiſci/ignorare/et di
ligere/vel odire falſitatem: et iſtud practicum poteſt dici theoricum: pro eo quia
non tranſit ad actus exteriores:et poteſt dici practicum:quia ab alio applicatur
ad opus:et eſt per ſecundam intentionem:et ſuum mouens per ipſam primam:
ſicut actus exteriores moti ab actibus interioribus ſunt per ſecundam intentio
nem/ et ipſi actus interiores per primam. Jus ergo naturale theoricum ratione
finalis principij maius eſt ſubſtãtialiter/ ꝙ ius naturale practicum/ practicũ vᵒ
maius ſubſtantialiter/ꝙ theoricum accidẽtaliter:et ſi cõtingat cõtrarietas inter
iſta duo per aliquod dãnatũ mediũ:qᵭ tñ raro accidit: preualet theoricũ practi-
co:ꝛ ecõtrario:ſi practicũ fuerit generale/theoricũ vᵒ ſpeciale. ¶ Cõditiones iu-
ris naturalis in cõditionibus iuris nutritiui diuerſificãtur ſꝫm cõditiones triã-
guli crocei:ſeu etiam alioꝝ triãgulorum:nam ius naturale plus nutriendum eſt
quo ad cõditiones ſubſtantiales/ꝙ accidẽtales:cũ naturaliter maioritas maior
ſit ratione ſubſtãtie/ꝙ accidẽtis. ¶ Jus etiã naturale plus nutriẽdum eſt de re-
bus nature equalibꝰ/videlꝫ de naturalibus principijs equalibus:que ſunt boni-
tas/ magnitudo ꝛc.equales inducibiles ad naturam iuris ratione maioritatis
finis ſubſtãtie:vel maioritatis finis accidẽtis:ꝛ iſto modo ius naturale cõditio-
nes nutritiuas ꝛ nutribiles reſpicit/reſpiciẽs ſemper ad maiorẽ finem: ꝛ ius nu-
tritiuum conditiones naturales reſpiciens ad principia magis naturalia iuris:
vt ipſum deducat ad finẽ:quãdo ius naturale ſit operatiuũ/vel ecõtrario: tũc in-
de reſultant diuerſe conditiones vtriuſꝙ ratione naturalis cõparationis/ ꝛ ra-
tione cõparationis importat triãgulũ croceũ ſuper alios angulos triãguloꝝ:et
ſꝫm ꝙ diuerſi ſunt naturales anguli triangulorum in triangulo croceo/ ſꝫm hoc
reſultant naturalis cõparationis in iure diuerſe cõditiones/ꝛ regule generales:
qᵭ patet iſto modo. Jus naturale reſpectu dei magis naturale/ ꝛ magis ſubſtã-
tiale/ꝛ maiorem finem conſequitur:et ratione finis maius principium/ꝛ maius
medium/ꝙ reſpectu creature animalis rationalis:et reſpectu anime/ ꝙ reſpectu
corporis:ꝛ reſpectu intelligere/amare/et recolere/ ꝙ reſpectu recolere/intelligere/
et odire:et reſpectu equalitatis/bonitatis/magnitudinis ꝛc.ꝙ reſpectu inequa-

litatis earum: et respectu concordantie/ quam contrarietatis/ et respectu finis/ quam principij/ et medij: et respectu equalitatis/ quam maioritatis/ et minoritatis: et respectu maioritatis/ quam respectu minoritatis: et respectu substantie/ quam accidentie: et respectu affirmationis entis/ et possibilis/ quam negationis/ et non entis/ et impossibilis. ¶ Ius naturale respectu antiquitatis et nouitatis sue diuersas sortitur conditiones: et econtrario antiquitas et nouitas respectu nature iuris secundum triangulum viridem/ rubeum/ et croceum: nam ius naturale antiquum in hoc iuri naturali nouo concordat: dum ex tantis principijs nature necessarijs natum est/ ꝙ nullius temporis et consuetudinis mutatione deleri potest: nec alicui iuri nouo repugnat: istud autem ius est ab antiquo: et transit per omne tempus ad finem proprietatis: vt diligere deum super omnia: et diligere seipsum intantum et proximum suum/ ꝙ agat erga proximum suũ illa bona/ que sibimet vellet fieri. Contrariantur autem ius naturale nouum et antiquum in hoc/ ꝙ quandoq; nouum priuat antiquum: quãdo ipsum antiquum impeditum medium habet ad suum finem: et accidit secundum diuersas et contrarias temporis et consuetudinũ mutationes. Consuetudines enim naturam alterare consueuerunt. Ius etiam nouum supplet/ et corrigit defectus iuris antiqui/ secundum ius nutritiuum/ et comparatiuum: nam quecunq; iura tam naturalia/ quam alia inuenerunt eadem dum seruant scripta posteris suis in perpetuum: et quoniam plus erat in potentia respectu materie iuris/ et in habitu respectu forme iuris/ quam possent reducere in actũ: eo ꝙ tempus et quãtitas accidentium semper sunt in maiori potentia et habitu iuris/ quam in in actu: necesse est ergo ius nouum constitui successiue respectu contingentium futurorum: ad que ius antiquum non potest atttingere: vel in quibus est diminutum. ¶ Uidendum est nunc de conditionibus forme iuris per conditiones prime figure/ et triãgulorum secunde figure. Isto modo/ vnitas/ essentia/ dignitates dei denotant deum esse formam: que siquidem forma est ipsa vnitas/ essentia/ dignitates: operatio vero significat in hac forma esse formatiuum formans de sua essentia formabile: cum de conditione magne bonitatis etc. forme sit/ ꝙ formans bonum/ magnum infinite etc. de memoria recolente se formet bonificatum/ bonum/ magnum etc. hoc etiam denotatur in conditionibus creature/ sicut in agente naturali: nam agens naturale est formatiuum formans formatum genitum: ita similiter sicut de istis formis dictum est/ habet considerari forma iuris in conditionibus suis: ita ꝙ forma in iure est quoddam essentiale principium iuris: per cuius operationem informantur sub regula iusticie quecunq; sunt formabilia/ et formata in iure: nam quancunq; regulam iusticie sequantur informata sunt forma iuris/ que est ipsa equitas et iusticia: de quibus informantur intelligere/ amare/ et recolere in deo: et obliuisci/ ignorare/ diligere/ vel odire veritatem in eorum specificatione/ et recolere/ intelligere/ et odire in obliuisci/ ignorare/ et odire vel diligere veritatem: et obliuisci/ ignorare/ et diligere: vel odire in his que fidei sunt in deo: vt simplices qui a lõge speculãtur: et obliuisci/ ignorare/ diligere/ vel odire veritatẽ/ falsitatẽ. Ex his quidẽ cõditionibus forme iuris cognoscunt quod sunt cõditiones intellectus/ volũtatis/ et memorie secundum tale

intelligere/amare/et recolere/ sic formatum: et que sunt conditiones intellectus intelligētis/volūtatis odiētis/ꝛ memorie recolētis ſm tale intelligere/ recolere/ et odire sic formatum: et sic de alijs: ꝛ ex conditionibus intellectus volūtatis/ memorie ꝛc. sic informatorum perpenditur manifeste que sunt conditiones iusticie et equitatis. ¶ Est tamen notandum pro maiori euidentia predictorum/ ꝙ quādoqꝫ intellectus et memoria mouent volūtatem ad diligendū veritatem/ ꝛ odiēdum falsitatem: vt maior proportio inter ipsas potentias et veritatem sit: et ma ius meritum consequi possint: et plus resistere vitijs: et cum amare et odire consistant in virtute anime: videndum est de eis in quolibet casu et litigio: presupponendo sub disiunctione veritatem possibilem esse in qualibet parte litigantium: vt intellectus iudicis sit magis dispositus ad inuestigandum veritatem/ et eam intelligendum: et voluntas ad diligendum/ et eligendum veritatem/ et odiendū falsitatem: quandoqꝫ enim in anima est quedam confusio/ in qua species ipsius anime sunt indigeste: quare de ipsis verbum phantasticum non est assertiuum: sed potius dubitatiuū/ vel ābiguum: et sic est subiectū confusum/ constitutū de similitudinibus/ ꝛ dissimilitudinibꝰ: vcꝫ de intelligere/ amare/ et recolere: et de intelligere/ recolere/ ꝛ odire/ et de obliuisci/ ignorare/ et diligere/ vel odire veritatem/ falsitatemqꝫ: determinantur tamen/ et specificantur intellectu intelligente: memoria recolente/ ꝛ voluntate diligente/ vel odiente ſm artem: nam quemadmodum quatuor elementa sunt confusa in materia prima: et determinantur/ et specificantur per viam generationis: et sic recedunt a confusione: et in lucem veniunt: et dū natura fatigata non potest supposita sua conseruare in esse specifico/ permittit ea redire in confusionem prime materie vnde exiuerunt: sic et anima ipsas species in confusionem redire permittit: in qua potentia et habitu ad esse specificū existunt: caueat ergo iurista ex illis confusis speciebus quicꝙ concludere/ anteꝙ ad esse specificum per predictas potentias anime deueniant: quoniam hoc esset contra conscientiam: et posset de mendacio reprehendi: ergo inquirere debet ius per viam eius forme/ que est equitas/ seu iusticia: a quibus vt predictum est/ formanť spēs cōfuse/ et indigeste. Cōditiones forme iuris per cōditiones triāguli viridis diuersificantur isto modo: cum totus triangulus viridis cōditionatus sit inter sensuale et sensuale/ intellectuale et sensuale/ intellectuale et intellectuale. forma iuris addita huic triangulo omnes eius conditiones in se recipit: ita ꝙ iurista ratione forme iuris scit distinguere inter sensualia ꝛc. et ſm conditiones ipsius forme scit perpendere in quo alterum istorum alteri concordat/ siue cōtrariatur: et in quo principio/ medio/ et fine plus/ vel minus/ vel equaliter concordant/ vel contrariantur/ vel possunt concordare/ vel contrariari: et quecunqꝫ concordant ſm conditiones forme iuris/ ꝛ contrariātur: que forma est priuatio equitatis/ ꝛ iusticie: de conditione principij est transire per medium ad finem: et de cōditione medij est coniungere/ ꝛ mensurare proportionaliter principium et finē: ita ꝙ totus triangulus de principio vsqꝫ ad finem est informatus/ existens sub forma regente ipsum: sub his igitur conditionibus percipiunt intellectus intelligens/ et memoria recolens conditiones forme iuris/ quas ipsa forma habet respectu principij/ medij/ et finis: nam ipsa forma iuris cum sit principium formale

 218

iuris informat ius in suo principio materiali/informãs ipsam materiam iuris: et informat ipsum in medio/mẽsurans sibi proportionaliter suam materiam ad finem:et in fine ius est informatum sua forma regente ipsum: opposito etiã modo ꝑm principium/mediũ/et finem sequitur de cõditionibus forme iuris/ quas ꝑm principium/medium/et finem in iure considerare debet artista:vt conditiones huius prepositi per cõditiones sui oppositi clarius inueniat: et per eas sciat euidentius iudicare. Ius enim et iniuria sunt opposita ratione forme:non autẽ ratione materie/id est ratione subiecti: et icirco inquãtum ius peccat in forma/ intantum introducitur de hoc qđ est materia iuris in formam iniurie/que est priuatio equitatis/et iusticie:et sicut ex deuiante medio deuiatur finis: ita principiũ iuris per deuians medium non potest venire ad finem:sicut de conditione maioritatis est ipsam maioritatem esse maiorẽ ratione substantie/ꝙ accidentis: et ratione cõcordãtie/ꝙ cõtrarietatis:et ratione finis/ꝙ principij/et medij/et equalitatem similiter esse maiorẽ ratione substantie/ꝙ accidẽtis: et sic de alijs:sic similiter de conditionibus forme iuris est eam esse maiorem ratione substantie/ꝙ accidẽtis:et ratione concordantie/ꝙ contrarietatis:et ratione finis/ ꝙ principij/et medij:et eam esse maiorem per equalitatem suorum principiorũ:que sunt bonitas/ magnitudo etc. ꝙ per eorum inequalitatẽ:maior enim est dũ ipsa existit in equalitate boni/ et magni etc. ꝙ cum existit inter bonum et paruum/sicut de cõditionibus affirmationis et negationis est affirmationem esse maiorem/ ꝙ negationem:quia affirmatio infert positionem/vel modum positiuum: negatio vero priuationem/vel modum priuatiuum:non autem accidẽtaliter:quia maior potest esse negatio in recolere/intelligere/et odire ꝑm priuationẽ suam/ ꝙ affirmatio in falsitate ꝑm suum modum positiuũ:ita similiter est de cõditionibus forme iuris eam esse in entitate:et plus habere entitatis affirmatiue ꝑm veritatẽ et maiorem possibilitatẽ ex parte affirmationis/ꝙ negationis: et si ipsa forma ꝑm intelligere/amare/et recolere/teneat affirmationem entis/et possibilitatis iuris: et forma iniurie ꝑm intelligere/recolere/et odire teneat negationem entis/et possibilis iniurie:et supponat ꝑm obliuisci/ignorare/et diligere/vel odire/ꝙ possibile est actorem vel reum habere ius: sic intelligere/recolere/et amare/et intellectus ignorãs iudicis per veram viam iuris ad verum iudiciũ tendunt:sed hoc per oppositum si intelligere/amare/recolere/et odire peruertant/vel supponant impossibile aliquem duorum habere ius: sic incurrit falsus iudex preiudicium: et sibi/et reo/et actori:et vt omnia predicta in veram practicam deueniant:formamus hic talem figuram: describantur duo magni quadrati secantes se equaliter in angulis: et in medio describatur circulus:in cuius circũferẽtia ponãtur he dignitates: videlicet bonitas/ magnitudo etc. et in centro: ius diuinum/ designatum per A. et in angulo superiori directe ponatur ius naturale/designatum per B. in inferiori angulo eiusdem quadrati ponatur ius positiuum/designatum per D. et in sinistro angulo actor designatus per C. in dextro vero ponitur reus per E. designatus:et in angulo superiori alterius ponitur anima actoris per F. designata ex vno latere: et in alio corpus per G. designatum: in alijs duobus angulis anima rei per I. designata:et corpus per H. vt patet in sequenti figura.

¶ Figura vtriusqꝫ Juris.

B
Jus
naturale
iustitia
dominatio
bonitas
magnitudo
eternitas
potestas
sapientia
voluntas
virtus
veritas
gloria
largitas
I
cā rei
E
Reus
H
corpus
rei
D
positiuum
Jus
G
corpus
actoris
C
Actor
F
cā
actoris
Jus
A
diuinum

De triplici mō practicā-di figurā iuris.


Redicta figura practicatur modo qui sequitur. Differentia litigātium est triplex: nā quidam sunt simul in culpa: et quidam quorum vnus est in culpa: alter vo caret ipsa: alij autem qui omnino culpa carent. Exemplum de primo: et ponitur casus in terminis. Erat quidam homo titius nomine vocatus: qui certam pecuniam ad vsurā Sempronio dederat: Sempronius ipse luxuriā cum quadam muliere soluta commisit: quem Titius de tali luxuria accusauit: & Sempronius ipsum Titium de vsura: venerunt in iudicium: nūc queritur/

De primo modo litigātiū.

quis istorum venit magis puniendus? Applicentur nunc termini ad figuras huius artis/ex quibus dici potest veritas/et verum iudicium est in primis per secundam figuram artis: differentia inter Titium et Sempronium: qui ad inuicem differunt substantialiter/numero: et cum hoc est concordantia substantialis/in quantum identificantur specie in natura humana/ et accidentali: quia ambo sunt christiani/ et eiusdem professionis: est tamen contrarietas voluntaria inter ipsos/ inquantum vnus accusat alium: quod licitum est in fauorem iusticie: est etiam contrarietas respectu iuris naturalis: nam cum natura sagax non deficiat in necessariis: nec superabundet: sed tribuat vnicuique quod sibi debetur/et charitas/amor/dilectio naturaliter fit inter illos/qui sunt eiusdem speciei: et secundum talem legem nature nemo debeat facere aliis quod sibi fieri non vult: etiam secundum illud preceptum. Diliges proximum tuum/ sicut teipsum. Usurarius non debuisset dare pecuniam suam in vsuram: sed subuenire et auxiliari fratri suo secundum predictam legem nature et preceptum: et quia non fecit: sed oppositum/ magis puniendus est/ quam luxuriosus: ex eo/quia licet luxuriosus inordinate egerit/et contra preceptum/quod est: non mechaberis: tamen quia viri et femine quid naturale videtur: ergo minus ardebit/quam luxuriosus: nisi puniatur in hoc mundo. ¶ Item vsura et auaricia sunt directe contra largitatem A. scilicet dei: qui largitor omnium bonorum dicitur: et contra bonitatem/ que diffusiua est de se: aliter bonitas non diceretur: est etiam contra virtutem/ que origo est vnionis bonitatis/pietatis/misericordie etc. et contra iusticiam/ et dominationem dei: qui solus dominus omnium bonorum est: et per consequens contra illud preceptum quod est/vnum solum deum diligere: quoniam auarus solum suas pecunias diligit. et sic se facit alium deum: luxuriosus autem non venit contra legem nature: vt predictum est: nec contra legem diuinam: quia non contra aliquam dignitatem dei: cum deus non sit continens/nec luxuriosus: sicut lapis/nec cecus/nec videns: est tamen ipsa largitas/bonitas/ dominatio etc. in preposita figura vtriusque iuris: ergo concludendum est/quod vsurarius magis puniendus venit/quam luxuriosus: et hoc quo ad principium/ medium/et finem: et licet predictus triangulus rubeus in luxurioso sit difformatus ratione luxurie: non tamen tantum quantum est triangulus vsurarii ratione vsure: ideo magis puniendus venit.

Quidam paterfamilias habens duos filios primogenitum in suo testamento vniuersalem heredem constituit: et vniuersa bona sua eidem leganit: quo mortuo/ statim primogenitus effectus est presbyter/et sacerdos in ecclesia constitutus: quo facto frater eius secundo genitus hereditatem accepit: dicens quod frater eius primo genitus de patrimonio ecclesie viuere debebat/postquam constitutus erat in ea: iuxta illud. qui altari seruit de altari viuere debet. primogenitus tamen petit suam hereditatem. queritur /nunc cui talis hereditas debetur? ponantur termini questionis in figura iuris: et videatur cum quo termini figure maiorem habent conformitatem: quoniam de necessitate sequitur quod talis habeat ius in bonis: et in hoc vti oportet secunda figura/ tamquam instrumento modo qui sequitur. Primogenitus est actor designatus per C. et secundogenitus est reus designatus per E. tunc sic. differentia est inter C. et E. quoniam distinguuntur numero/substantialiter/et accidentaliter/ratione professionis: quia C. presbyter. E. vero laicus. ista differentia est in concordantia quo ad naturam/ et affinitatem: De secundo modo litigantium.

est tamen inter eos contrarietas obiectiua: inquãtum voluntas vnius est contra voluntatem alterius in hoc q̃d est petere hereditatem: nunc videndum est/ quis istorum venit contra ius naturale/aut diuinum: nemo contra naturale: cum am bo equaliter sint filij legitimi suorum parentum: quos quidem filios parentes naturaliter equaliterq3 nutrire/et alere debent: sed quia volũtas patris fuit da re hereditatem C. ideo E. contra voluntatem patris venire non debet. iuxta il lud. Honora patrem et matrem 7c. ac etiam quia filij sunt in potestate patris: nec refert/si C. constitutus est in ecclesia/et sacerdos effectus: nam ratione huius plus de iure sibi debetur hereditas/ q̃ si non fuisset ad seruitium dei dedicatus: et ratio est: quia omnia bona sunt dei: ideo peccator qui est contra deum ius non habet in bonis que possidet: sed ille qui est in seruitio dei magis meretur bonis dei gaudere/ q̃ ille qui non est in seruitio: et sic C. constitutus in ecclesia/ et effe ctus presbyter si ante habebat ius in hereditate maius habet/postq̃ effectus est presbyter: maxime cum constituti in ecclesia (quibus maior debet inesse discre tio) sint distributores bonorum dei: nam bona clericorum bona pauperum esse debent: iccirco eis maiora debentur: ob hanc causam dedit deus eccl̃ie roma num imperium: et plures et pingues redditus constitutis in ea: vt fides corro boraretur/ augmentaretur: et vt ipsa bona distribuerentur vbi oportet: quan do oportet/ ſm quod oportet: et non vt recipientes illa in suos vsus conuer terent fortassis non bonos: videt enim deus nonnullos/ qui ipso dimisso vi dentur aurum comedere: nec potest eis aliquod terrenum sufficere pro se/ et suo maledicto sanguine: sed diuina iusticia (cui nuda et aperta sunt omnia) non diu potest illos in futurum sustinere: immo facit eos ad eterna sibi debita supplicia corruere: et tales nullũ ius habere possunt in bonis dei: ideo si C. bonus est exi stens in seruitio dei/sibi magis de iure debetur hereditas/ q̃ E. sed si deus bene dictus permittit/ q̃ peccator qui est contra ipsum habeat ius in bonis suis/ vt viuat: et regrediatur in rectitudinẽ: quãto plus permittet/ q̃ E. si bonus est/gau deat aliqua parte illius hereditatis ſm iudicium rationis/ et discretionem iu dicis/vt viuat: deoq3 seruiat: nã si absq3 legitima causa testator exheredauit E. dãdo ipsam totaliter C. volunt a/b/7 d. q̃ aliqua pars hereditatis/aut dos ma tris/aut aliquid aliud sibi concedatur/ex eo quia filius/et bonus est ipse E.

¶ De tertio modo practicandi figuram vtriusq3 iuris/ 7 modo litigãtium.



Tertius modus litigantium est eorũ qui nul lam arguunt in se culpã: cuiusmodi sunt hi/ qui sequuntur. Qui dam Lugdunẽs. duxit asinum suum ad pratum/ q̃d prope rhoda num tenebat: et quidam alius ciuis illius ciuitatis ligauit naui culam suam in littore siue ripa illius fluminis prope predictum pratum: eue nit q̃ asinus causa bibendi ingressus est nauiculam/et bibit: postmodum cepit pascere (existente adhuc in nauicula) et herbas arripere: sic pascendo inuenit vitem/qua ligata erat nauicula: et fregit suis dentibus eam: et sic ambo vi delz nauicula et asinus arripuerunt viam fluminis/ et submersi sunt. Domi nus asini petit sibi asinum suum restitui a patrono nauicule/ dicendo q̃ na uicula fuerat causa perditionis sui asini: et similiter patronus nauicule petit

sibi

sibi debere restitui naviculam suam a predicto dño asini: venerunt in iudicium: nunc queritur a iurisconsulto quis istorum sit in culpa: Jurista ponit terminos illius casus in figura iuris: et presupponit/ ꝙ dñs asini sit C. et patronus navicule E. vel ecõtrario: deinde investigat per triangulum viridem differentiam/ cõcordantiam/ et contrarietatem inter eos quo ad eorũ animas/ ⁊ corpora: et invenit/ ꝙ differẽtia erat inter C ⁊ E. numeralis: ⁊ concordãtia specifica/ et substãtialis/ ⁊ accidẽtalis: q̃ ambo sunt cives eiusdẽ civitatis/ gaudẽtes equaliter privilegiis ei⁹: est tñ cõtrarietas accidẽtalis in verbo phantastico: inquãtum intellectus vnius est cõtra intellectum alterius sine causa ⁊ fundamento: et per consequens absq; principio/ medio/ ⁊ fine: in quibus multiplicari possit talis contrarietas: nam in primis C non duxit asinũ ad suũ pratum causa nocendi E. nec E. ligavit suã naviculã in illo loco prope pratum vbi assuetus erat eam ligare causa nocendi C. nec in tali casu cõtrariari videtur iuri naturali: vt satis liquet ex ipso iure naturali: nec fuit aliqua cõtrarietas in hoc contra deũ/ ⁊ eius dignitates: ergo cũ cõtrarietas nõ habeat subiectũ in quo multiplicari possit de principio/ et medio vsq; ad finẽ/ ⁊ nõ detur pena sine culpa/ relinquitur/ ꝙ nullus eorum tenetur alteri: ac etiã q̃ plus dicit/ ⁊ ponit de entitate quo ad principium/ medium/ et finem: concordãtia que fuit in tali casu vnius ad alterum positiva: et eorum ad A B. ⁊ D. videlʒ ad ius divinũ/ naturale/ ⁊ positivũ/ que est substãtialis: ꝙ contrarietas obiectiva cõceptionalis in verbo phantastico cõtingens/ et accidentalis: nec põt talis cõtingentia derogare cõcordãtie substãtiali: que fuit in predicto casu: ergo nemo eoꝝ est in culpa: sed q̃ casus fuit fortuitus/ et a fortuna: ambo remanent dãnificati de per accidens/ ⁊ non a causa de per se.



Habito modo practicãdi figurã iuris/ ⁊ investigãdi ius cuiuslibet de modo reducẽdi oĩa iura positiva ad artẽ/ ⁊ verã scientiã hoc loco (ad mentẽ doctoris nostri) videam⁹. Sunt eñ quadragĩta rubrice ĩ corpe vtriusq; iuris: ad quas reduci possunt cetere: ⁊ oẽs simul ad verã artẽ/ ⁊ sciẽtiã: ⁊ sunt he/ emptio/ vẽditio/ cõmodatum/ redditio/ depositũ/ pmissio/ probatio/ cõfessio/ negatio/ dubitatio/ statutũ/ pcuratio/ ablatũ/ legatũ/ accusatio/ excusatio/ permutatio/ perditio/ inventio/ datio/ cõditio/ tormentum/ vituperium/ deceptio/ diffamatio/ furtũ/ luxuria/ proditio/ homicidium/ blasphemia/ inobedientia/ mendacium/ indigentia/ fortuna/ voluntarium/ ignorantia/ oblivio/ libertas/ servitus/ et presumptio. Et est sciendum/ ꝙ de tribus predictis formis generalibus sciẽtie iuris fieri potest vna maxima ſm ordinem artis inventive: ⁊ cuilibet maxime dari vna questio iuris: cui⁹ solutio in maxima significaret: et hoc modo scientia iuris que est de particularibus reduci posset ad eoꝝ iura vniversalia: ⁊ de ipsis haberi scientia proprie dicta: ⁊ per hunc modum possent iuriste oĩa litigia iudicare: ⁊ in brevi tẽpore ipsa p rationes naturales ⁊ necessarias determinare: ⁊ hoc exẽplificari põt in emptione ⁊ venditione.

De mõ reducẽdi oĩa iura positiva et particularia ad verã sciẽtiam et artẽ.

Et ad hoc ponit̃ talis casus. Quidã miles suũ equũ vẽdidit cuidã mercatori p centũ aureis/ in tali vẽditione in primis cõsiderãda est substãtia vtriusq;/ videlʒ vẽditoris/ ⁊ emptoris: que vna ⁊ eadẽ est specie: differũt tñ nũero: deinde substãtia equi ⁊ aureoꝝ/ q̃ gñe subalterno differũt. Est etiã in illa vẽditione cõsiderãda

quãtitas equi/ꝛ aureoꝝ:que quidẽ quãtitas est subiectiua forme emptionis ꝛ vẽditionis:ita ꝙ miles recipit oẽs aureos:ꝛ quẽlibet in suo põdere debito/ꝛ in specie auri:ꝛ etiã ꝙ qlibet aureus sit integer:hoc idẽ d3 mercator recipere in equo:videlꝫ qȝ equus sit integer/ et ꝙ habeat frenum/qȝ ei conuenit:quoniã ita oportet ꝛ ꝙ equus habeat sanitatẽ/quo ad qualitatẽ:ꝛ aurei sint boni:ꝛ hoc miles in vẽdendo suum equum promittere et asserere debet ipsum esse bonũ ꝑm estimationem aureoꝝ:ꝛ mercator aureos ꝑm speciẽ auri:et quilibet debet specificare qualitatem:vt miles equi:videlꝫ ꝙ est sanus/niger/albus ꝛc̃. ꝛ mercator auri: videlꝫ ꝙ est aurũ florẽtinũ/teutonicũ ꝛc̃. ¶ Cõsideratur etiã in tali emptione et venditione actio ꝛ passio:sicut miles qui habet actionẽ in denariis:et mercator ĩ equo: quia sit permutatio actionis ꝛ passionis:ita ꝙ miles actionem habebit in denariis ratione actionis/quã habuit in equo/ꝛ mercator actionem habebit in equo propter actionẽ/quã habuit in denariis:nã talis regula est in iure:ꝛ specialiter in cõtractu noiato:videlꝫ ꝙ re secuta ipso iure nascit̃ actio:ꝛ qꝛ quatuor modis precise fieri põt contract⁹. Prio mõ do qꝛ das. scdo do vt facias. tertio facio vt des. quarto facio vt facias:ꝛ ita passio est cõsequẽtia actionis:qm̃ si miles ꝑm veram iustiũ ꝓmittit vendere integrũ equũ/ꝛ bonũ/actionẽ habebit in bono auro: et in numero debito per verbũ noiato:ꝛ in sono audito illo verbo recolito per mercatorem intellecto/et amato:et si miles vendere non promittat equum sicuti est integrum et bonum/non habebit spiritualiter actionem in precio/ si sit intentio mercatoris emere bonum/et integrum equum pro centũ aureis: verũtamen vult ius/vt negligentia euitetur ꝑm rationem ꝙ mercator querat pͥmo illud a milite/qȝ de equo dici potest: videlꝫ si equus sit bon⁹/ ꝛ integer:aliter si nõ querat: imputetur ei. Est etiã relatio in emptione equi/inquãtum vnus vendit:et alius emit:ꝛ sic fundatur in mercatore ad militem/et in milite ad mercatorem:quoniã est mutua:et etiam in equo et auro:et sic quatuor sunt/sine quibus verus contractus esse non posset in emptione et venditione. ¶ Consideratur etiã talis cõtractus sub habitu generali/sub quo plures res empte et vendite possunt esse: sicut miles qui debet vendere equum sub habitu iusticie/prudẽtie/fortitudinis/ꝛ charitatis:ꝛ ideo dicere debet conditiones et modum equi:videlꝫ si habet bonas cõditiones/aut malas:quoniã propter bonas habet charitatem sibiipsi:ꝛ per malas suo ꝓximo:et si aliquod vitiũ est in equo/et miles mercatori non manifestat: cõtra iusticiã/prudentiã/fortitudinẽ/ꝛ charitatẽ vẽdit equũ/ratione cuius vẽditionis iusticia ipsum punit in bonis spũalibus/que veniũt per illã prudẽtiã/fortitudinẽ/ꝛ charitatẽ:ꝛ hec punitio pertinet ad deũ:nõ aũt ad principẽ: vt mercator sit ita diligẽs ad emẽdũ sub habitu prudẽtie/sciẽdo videlꝫ conditiones equi/priusq̃ denarios soluat:sicut miles vẽdit sub habitu prudẽtie: inquãtũ vult scire an aurei sint boni/ꝛ in põdere/in vẽditione/ꝛ emptione sunt verba assituata sub certis terminis:qm̃ miles assituat illa ꝑm vocẽ/que significat vẽditionẽ/ꝛ bonitatem/ꝛ cõditiones equi:ꝛ mercator illas assitutationes accipit in memoria/intellectu ꝛ volũtate:in quib⁹ verba militis sunt ita assituata sub spe vẽditionis:sicut littere sigilli in cera ponẽdo suas similitudines:et idẽ est in verbis que dicit mercator ad dandũ centũ aureos militi ꝓpter equum/que verba accipit miles in sua

memoria:intellectu/et voluntate. In emptione et venditione consideratur tempus verborum presentium/per que conueniunt miles et mercator:que si quidem conuētio est ꝙ miles tradat equū in illo eodē tēpore quo aureos recipit a mercatore: et ꝙ mercator in illo eodem tempore quo promittit aureos tradere militi equum recipiat a milite:iccirco tēpus tm̄ se habet ꝑm suam presentiam ad denarios/sicut ad equum:et si mercator denarios soluat/ ꝙuis equum nondum habuerit:retinere debet conditionem cum instrumento/ aut iuramento/ꝙ miles ei det equum/quem ei vendidit pro centum aureis infra tempus determinatum:et idem debet miles facere:si equum tradat mercatori:licet denarios nondum acceperit. Sicut tempus equaliter se habet ad presentiam denariorum: et equi et ad possessionem cuiuslibet:ita locus equaliter se habet ad possessionem denariorū/ et equi:videlȝ ꝙ in vno et eodem loco miles tradat equum mercatori/ et mercator denarios militi: verumtamē ratione impedimenti loci non conuenientis/ et etiam temporis in quibus miles et mercator mutuo se liberare nō possunt/ vult ius ꝑm iusticiam/charitatem/fidelitatem/et intentionem principalem/ꝙ in vno loco et tempore solui debeant denarij:et in alio loco et tempore equus debeat tradi:et si in illo interuallo moreretur equus/vult ius/ꝙ mercator non teneatur soluere denarios:vel si miles denarios iam recepit/ꝙ denarios illos restituere teneatur. ¶ Secūdum ꝙ data est doctrina de emptione ⁊ vēditione dari pōt de quali bet alia rubrica:deducēdo eā per omnia decem predicamēta:de quibus habetur vera sciētia ⁊ infallibilis.⁊ hec de vtroqȝ iure causa breuitatis sufficiāt.



Questiones in hoc nono tractatu ponimus:vt per eas artē clarificemus:et diuiditur in tres partes / quemadmodum quilibet predictorū. Prima pars erit de questionibus artificialibus. Secūda de peregrinis ad mentē cuiuslibet artificis. Tertia vo de memoria ⁊ epilogatione totius operis/⁊ pūcto quē querimus. ¶ Quo ad primā est primo vidēdū/ vtrū hec ars sit gn̄alis ad oēs facultates: probatū enī est in tractatu de introductione artis ꝙ sic:ex eo/ qꝛ habet principia omnino generalia:quibꝰ subalternātur principia aliarū scientiarum:vt manifeste patet in discursu totius operis. Sed cōtra dicet aliquis: si hec sciētia est ceteris generalis: ergo qui scit eam: scit omnes quibus ipsa est generalis : sed hoc est falsum:ergo et illud ex quo sequitur: dicitur ꝙ scientia potest duobus modis considerari:videlȝ habitu/et actu: ⁊ licet artista huius artis non sciat actu omnes scientias ratione intellectus/qui est successiuus in sua operatione:scit tamen potentia et habitu:nam plus est scibile habitu ratione potentie in qua est:ꝙ scitum actu/sicut patet in natura: nam plus est generabile habitu ratione potentie in qua est/ꝙ generatum actu:sic hec ars ē quidam vniuersalis habitꝰ ceteris scientijs applicabilis:manifestū est hāc scientiā esse generalē:cum subiectū illius sit ceteris subiectis aliarum scientiarum generale. Contra/quanto ens in natura magis est simplex: tanto magis est vniuersale: quia ad componenda se habet: per oppositum igitur quanto aliquid magis compositū/ minus est vniuersale/

ꝛ magis particulare: sed cũ termini artis sint magis cõpositi ratione sue maioris mixtionis/ꝙ alicuius ali⁹ sciẽtie: ergo sunt minus vniuersales: et sic non erit generalis aliis sciẽtiis: dicit ꝙ differẽtia est inter vniuersale qd̄ est actu/ꝛ vniuersale qd̄ est potẽtia: nã id qd̄ est vniuersale actu est particulare respectu eorum que sunt in potẽtia: ꝛ ꝑm istud vniuersale videt̃ ꝓcedere obiectio ex parte simplicitẽ: ignis em̃ simplex vniuersaliter se habet ad innumerabilia cõponẽda: isto eodem modo principia simplicia artis se habẽt ad infinita: ꝛ sic dicũtur esse vniuersalia in potẽtia: ꝛ lꝫ hec sciẽtia de istis vniuersalibus intẽdat/tanꝗ̃ de primis in essentialibus principiis: verũtñ principaliter intẽdit de vniuersali actu causato seu cõstituto de ipsis primis ꝛ simplicibus principiis: qd̄ est vtiqꝫ medium huius finis: scꝫ cõcludẽdo qd̄uis particulare sub illo contentũ: istud aũt vniuersale est cõpositum: et quãto magis compositũ seu mixtũ est/tãto plura sub se cõtinet particularia: quia quãto magis mixtũ est/seu cõpositum: tãto ex pluribus simplicibus principiis cõstat: ꝛ ꝑm istud vniuersale non valet obiectio: manifestũ em̃ est his qui per terminos huius sciẽtie discurrẽdi facultatẽ agnoscũt hãc artẽ omne scibile amplecti in generali/ꝛ particulari/seu speciali/ miscendo vniuersales seu gñales terminos hui⁹ artis particularib⁹ et ꝓpriis terminis cuiuslibet alterius sciẽtie. ¶ Cõtra. de generalib⁹ principiis gñales cõclusiones educũtur: nõ autem speciales/aut subalternate: ꝛ de speciali⁹ speciales: nõ aũt gñales: nec de specialibus isti scientie speciales illi sciẽtie: cũ igit̃ hec ars partim de generalibus principiis fit: vt patet in aliquib⁹ figuris: ꝛ de specialib⁹: vt patet de primo subiecto in theologia/aut secũdo: ꝛ sic de aliis: ꝛ cũ ex gñalibus principiis gñales cõclusiones in A. elici nõ possint: qm̃ quicqd est in ipso est ei propriũ/ꝛ nõ gñale: nec etiã ex specialibus principiis A. elici possunt cõclusiones generales: et sic de aliis: nec de specialibus A. speciales in C. aut D. quare videtur manifeste hãc sciẽtiã non esse ceteris specialibus scientiis generalem: cum nec de suismet principiis generalibus ex toto generaliter/nec de suis specialibus ex toto specialiter: nec etiã generaliter cõcludat in eisdẽ. Dicẽdum est primo ad illud qd̄ obiicitur de A. videlꝫ de deo/ꝙ generale quãtum ad hoc põt duobus modis considerari: scilꝫ quãtum ad rationẽ ipsi⁹ intellectus in deo: ꝛ sic deus est intellectui generale: id est vltimum ꝛ generalissimũ principiũ/mediũ/ꝛ finis: ꝛ in hoc nõ valet qd̄ obiicit̃ de A. Si aũt cõsideret̃ ꝑm rem: id est ꝑm ꝙ ipsum A. est in se: non est gñale: sicut quãtitas eius que nõ est quãtitas: sed potius immẽsitas. Et isto modo cõcedendũ est nihil esse generale in A. et ad illud qd̄ obiiciebatur de generali ꝛ speciali dicendũ est/ꝙ generalia ꝛ specialia possunt duob⁹ modis considerari. Primo p se simpliciter/et prout sunt in potẽtia: ꝛ isto mõ videt̃ valere obiectio: scd̄o vero modo ꝑm ꝙ aliqd̄ gñale habet necessariã attributionẽ ad aliud gñale: ꝛ ecõtrario: sicut bonitas ad magnitudinẽ: qꝛ posita bonitate/necessario ponunt̃ magnitudo: ꝛ econtrario: ꝛ posito vno triãgulo ꝑ ponunt̃ oẽs. eodem mõ sequit̃ de speciali: nã posita aliqua ṽtute aut vitio ponit̃ de necessitate ala: ꝛ sit̃ de gñali ꝛ speciali/ꝓut gñale hꝫ necessariã attributionẽ ad suũ particulare: nã sicut T. deductũ p vniuersalia principia hui⁹ artis: deinde deductũ in speciali ꝑm illũ modũ particulare reducet i suo vniuersali: ꝛ isto mõ pticulare inquiri põt sub suo vniuersali: ꝛ de ipo sciẽtia hoc

modo

mō haberi pōt:ꝛ secundū istū modū nō procedit obiectio. ¶ Utrū ista sciētia ad dat aliquid super alias scientias:et dicitur ꝙ sic:videlicet mutuā habitudinē et cōbinationē terminorum principalium:vt patet per alphabetum in diuersis figuris artificiatum/ad attingendam veritatem in diuersis scientijs artificiali ter:nam vna litera sub vno nomine in diuersis figuris diuersa representat:et cum nulla alia scientia tantum possit habitum sciendi sub ratione artificij:aut aliter multiplicare/sicut facit ista scientia:ergo ipsa addit super oēs alias scien tias. ¶ Cōtra/sicut se habet hec scientia ad omnes alias sciētias/videtur se ha here ad theologiam:cum sit sciētia cōmunis:sed si ita se habet hec scientia ad alias cōmunes scientias/ꝙ addat super eas:ergo se habet ita ad theologiaꝫ/ꝙ addit super eam:qō videtur esse falsum:nam illi scientie cuius subiectū est infi nitum impossibilis est additio:theologia vero est huiusmodi:cū habeat deū pro subiecto:ergo hec scientia non addit super theologiā:nec super alias:quod ꝓba tur sic.nulla scientia videtur generalior/nec magis additiua super alias sciētias cōmunes/ꝙ̄ illa cuius subiectum est infinitū:theologia est huiusmodi:ꝛ tamen non est additiua super alias cōmunes:non enim inferuntur cōclusiones princi piorum theologie in medicina/nec in logica/ꝛ sic de alijs:ergo ista scientia nō est additiua super eas:quia sequeretur/ꝙ haberet subiectum in plus infinitum/ꝙ̄ theologia:qō est impossibile:qꝛ super infinitum non est plus.dicendū est ꝙ quic quid habet theologia pro subiecto/idē habet hec sciētia pro subiecto/ꝛ plus:cū ad plura entia inuestiganda se extendat:ꝙ̄ ad deum/qui est subiectū theologie: ꝛ hoc per ipsa eadē cōmunia principia:que inuestigat de deo sub theologia/sicut per discursum huius artis manifeste patet:manifestū ergo est/ꝙ hec communia principia addit super theologiā/ex quo de eis concludit sub theologia sicut sub alijs cōmunibus scientijs.preterea addit artificium ꝛ modū inuestigandi veri tatem in qualibet scientia:nec valet obiectio:quia falsum est theologiam ha be re subiectum infinitum:ꝙ̄uis habeat deum pro subiecto:non tamē sub ratione qua deus est infinitus:sed sub ratione determinata/vcꝫ inquantum vnus/ꝛ tri nus est:et sub ratione qua est ab aīa finite intelligibilis/et non infinite/nisi ap prehensiue:quare non valet quicquid in contrariū obijcitur. ¶ Preterea/si ista sciētia est additiua sup alias sciētias:aut erit additiua entis/vel nihili:sed im possibile est ens addi super ens:cum sup ens nihil sit:quia sic sequeretur/ꝙ ens esset non ens:qō est ꝯdictio:ergo hec sciētia super alias nihil addit. ¶ Ad obie ctioneꝫ dicēdū est ꝑ T.viride ꝛ croceū/q̄ cadunt inter ens nō sub rōne entis in ꝙ̄tū ens:ꝛ ita valet obiectio/si sup ens inꝙ̄tū ens caderēt:sed inꝙ̄tū tale ꝛtm̄:ꝛ iō ens aduenlens enti nō sub rōne qua est ens:sed qua ratione est tantum ꝛ tale: vt faciat illud cui additur non magis ens:nec minus/sed alterū/ꝛ maius:ꝛ hoc mō possibilis est enti additio:ꝛ isto mō addit hec scientia sub ratione maioris non tamen sub ratiōe entis:quare non valet obiectio:nam miscendo principiū cum principio:ꝛ angulum cum angulo/seu triangulum cum triangulo sunt for mabilia in maxima copia argumēta/ꝛ rationes ad vnam cōclusionē:vel ad plu res:oportet ergo ipsum habitum ex quo proueniunt hec esse scientiā/eiusꝙ mix tionem tā vniuersalē esse aliquid:ad quod nulla alia sciētia attingit. ¶ Contra

E

partem videtur quod sic: nam quecunque idemptificantur omnibus modis preter operationem intellectus vnum significatur per aliud: sed pars et totum idem ptificantur omnibus modis preter operationem intellectus: ergo vnum significatur per aliud: maior est nota: quoniam secundum Aristotelem primo physicorum. frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora: et minorem probo: quia postquam pars totius ingreditur compositionem/ non cadit a sua significatione et ratio est: quia idemptificatur (vt predictum est) cum eo: et confirmatur tali medio. quelibet pars substantie est eiusdem nature/ et speciei specialissime cum toto ergo idem representat cum toto: in oppositum veritas: quod probatur sic. nullum totum retinet nomen/ nec diffinitionem suarum partium: ergo totum non significatur per partem/ nec pars per totum /consequentia tenet per Aristotelem primo peribermenias dicentem/ quod voces imponuntur ad significandum: et per Augustinum in primo de doctrina christiana. nemo enim vtitur verbis/ nisi aliquid significandi gratia. antecedens probo/ discurrendo per omnia genera totalitatum: nam triplex est totum/ vt totum essentiale/ vniuersale/ et integrale/ de toto essentiali manifestatur: nam homo non est sua anima / aut corpus / prout est eius pars essentialis: nec a simili substantia vniuersalissima est bonitas eius partialis/ nec magnitudo: quia tunc haberet conditiones dei: quod superius impugnatum est: esset etiam contra illud principium per se notum. omne totum maius est sua parte. quod si quis negauerit: dignus est pena et combustione secundum Aristotelem/ commentatorem quarto methaphysices/ et Auicennam primo sue methaphysices/ quousque concedat/ quod compositum non est compositum/ et causa formalis/ aut materialis non est causatum/ siue totum ex suis partibus in esse positum. et si dicas/ quod verum est de parte seorsum capta. contra. quotienscunque primum principium verificatur de aliquibus/ illa distinguuntur maiori distinctione/ distinctione rationis: sed communicari/ et non communicari/ causa et non causa verificantur de toto et suis partibus simul sumptis: ergo ipsa distinguuntur maiori distinctione rationis: non video quod reali distinctione (vt aliqui volunt) distingui possint: cum non sint res rate: nisi sumatur distinctio realis largo modo pro omni distinctione que est preter operationem intellectus: et sic ad mentem nominalium dicetur realis: cum apud ipsos omnis distinctio sit rationis/ aut realis: maior est Aristotelis .j. elenchorum: et minorem probo: nam omne causatum seu productum habens causas intrinsecas presupponit necessario vnionem illarum: aliter non possent agere: nec compositum constituere/ nisi prius sint vnite: sed substantia vniuersalissima est causata siue producta ex suis partibus essentialibus: ergo presupponit vnionem earum: tunc sic. vbicunque est presuppositio huius ab hoc/ ibi est prioritas nature: et per consequens distinctio ex natura rei: sed inter substantiam vniuersalissimam et suas partes essentiales est talis presuppositio: ergo etc. maior est regula generalis: et minor patet per supradicta. ¶ Item/ nulla causa causat seipsam: sed partes simul sumpte sunt cause totius: ergo etc. maior est nota: quoniam aliter esset/ antequam esset: et minor patet cuilibet bene intuenti: et si dicas / quod verum est ante resultationem totius: non tamen in esse resultato. Contra/ si totum in esse resultato non diceret aliquam entitatem positiuam/ et distinctam

a suis partibus ipsum in esse ponentibus: tunc non esset magis vnum/ ꝙ aceruus lapiduꝫ: qui verissime est sue partes: consequēs est falsum: ergo illud ex quo sequitur. et hoc patet ex primo physicorum/ vbi Aristoteles inuestigando differentiam inter totum et suas partes introducit regulam generalē. quecūqꝫ vni et eidem sunt eadem: inter se sunt eadeꝫ: sed per te corpus et anima homini sunt eadem: ergo et inter se quod manifeste est falsum: et corruptiuum totius phylosophie naturalis. id idem dicendū est de substantia /et eius partibus. ¶ Itē fide tenemus/ ꝙ Christus suscitauit lazarū: q̄ro nūc a te: an xp̄s suscitādo lazarū fecit aliqd /vel nō: si dicis ꝙ non/ ergo non suscitauit illum/ si dicis ꝙ sic/ nō partes: quia iam erant ante suscitationem/ ergo totalitateꝫ: qua differebat a suis partibus. dices forte euadendo/ et non soluendo/ ꝙ deus fecit vnionem partiū: et sic suscitauit illum: contra/ et adducam te ad maximum incōueniens: vcꝫ ꝙ xp̄s tūc nō esset vnus vnitate /totalitate/ ac personalitate propria ab vnitatibꝰ naturarum ipsum in esse ponentibus distinctus: quod est hereticū/ et contra sententiam Athanasij in suo symbolo dicentis/ ꝙ xp̄s est vnus non cōfusione substantie: sed vnitate psone. Idē Damascenꝰ i suo tertio sniarū capitulo. xj. vbi inquit/ ꝙ aliud est vnio: et aliud incarnatio: vnio vnibilium est vnio: sed ad quid facta sit coniunctio nedum ostendit: incarnatio vero seu humanatio ad carnem / seu hominem talem vnionem factam esse ostendit: et hoc manifeste patet: quoniaꝫ vnitas est quid absolutum: vnio vero quid respectiuum: et sic si ad esse totius nō requireretur aliud/ ꝙ vnio partium: non diceret magis vnū/ ꝙ aceruus lapidū quod est manifeste falsum: et si dicas/ ꝙ tūc in morte xp̄i fuit aliquid corruptuꝫ et deperditum: videlicet illa qualitas Christi: dicitur ꝙ nihil fuit in eo deperditum: sed solum fuit ibi separatio anime rationalis cum suo gradu a corpore et ab eiusdem gradu: sic et in resurrectione recuperauit non modo vnionem anime et corporis/ sed etiam et eorum graduum: ex resultatione quorum vna cū gradu dei verbi: quia secundum Anselmum eadem est collectio proprietatum/ qua Christus dictus est vnus totus et personalis vnitate/ totalitate/ et personalitate propria: et de hoc latius locuti sumus in libro de incarnatione verbi. ¶ Restat nunc videre de toto vniuersali/ et eius parte: certum est ꝙ substantia vniuersalissima inquantum substantia non est spiritualis nec corporalis per illam regulam. omne tale inquantum tale vbicūqꝫ reperitur semper est tale: sed si substantia vniuersalissima esset spiritualis: cum reperiatur in rebus corporalibus res corporales essent spirituales /et econuerso. De toto integrali et suis partibꝰ non debet esse difficultas: cum substantia vniuersalissima non sit totū integrale: sed vt difficultas in alijs euacuetur /certum est/ ꝙ sortes non est suum brachiū ⁊ non te conturbet illud: videlicet ꝙ totum concipi non potest absqꝫ qualibet eius parte/ nec pars segregata (totalitate tū totius existente integra) quoniam hoc nihil refert: sed accipe tu primo totum videlicet sortem secundum totum eiꝰ ambitū: ⁊ fac eiꝰ adequationē ad itellectū: ꝯponēdo illa q̄ sunt de entitate eius: deīde cōcipe ptē eodē modo: ⁊ inuenies si bene mēsuras actū itellectꝰ/ ꝙ totū magis dicit de entitate/ ꝙ eiꝰ ps: gr̄a cuiꝰ sortes sic ꝯceptꝰ distīguit a sua parte suo mō ꝯcepta: ⁊ hoc ꝓter opationē itellectꝰ: miror ergo vn̄ ē/ ꝙ homines nūc tpis circa talē ꝓncipiū ꝑ se notū cauillāt: nauicle eū fnia ob mathematicorū sit/ ꝙ oē totū

mal' & sua pte/ & et cōmētatoris i p'lo physicoꝝ dicentis/ q̄ oē totū q̄cūq̄ mō su
mat semp maius est sua parte: & p consequēs pars et totū diuersis significationi
bus significari debēt: quod est propositū. Ad ratiōnē aduerse partis dicitur/ q̄
licet omnes partes cū toto sint eiusdē speciei/ non sequitur propter hoc q̄ sint oi
bus modis idē: nā sortes et plato sunt eiusdē speciei: et tamen distinguūtur nu
mero. Adhuc querit logicus/ an substantia vniuersalissima vna cū suis accidē
tibus generalissimis/ videlicet q̄titate/ qualitate &c. sit terminus vniuersalis: et
dicitur q̄ sic nā substantia vna īpositione plura significat: sed adhuc restat diffi
cultas/ an sit terminus cōis terminans actum intellectus ad extra: an habeat so
lū esse per actū intellectus: & videtur nominalibus/ q̄ solū per actū intellectus
habeat esse: & eoꝝ visionē probant hoc modo/ nullū vniuersale est substantia sin
gularis/ & vna nūero: sed oīs substātia est vna nūero & singularis: ergo &c. maior
patet/ qm̄ si sic/ sortes erit aliquod vniuersale: et minor manifestat: quia ois sub
stantia vel est vna res/ vl' plures: si vna/ tūc est vna nūero/ si plures/ vl' plures res
singulares/ vel vniuersales: s; neutrū istoꝝ: ergo nec illud ex quo sequit. ¶ Item
Aristoteles i sua Metaphysica dicit/ q̄ īpossibile est qđcūq̄ vniuersaliter dicto
rū eē substātiā. In oppositū est veritas: vt pt; per oēs gñaliter doctores sctōs/ q
p auctoritate habēt: sicut p Aristotelē/ Auicēnā/ & cōmentatorē/ p diuersa cōcilia
ex quib' etiā pt; sectā illā noīaliū esse nullā: & Guilelmū eiusdē secte īceptorē re
petiuisse illa q̄ sancti viri maxīa cū vigilātia cassauerāt: put clare absq̄ aliqua
ābiguitate deductū est ī libro de incarnatiōe vbi: ideo hic paucis me expediā: ex
eo/ q: pudet me tot/ et tāta contra istā ineptā/ & falsā sectā adducere: cū pauciora
sufficiāt: tamen p discipulis meis Salamātice studētibus/ ad quos nedū perue
nit pdictus liber de incarnatione verbi/ aliqua dicā: & ī primis contra primā ob
iectionē Guilelmi ocbā ī sua logica adduco auctoritatē Damasceni l. iii. suaꝝ sē
tētiaꝝ dicētis. ois sba cōis est oīm sub se cōtentaꝝ hypostaseon: & fieri nō pōt: vt
ineniat pticularis & ppria nā/ siue sba: q: necesse eēt easdē hypostases & cōsubstan
tiales & diuersaꝝ sbaꝝ dicer/ & ī eodē capi'o. vi. oē qđ cōiter & ī multis cōspicit/ nō ī
aliq̄ qdē pl'/ & ī alio vo min' sba noiat. & ca. iii. nō dr̄nt hypostases s; sbam: s;
s; accidētia. Et Augu. cō arriū. nihil phibet diuersoꝝ noīm vnā eē sbaꝝ: nā duo
vi hoies eiusdē sbe & nature sūt: & Anselm' ī libro de īcarnatiōe vbi cō Nestoriū
q vniuersalitatē sbe negabat/ sic ingt. Cū oēs vt cautissime ad sacre pagine q̄stio
nes accedāt sūt cōmonēdi illi vtiq̄ nūc tpis dialecticis: īmo dialectice heretici/ q nō
nisi flatum vocis putant vniuersales esse substātias/ a spiritualiū questionum
disputatiōe sūt exsufflādi: q eñ nōdū intelligit quo mō in spē plures homines
sunt vnus hō: qualiter ī illa altissima natura ītelliget: quo mō plures psōe sunt
vn' deus: hec ille. dices forte q̄ licet plures hoies sint vn' homo vnitate conce
ptionali: non tamen reali. contra. nullus prius participat naturam sui posterio
ris: sed vnunquodq̄ particulare est prius tali vnitate conceptionali: ergo non
potest participare naturam eius: maior est de se nota: cum vnunquodq̄ ens
presupponat natura per quas hs esse: vt patet in essentialiter ordinatis et mi
nor etiam apud omnes est nota: nam talis vnitas conceptionalis aut nihil
est: aut posterior est omnibus his de quibus predicatur: ex eo/ quia pdictum

delicet cõtractiuã: ad quã referaẽ/vel specialẽ /aut totalẽ: si primo / et sic concedo tñ tũc nõ mereẽ dici materia: cũ nõ referaẽ ad eam: scdõ vero modo esse nõ põt sine forma ; vt patet cuilibet beneintuenti. ¶ Inuestigat etiam si materia moueatur ad formã motu naturali instãtaneo: vel successiuo: et videẽ ꝙ instanta neo: cum forma in istãti introducaẽ i materiã: ⁊ rõ ẽ: ꝙ nullũ simplex acqri põt per acquisitionem partis post partẽ: sed materia est quid simplex: ac etiam forma: ergo ⁊c. dr ꝙ licet introductio forme in materia sit instantanea per instantia litatem oppositam maiori successioni: nõ tñ absolute: cũ nullus agens naturale ad hoc sufficiat: hoc tñ concesso /dici potest ꝙ dispositio materie que est causa i troductiõis forme sit i tpe: hac de cã mot⁹ generationis alicuius successiuus dicitur: querit etiã phyfic⁹/ vtrũ prima forma esset: posito ꝙ prima materia nõ eẽt ens actu: ⁊ dicit ꝙ nõ: ⁊ rõ est: qm̃ nulla forma potest esse actu/ nisi hẽat operationẽ: sꝫ pma forma nõ põt habere opatiões sine materia: ergo ⁊c. maior ẽ nota de se: nã aliter esset otiosa /et vacua/ cõtra sententiam Aristotelis: ergo ⁊c. ¶ Ulterius q̃riẽ / vtrũ educaẽ de potẽtia materie: ⁊ dr ꝑm cõem opinionẽ/ ꝙ sic. cõtra. nullum ens per se agens/ ⁊ p se existẽs est de ente qd est p se patiens: sed forma est ens per se agens: ergo ⁊c. maior est de se nota: aliter esset oppositũ in obiecto/ vel qd id qd est mere patiẽs esset agens educendo/ ⁊ nõ agẽs: cũ soli forme cõpetat. q̃riẽ in naturalib⁹/ vtrũ oĩs forma ⁊ materia sit ꝯposita: et videẽ ꝙ nõ p Aristotelẽ primo phyficoꝝ/ dicẽtẽ ꝙ principia nõ fiunt ex his: nec ex alterutris: cõtra oĩs forma creata et naturalis est cõposita ex suis pricipijs innatis et coessentialibus: aliter non posset esse: nec ꝑ ꝯñs agere: pterea vtrũ in generatione forma sit magis agẽs q̃ materia patiẽs: et videẽ ꝙ nõ/ cũ cuilibet potẽtie actiue correspondeat sua potentia passiua/ p Aristotelẽ ex. v. Metaphyfices. contra. omne principiũ naturaliter agens in virtute et potestate precedit principium naturaliter patiens: sed forma est ens naturaliter agẽs: ergo ⁊c. maior est nota: qm̃ agẽs nũq̃ deficeret iformare /si materia nõ deficeret: ideo corruptio p prius incipit a materia q̃ a forma. ¶ Queriẽ vlteri⁹ / vtrũ materia prima sit cõposita ex quatuor elementis: ⁊ vr ꝙ non: nã elemẽta in ꝓprijs spheris existẽtia emanant ab ipsa: ergo ⁊c. cõtra: si materia prima nõ esset cõposita ex quatuor elementis: ipsa nõ esset principiũ gñationis ⁊ corruptionis: cõsequentiã probo: nã oĩs generatio ⁊ corruptio est ex qualitatibus quatuor elementoꝝ/ p Aristotelem i de morte ⁊ vita: ⁊ tñ formã icludere illas dici nõ põt: cũ ipsa sit simplex: ac etiam p eundẽ Aristotelẽ nõ sit elementũ: sed qd additũ elemẽto: ꝯcludiẽ ergo/ ꝙ si debet fieri generatio ex materia prima et ex forma aliqua / ꝙ talis materia rõne quatuor elementorum in se cõtentorum sit principium generationis et corruptionis. Ad argumentum supradictum diciẽ / ꝙ elementa sunt in duplici differentia: quedam sunt simplicia: et quedam mixta: materia prima est ex elementis simplicib⁹: mixta vero in proprijs spheris existentia sunt deriuata/ seu emanant a materia prima. Sed oritur alia difficultas / quid sit terminus generatiõis formalis/ an forma substantialis vltima illius rei/ vel gradus indiuidualis: ⁊ videtur primo ꝙ gradus indiuidualis: nam id est terminus formalis generationis a quo totũ formaliter denominatur: sed differentia idiuidualis est huiusmodi: ergo ⁊c. et cõ

et talem compositionem cōmendat doctor noster in omnibus locis/in quibus agitur de compositione/que de tino:et bili constat:et talis ab aliquibus dicitur metaphysica.vñ Aristoteles.qui dicit celum .dicit formam: qui dicit hoc celum dicit materiam.Unde aduertendum est/ꝙ cōiter forma totius dicitur natura materia vero gradus indiuidualis:vt in sorte humanitas: et sorteitas / tñ hec opinio doctori nostro nō placet:cuius rationem assignat: nulla forma absolui potest ab ipsa materia cuius est forma:sed humanitas absoluitur ab omni respectu:cum tantum sit humanitas/ per Auicennam quinto metaphysices: et &c.est ergo in homine forma totius homificatiuum:et materia homificabile. ¶Adhuc restat difficultas / an sint compositi ex materia et forma partis:hoc est ex materia physica et forma: et dicitur quod sic:vt vult autor noster in sententijs / et in pluribus alijs locis: nam bonitas Gabrielis informauit magnitudinem / durationem &c. et fuit informata ab eis: sic seruando iusticiam in actibus eorum posuerunt in esse predictum Gabrielem: qui motus est de non esse ad esse per predicta principia :ergo physice est considerationis per Aristotelem secūdo physicorum.¶Restat nunc ad argumenta aduerse partis respondere:et dicitur ad primum/ꝙ angeli appellantur substantie simplices per simplicitatem oppositam maiori compositioni:et dicuntur separate a materia generabilium ꝛ corruptibilium:non tamen ab omni materia.et ad autoritatē Aristotelis dicitur/ꝙ verum est de omni composito ex materia in tertio gradu non tamen ex materia in primo:quia illa spiritualis est:et non subiecta corruptioni/seu cōtrarietati:nec materia in secundo/licet sit corporalis.¶Adhuc maior restat difficultas/vtrū angeli et aīe sint cōpositi ex aliqua materia preexistēti? rñr ꝙ nō scdm doctorē nostrū in libro de ente reali/ꝛ rationis/et in pluribꝰ alijs locis:sed principia supradicta fuerunt creata pro Gabriele specifice:vel ꝓ raphaele/et ceteris:et ratio est:qꝛ quilibet angelus vel aīa suam facit speciem:sub qua nō sunt plura īdiuidua:ergo quilibet habet sua principia specifica. ¶Item si angeli essent compositi ex materia preiacenti: tunc ipsa esset contracta per formas contractiuas/et specificas ad esse angelorum et animarum: sed hoc est inconueniens:ergo et illud ex quo sequitur :antecedens est notum: ꝛ consequentiam probo:nam tunc forma contractiua esset creata /et sic esset bona/ magna &c.ꝛ per consequens non esset simplex:sed coincideret cum substantia vniuersalissima: et tunc esset inutilis repetitio.¶In oppositū videtur predictus doctor magister Raymundus in principio sui testamenti:qui tres gradus materie assignat:vnum attribuit angelis: alium celis: et alium elementatis: idem Alexander de ales in secundo sententiarum:et Bonetus in sua physica / qui ens limitatum diuidit in ens spirituale et corporale/et Johannes canonicus:qui substātiam finitā in suo conceptu communi ponit esse subiectū in philosophia naturali/et Augustinus de mirabilibus sacre scripture/vbi sic inquit .ex illa informi materia quam deus in principio ex nihilo condidit cunctarum rerum hoc est sensibilium et insensibilium/intellectualium et intellectu carentium in species multiformes diuisit:ꝛ Damascenꝰ i suo tertio capitulo.vj.oīs substātia cōis est omniū sub se cōtentaꝝ hypostaseon:et fieri nō potest vt inueniaꝛ particularis

⁊ propria natura sine substantia: quia necesse esset easdem hypostases ⁊ consubstantiales et diversarum substantiarum dicere. Et id idem pluribus rationibus probari potest. et primo sic. omne compositū ex genere et differētia est cōpositū ex materia ⁊ forma: angel⁹ est cōpositus ex gñe ⁊ differentia: ergo cōpositus ex materia et forma: maior patet p Aristotelē. v. methaphysices dicentē/ ꝙ gen⁹ sumit a materia/ differentia vero a forma: ⁊ cū null⁹ effect⁹ repiri possit sine sua causa/ sequitur ꝙ si in angelis cōsideraē genus/ ⁊ differentia/ ⁊ materia/ ⁊ forma et confirmaē per Porphiriū dicentem: ꝙ sicut statua constat ex ere et figura: sic species ex genere ⁊ differētia. ¶ Item/ omnis species est sub assignato genere: sed angelus est species: ergo est sub aliquo genere: maior est Aristotelis: ⁊ minor est nota apud omnes: assignetur ergo tale genus: et sic erit substantia: a qua immediate recipit predicationem: ⁊ dicitur genus generalissimum a Porphyrio: vt pꝫ in sua arbore: ⁊ ⁊ cū gen⁹ sit pri⁹ his de quib⁹ ꝑdicaē: q: est pricipiū specierū que sub ipso sunt/ per eundem Porphiriū: nā genera ꝑiacere oportet/ et in formata specificis differentijs perficere species; ideo quemadmodum genus se habet in scdis intentionibus ad suas species: sic et materia ad sua cōposita: sed genus generalissimum ē prius suis speciebus: ergo et materia prima a qua sumitur/ erit prior oibus suis cōpositis. vide alias rationes quas adduxim⁹ in tertia figura ꝓ hac parte. ¶ Ad argumēta superi⁹ dicta rñdemus: ⁊ prio ad doctorem nostrū in predicto loco/ dicit ꝙ ipse loquut⁹ est de ꝑiᵃ stētia subiectiua / et non obiectiua: nam omne illud qđ essentialiter ⁊ de ꝑ se predicatur de aliquib⁹ presupponitur ab his: et sic est prior natura in esse obiectiuo per illā regulā. vbicūqꝫ est presuppositio huius ab hoc/ ibi est prioritas nature: ⁊ prius est a quo nō ꝯuertiē subsistēdi ꝯsequētia: et si dicas/ ꝙ id admittit de prio corpore: ⁊ negat de substantia: crediē ꝙ hoc fecit/ ne videretur palam discedere a communi opinione: nā ob hanc cām multas ꝓpositiones ambiguas reliquit/ quas postmoduꝫ clare determinauit: vnde in questione. lix. super sententijs dicit/ quod inquantum anima est ex similibus principijs ex quibus est angelus cōstitutus/ est similis angelo per speciem. et paulo post ad argumenta heremite respondendo dicit/ ꝙ quilibet angel⁹ sua ꝓpria hꝫ principia ex qb⁹ ē cōstitut⁹. vñ sequiē/ ꝙ qlibꝫ angel⁹ numeraliṫ ⁊ ꝓprie sit suamet spēs: sꝫ iquātū qlibꝫ angel⁹ hꝫ sua ꝓpria pricipia equalia / et similia scdm genus remanēt eiusdem speciei: vñ sequiē/ ꝙ scdm dum indiuiduationem numeri angeli differunt specie: secundum modum autē assimilationis principiorū non. hec ille. et questiōe. lxij. vbi q̄rit: an plures angeli sint eiusdeꝫ speciei? dicit ꝙ oportet/ ꝙ plures angeli sint eiusdem speciei: cū de⁹ sit multomagis fruibilis per angelos/ qui sunt eiusdē speciei/ ꝙ per angelos qui non sunt eiusdem speciei: nam idemptitas speciei est coadiuuans multum ad deum intelligendū/ ⁊ amandum ⁊c. ergo concludendum est cum doctore nostro ꝙ angelis est aliquid ex natura rei cōmune/ quod prescindit ab his de quibus predicatur: quod necessario contrahitur per aliquas formas cōtractiuas (physice loquendo) ad illa de quibus predicatur: et illud est substantia vniuersalissima in arbore Porphyriana. et ad illud de forma ꝯtractiua/ videlicet ꝙ esset cōposita ex principijs/ si esset danda: dicit ꝙ non requiritur: nam simplex est/ nul-

lam gradū compoſitionis includens/et cū dicis/ꝙ tunc non eſſet bona/nec ma
gna / cōcedo formaliter:tn̄ nego intēſiue/et denoīatiue denoīatiōe extrinſeca:im
mo dico tibi/ꝙ magis competit deo creare formam ſimplicem:quam materiā/
cum forma ſit ſimilitudo dei:ex eo quia deus eſt forma et non materia: vnde
Ariſtoteles primo phyſicorum. forma eſt diuinum quoddam optimum: et
acceptabile/et ſic materia maiorificatur :et variatur a diuerſis formis ſecundū
capacitatem angelorum et animarum. ¶ Vlterius deſcendendo ad corpora-
lia querit phyſicus. Vtrum quatuor elementa ſint ſubſtantialiter/formaliter/⁊
actualiter in elementatis:et videtur quod non:et manifeſtatur pluribus ratio-
nibus:et primo ſic.quicquid conſtitutum eſt ſubſtantialiter de prima materia
non eſt idem quod elementa:quia ſic haberet formā actu/que eſſet idem quod
quatuor elementa:quod eſt impoſſibile:ſed omne mixtum naturale/generabi-
le/⁊ corruptibile quod dicitur elementatum conſtitutum eſt ſubſtantialiter
de prima materia ſub ratione quiditatis materialis: cum ipſa prima mate-
ria ad hoc conſtituta ſit de bonitate/ magnitudine : ergo nullum generabi-
le et corruptibile componitur ex quatuor elementis/quia ſi ſic/non eſſet mate-
ria:quod eſt impoſſibile:et contra principia naturalia: ergo ⁊c. ſecundo cum
vnūquodq; elemētorū rōne ſue ſimplicis forme/⁊ ſue ſimplicis materie in dſa cōcor
dantie ſine contrarietate ſuam ſubſtantiam ſimplicem conſequitur:impoſſibi-
le videt̄ aliqđ eorū alicuiꝰ elemētati ītrare cōpoſitionē:qm̄ ſi ītrat ꝯpoſitionē/ap
petit vtiq; eſſe cōpoſitū:et per cōſequens ratione contrarietatis ex cōpoſitione
ꝯuenientis appetit minoritatem concordantie inter ſuam ſimplicem formam
et materiam:et per conſequens ſuī pſius deſtructionem :quod eſt contra mate
riam.tertio cum finis qui eſt elementum ſit conſtitutum de ſubſtantiali bonita
te ⁊c.magis igitur eſt ſtabilis:nam ſi predicta elementa actualiter eſſent in ele-
mentatis reſiſteret ſubſtantia cuiuſlibet eorum ſubſtātie elementati/et econtra-
rio : et ſic oporteret vel quod alia aliam deſtrueret : vel quod triangulus ru-
beus eſſet minor in vtraq; :et quoniam concedendum eſt id per quod opera-
tio naturalis in meliori eſſe videt̄:ergo ⁊c.quarto arguit̄ ſic/ſi elemēta ſunt for-
maliter in elemētato/īpoſſibile videt̄ ꝙ ſint adinuicē in eo mixta/ratione cuius
nullū eorū eſt ibi actu ſubſtātialiter/ſ; potētialiter tm̄:cū illa natura ſiue ſpēs in
quā redacta ſunt/ſit ibi ſbaliter:op; vtiq; ꝙ ſint in eo ſcđm ſuas ſubſtātias cō-
tiguas/nō aūt cōtinue mixtas:qđ eſt falſū:ergo ⁊c.quinto.id ad cuiꝰ affirma
tionē ſequit̄ gn̄ationis ⁊ corruptiōis negatio ē falſū/ſeu impoſſibile:ſ; ad affir
mationē elemēti eſſendi ſubſtātialiter in elemētato ſequitur nō eſſe generatio-
nē ⁊ corruptionē:qr exiſtēte qlibet elemēto actu ſubſtātialit̄/vz formalr/⁊ mate
rialr ⁊ elemētatiuū nūq; elemētabile remotū poſſet ī elemētabili ꝓpinquo cōuer
tere ī ſubſtātiā elemētati:qđ eſt falſū:ergo ⁊c.ſexto.quoꝝ opatiōes ſunt ꝯtrarie
et nō vident̄ poſſe ſtare ſubſtātialiter ſimul:et multo minꝰ quāto plus mouent̄
ad inuicē ad ꝯtrarietatis opationes:ſi igit̄ elemēta ſunt ſubſtātialiter ⁊ forma
liter in eodē:ea quorū opatiōes ſunt ꝯtrarie/vz ignis/et aqua/⁊ aer/⁊ terra mo
uebunt̄ adinuicē ad ꝯrietatis opationes in ipſo elemētato/quolibet elemēto in
trāte aliud circulariter :ꝙ ſubſtātia cuiuſlibet cōfundit̄ ⁊ deſtruit̄ in eodē/ergo

nō sunt i elemētato actu.septimo auctoritate Aristotelis dicētis(pmo physicoꝝ ꝛ in de gñatione ꝛ corruptiōe)elemēta nō manere actu in mixto/sed virtute. In oppositū est veritas:ꝛ ꝓbaꝛ pluribꝰ rationibus/ꝛ pmo sic. vbicūqꝫ est gñatio ꝛ corruptio/ibi de necessitate reperiunꝛ quatuoꝛ qualitates:sed in quolibet elementato est generatio ꝛ corruptio:ergo quatuoꝛ qualitates elementoꝝ sunt de necessitate in eo:maioꝛ est nota per Aristoteles in de morte ꝛ vita/vbi habeꝛ/ꝙ ois generatio fit p calidū ꝛ humidum :corruptio vero per frigidum ꝛ siccum: ꝛ minoꝛ patet in quolibet:tunc sic:vbicūqꝫ reperiūtur quatuoꝛ qualitates elementoꝝ/ibi reperiunꝛ ꝛ ꝓpria subiecta :sed in omni elementato reperiunꝛ quatuoꝛ qualitates:vt ptꝫ discurrendo:ergo ꝛ ipsa elementa : maioꝛ est manifesta: qm̄ p Boetiū/accidētia sunt malignantis nature:pmi enim possunt/trāsmutari minime:ex eo/ꝙ non possunt dimittere ꝓpria subiecta/ꝛ manere p se naturaliter:nec tēdere in alia subiecta. ¶Item si quatuoꝛ elementa nō essent substātialiter ꝛ actualiter in elementatis/ sed tantum virtualiter:tūc nō haberent ipsa elementata ex quo essent: nec essent de gñe substantie:cū virtutes sint accidētia: nec per cōsequens haberēt naturam/materiā /nec formā/nec per cōsequens motū/ instinctum/longum/latū ꝛc.cū oia predicta substantiam arguāt.plura alia incōueniētia sequerenꝛ:que in dissoluendis ꝑdictis argumētis latiꝰ patefiēt. ¶Ad primū respondetur per triangulum viridem:nam essentia actiua et passiua cuiuslibet elemēti aggregata est de bonitate/magnitudine ꝛc. substātiali ꝛ accidentali:vt patet de potētia igneitiua calefactiua in igne/ ac etiam de potentia passiua/ vꝫ de ignificabili calefactibili:et sic de vnoquoqꝫ alioꝝum elemētoꝝ scd̄m suas ꝓprias ꝛ appꝛopriatas qualitates:qm̄ ignis non potest esse calidus / nisi sit sicc⁹:nec aer humidus/nisi sit calidus:ꝛ hoc in elementatis:eo qꝛ forma ignis nō pōt calefacere/nisi desiccet :nec eius materia calefieri /nisi desiccetur:et sic de aliis suo mō:et cū inter oia elemēta nō sit nisi vna ꝓpria caliditas/que est ignis ꝛ vna ꝓpria humiditas:q̄ est aeris:ꝛ sic de aliis hm̄i/manifestū est / ꝙ oia elemēta mixta sunt adinuicē agētia ꝛ patiētia inter se adinuicē/ꝛ replentia qcquid est sub cōcauo orbis lune:ita ꝙ oēs quatuoꝛ materie cōstituunt vnam vniuersalē materiā:quā dicimus primā:ꝛ oēs quatuoꝛ forme vnam vniuersalē formā: alio quidē modo impossibile est materiam primā esse subiectū generationis et corruptionis:p hoc soluitur ꝑdictū argumentū/negando maiorē:ꝛ cū dicebaꝛ vlterius/ꝙ materia prima non est idē qd̄ elemēta /verū est quo ad formā/ꝛ diuisim:sed falsum est quo ad materiā mixtim:ꝛ cū videꝛ probari/ꝙ haberet formā actu/cōcedeꝛ formā vniuersalē.ꝛ vlterius cum diciꝛ/ꝙ esset idem ꝙ quatuoꝛ forme elementoꝝ/qd̄ est impossibile:verum est qd̄ istud impossibile sequiꝛ ex pte finis :nō aūt ex pte principii:nullū eni inconueniēs sequiꝛ plura principia materialr ꝛ formalr diuersa/ꝛ cōcordātia /cōstituentiaqꝫ de seipsis vnū finē/vꝫ vnā cōmunem formam ex suis formis/ꝛ vnam cōem materiam ex suis materiis / scꝫ vnam cōem substātiā ex suis quatuoꝛ substantiis:aliter sequereꝛ/ꝙ substātialis finis esset sine suis principiis in qbus fundaꝛ ꝛ in qbꝰ sustinetur ipse finis:qd̄ est impossibile:quare nō valet obiectio. ¶Ad scd̄m dicendū est p triangulum croceum et rubeum in viridi scd̄m primā intentionem/ꝛ scd̄am/ꝙ plus est differen

tiā/cōcordātiā/ꝛ ꝯtrarietatē se habere ad vnum finē:ita ꝙ cōtrarietas priuet cō trarietatē illi cōcordantie:ꝙ si differētia ꝛ differentia cōcordantia sine cōtrarie tate ꝯcordātie ipi ꝯcordātie se bērēt ad vnū finē:ꝛ ita lꝫ elemētū simplr̄ q̄ ad sim plicitatem suam immediate nō haberet cōtrarietatē sibi contrariātem:hꝫ tamē in habitu contrarietatē priuatiuā cōtrarietatis :de qua cōtrarietate priuatiua appetit agere:eo qꝛ ratione simplicitatis sue appetit agere de concordantia sine cōtrarietate sibi cōtrariāte intra se ꝛ extra:aliter nō cōseruaret opus nature:ꝛ ideo qōlibet elementū naturaliter appetit cōcordare cetera elemēta sibi:ꝛ cōcor dari opposito illi⁹ cōcordātie/nō aūt ꝙ cetera elemēta cōcordent illud ad se/nec cōtrarient ei:ꝛ qm̄ oia quatuor elementa sunt in triangulo viridi ad quatuor fi nes intentiōe cōtrariat per accidens aliud alij:ꝛ p hoc soluit/cum dicebatur/ꝙ vnunqōq; elementorū sine cōtrarietate suam substantiā simplicē cōsequit:verū est sine ꝯietate sibi ꝯtrariāte priuatiua opposita sue concordantie:ꝛ cū dicebat ꝙ ꝓpter hoc videt impossibile aliqō eorū alicuius elementi intrare cōpositionē dicendū est/ꝙ istud impossibile staret/si qōlibet eorū nō appeteret agere de sua cōcordantia simplici/nisi in seipso simpliciter:sed qm̄ tanta fecūditate agit qōli bet elementorū de sua simplici cōcordantia in seipso/ꝙ de eodē appetit agere extra seipsum/ꝛ sic appetit naturaliter intrare cōpositionē:ꝛ sic p cōsequens ꝓ ducit contrarietatem de suo habitu ad priuandum omnem cōtrarietatē cōtra riā illi cōcordantie:quare nō vꝫ quātum ad hoc id qō obijcitur.ꝛ p hoc etiam sol uitur vꝫ per interemptionē ꝙ non appetit minoritatem cōcordantie inter suaꝫ simplicem formam ꝛ materiam ratione cōtrarietatis ex cōpositione ꝓuenictis: qm̄ illa cōtrarietas extra appetitum suum venit ei p accidēs. ¶ Ad tertiū dicē dum est p maioritatem concordantie operationis/ꝙ maius principiū maioreꝫ operatur finē/ꝙ̄ minus principium:qꝛ si elementa sunt substātialiter in elemē tato tanꝙ̄ principium per rectam proportionem ꝛ concordantiam ad vnum fi nem q est substātia elemētata:sic ꝓducit substantia de substātia existēs idē ex p te principij :cū ipa natura de qua ꝓcedit:ꝛ p cōsequēs maior finis/eo ꝙ ipsum pricipiū tāte substātialitatis est i seipo/ꝙ cōicat eā in substantiā exteriorē:ꝛ p cō sequens maior in ꝓdicto fine:qꝛ principiū ipsius finis est substātiale:ꝛ p hoc re spondēdū est ad obiectionē/cū dicebat/ꝙ finis q ē elemētū cōstitutū/ꝯstitutū sit radicaliter de bonitate/magnitudine ꝛc.verū est finis interior imediate/ nō aūt exterior:ꝛ p cōsequens cū dicebat:magis igit est stabilis /magisq; altera repu gnant ꝛc.verum est intra:sed adhuc magis est stabilis:magisq; alteratiōi remo tus/si sit tantum intra se in substantialitate/ꝙ de se alium finem substantialem producat extra:nec extra alterari potest:cunq; impossibile sit elementum esse ex tra seipsum: quare non valet conclusio. ¶ Ad quartum dicitur/quod illud es set impossibile/nisi quiditas cuiuslibet elementi esset in ipso elementato:et licet ipsa elementa mixta sint / et digesta adinuicem existente minima parte cuius libet in minima parte cuiuslibet implicando quantitatem continuam per to tum elementatum/propter hoc tn̄ non corrumpitur/nec anihilatur esse substā tiale cuiuslibet eorum existentium sub ratione principiorū substātialiū/ de qui bus elementatum constat sub ratione finis:ꝛ p hoc soluitur obiectio/ vbi dice

batur/ si elementa sunt in elementato /impossibile est &c. quia licet elementa ratione finis reducta sint in aliam naturam/seu speciē existentē ex parte ipsius finis substantialiter in illo fine actu/nullum inconueniens sequitur/quin ex parte principiorum substantialium de quibus ille finis substantialiter constat:sicut ipsa elementa substātialiter tanq̄ principia substantialia in illo fine :nec tñ sunt ille finis:immo etiam ita est necessarium :aliter enim impossibile esset sequi ipsum finem substantialem :quare non valet obiectio :aliter sequeretur/q̄ agere propriū substātie elementi esset i mixto /non emanans a sua substantia propria:sed a virtute et potentia ipsius substantie:ita videlz q̄ ignis esset calefaciens ipsum elementum in elementato:non quo ad substantiam suam/ sed quo ad potentiam et virtutem ipso elementato calefaciente semetipsum:ita actio propria cuiuslibet elementi esset magis propria plāte/ q̄ elemento cuius est ipsa actio ratione existentie substantie elementati:et priuationis substantie elementi:sed cum hec omnia sint inconuenientia /constat oppositum esse in veritate . ¶ Ad quintum respondetur per triangulum viridem : quod licet humidum radicale/ et humidum nutrimentale ambo substantialiter constituant esse elementati: nihilominus falsum est humidum radicale non esse substantialiter in elementato :similiter et humidum nutrimentale /vnde quatuor substantie elemētorum totam concauitatē lune constituūt :ergo impossibile est/quin ipsa quatuor elementa sint substantialiter et actualiter in tota substantia mundi :aliter enim sequeretur destructio conditionis trianguli rubei: videlicet q̄ posito fine substantiali actu non poneretur vtiq̄ principia eius substantialia actu:possunt tamen poni principia substantialia in consistentia extrema actu: et tamen non poneretur finis:non tamen econuerso:& per hoc soluitur obiectio concedendo maiorem:et interimendo minorem:et ad probationem quādo dicebatur: q̄ existente quolibet elemento actu &c. dicendum est q̄ duplex est id existere actu ex parte principij/et finis simpliciter :et sic vera esset obiectio /si elementa essent isto modo substantialiter in elementato :quia ex quo se haberent ad suum finē simplicem:vt sic impossibilis esset generatio et corruptio :est autem aliud existere ex pte pricipij simpliciter:& ex parte finis cōpositi:et isto mō sunt elemēta i elementato substantialiter :et hoc simpliciter ex parte principij/et quia ille finis in quo sunt est per generationem et corruptionem cōpositus:potest vtiq̄ per generationem et corruptionem deponi/et componi alius finis eisdem principijs substantialiter existentibus:quare nō valet obiectio . ¶ Ad sextū dicendū est p triangulum viridem in triangulo rubeo:q̄ elementa existētia principia elemētati formalia& materialia ꝯstituūt elemētatū p triāgulū viridē:ita q̄ in elemētato operantur de differentia in concordantia /in contrarietate et econuerso :aliter enim elementatum non esset generationi et corruptioni subiectum :quod falsum est: et secundo si deperit de substantia intrinsecus ratione contrarietatis restauratur ab extrinseco ratione concordantie:quare cum in elementato non sit immediate contrarietatis operatio :sicut nec concordantia/ non valet obiectio:& ideo q̄ ignis & aer/& aer & aq̄ /& aqua & terra/& terra & ignis mouentur circulariter:ad cōcordātie operatiōes mouent ignis/et aqua :aer et terra ad ꝯtrietatis opera-

tiones/ et non econtrario: et quia contrarietas est medium ad concordantiam: nec est per se/ nec immediate in elementato/ non valet obiectio. ¶ Ad septimum dicitur/ quod si Aristoteles intellexit per illud esse virtuale esse remissum/ sana est intellectio: quoniam in vno elementato non possunt omnia elementa esse in esse extenso: sed oportet/ quod vnum habeat predominium: et quod alia sint in esse virtuali/ seu mortificato: tamen secundum sectatores eius videtur quod non fuerit intellectio sua talis: vt manifestatur signanter per eius commentatorem/ qui oppositum tenet. ¶ Vlterius queritur/ vtrum omnes partes elementati sint in ipso elementato/ videlicet vna pars in alia? Ad solutionem et determinationem huius questionis inuestigat artista huius artis dignitates/ vnitatem/ et essentiam diuinam: que vnum summum ens quod est deus dicunt: deinde similitudines eius in omni substantiali creata: cum deus omnem creaturam ad similitudinem suam creauerit inquantum creatura eius similitudines recipere potest: et ideo attingit/ quod bonitas creata elementi existens bonitas in magnitudine et in agendo creata existens magnitudo in bonitate/ et sic de alijs/ quod bonitas inquantum est bonitas intantum est magna/ et inquantum magnitudo est magnitudo/ intantum est bona: quoniam si bonitas non esset tantum in magnitudine/ quantum ipsa est intantum esset nihil: quia intantum esset sine quantitate: quod est impossibile vel si magnitudo non esset intantum bona/ quanta ipsa est/ intantum mensuraret nihil: quod est impossibile: quod satis patet per eorum diffinitiones: quare necessario sequitur/ quod tota bonitas elementi sit in magnitudine: et tota magnitudo elementi in bonitate: et sic de alijs partibus radicalibus elementi: et ideo quia quelibet earum est in alia essentialiter: agit quelibet earum in aliam essentialiter: et sic agendo constituunt essentiam actiuam et passiuam elementi/ vel formam et materiam elementi: ex quarum coniunctione sequitur esse substantiale elementi/ agente forma in suam materiam sub ratione actiue bonitatis/ magnitudinis/ etc. et patiente ipsa materia sub ratione passiue bonitatis etc. Contra hanc positionem arguitur pluribus mediis/ et primo sic. cum elementalis bonitas non sit per se corpus: et sit creatura distincta a magnitudine/ et econtrario/ videtur impossibile/ quod essentialis bonitas veritas sit in magnitudine: nec per consequens econtrario: vnde cum neutra illarum sit corpus: impossibile est quod alia sit in alia: ita quod quelibet sit continens/ et contenta: si autem alio modo alia sit in alia/ erit vtique tanquam accidens in accidente sine subiecto: et sic essent partes accidentales/ de quibus substantia constitueretur: quod est impossibile: ergo bonitatem esse in magnitudine vel econtrario est impossibile: et eodem modo sequitur de ceteris partibus elementi/ secundo sic. impossibile est differentiam que est in concordantia esse in contrarietate/ vel differentiam que est in contrarietate esse in concordantia: cum impossibile sit aliud oppositum esse in alio: sed differentia concordantie est in elementato/ videlicet ignis/ aeris/ et terre: ergo etc. tertio si esse principij est in fine: impossibile est eam esse in medio: cum medium et finis non sint idem: nec etiam aliud eorum in reliquo: quia tunc tam cito esset principium in fine/ quam cito in medio: quod falsum est: cum medium habeat precedere finem: nec etiam finis est in principio/ vel econtrario: cum sit impossibile perfectum esse imperfectum: nec similiter medium

in vtroq;:quia sic non esset motus/nec operatio intrinseca in ipso elementato: quod est impossibile ergo ꝛc.quarto impossibile videtur / ꝙ maius in minore possit esse/vel econtrario:nisi maius minori superfluat:quare videtur impossibileꝙ i elemētato cholerico ignis i q̄rto gradu/possit eē i aq̄:cū sit i p̄mo gradu/ nisi itātū quātū ipsa est:ꝛ idē ē de ceteris elemētis rōne maioritatis/ꝛ minoritatis / q̄s hn̄t respectiue:ergo maioritas nō videt̄ esse i minoritate/nec ecōtrario: nec per consequens in equalitate.quinto impossibile est non ens esse in ente/vel ens in non ente:quia sic sequeretur/quod nihil esset aliquid / et aliquid nihil/ quod est contradictio/impossibile enim est nihil habere esse vel in se/vel in alio: ꝛ aliqd nō esse vel i se/vel i alio:ergo gn̄atio nō est i corruptiōe/nec ecōuerso:nec per consequens pars generabilis in parte corruptibili/nec econtrario:secundū hoc igitur partes elementati non sunt vna in alia.Sexto quorū diuersa sunt loca ꝛ diuersi situs impossibile est partes eorum conuersas esse alia in aliam : ita quod partes huius sint in partibus illius:sed ita est ꝙ in elementato vt in animali os et caro diuersa habent loca et diuersos situs:quod manifeste patet ad sensum:manifestum est igitur/ꝙ partes ossis non sunt in partibus carnis :nec econtrario:et tam partes huius / q̄ȝ partes illius sunt partes elementati . constat ergo ꝛc.In oppositum est veritas vt manifeste patebit in dissolutione argumentorum :et ad primum respondetur per triangulum viridem:nam intellectus attingit differentiam et concordantiam bonitatis / et magnitudinis in principio/medio/et fine elementi simplicis et compositi :ideirco attingit ꝙ existentibus differentia et concordantia inter diuersas bonitates et diuersas magnitudines ꝛc.ad vnum finem constituuntur :vt sit de ipsis corpus: et sic licet bonitas non sit per se corpus/nec magnitudo per se corpus ꝛc.est vtiq; quelibet earum de natura corporea/ꝛ essentialis pars corporis : quia ipsis existentibus vnitis adinuicem alia in alia sit substantia corporea:et per hoc soluitur /cuȝ dicitur :cum elementalis bonitas non sit per se corpus ꝛc.videtur impossibile/ ꝙ elementalis veritas sit in magnitudine bonitatis ꝛc.dicendum est ꝙ non valet: quia ad hoc ꝙ bonitas sit in magnitudine/ꝛ econtrario sufficit/ ꝙ quelibet sit de natura corporea :vt cum vnitate fuerint adinuicem vna cum alia / resultet vnum corpus substantiale:inde interimitur ista cum dicitur/cum neutra illarū sit corpus/impossibile est ꝙ alia sit in alia:ꝛc.et sic non valet obiectio / differentia /concordantia/et contrarietas sunt partes elementati/est autem differentia in concordantia et econtrario/sicut inter ignem et eius quantitatem :aut inter ignem simplicem/aut compositum /aut inter formam/et eius materiam/ et inter bonitatem/magnitudinem ꝛc.hoc quidem est de aere/ et de ceteris elementis .preterea in eodē elementato est differentia in concordantia ignis/et aeris/ꝛ econtrario:et ignis in aere et ecōtrario:quia bonitas ignis est in bonitate aeris et econtrario.et quantitas ignis in quantitate aeris/et econtrario :et caliditas ignis in humiditate aeris/ꝛ econtrario/influente ipso igne caliditatem:et cetera accidentia sua cum subiecto ipsorum accidentium in ipsum aerem recipientem ab igne influente :ꝛ aer in aquam/et aqua in terram:et terra in ignem recipientem terre beneficium:vt superius dictum est:et omnia copulantur ad vnum ter

minum communem/qui est elementatũ:ergo ⁊c. ¶ Ad secundam dicendum est posito toto triangulo viridi sensuali in omnibus angulis suis per triangulum rubeum/ꝙ differentia/concordantia/et contrarietas est inter differentiam et differentiam/concordantiam et concordantiam:contrarietatem et contrarietatem:quia in elementato quedam sunt differentie concordes contrarie: sicut inter ignem aquam/et habente caliditate tantam concordantiam cum igne ad multiplicandum eum/et ipso igne tantam similiter cum ipsa caliditate ad multiplicandum eam/ꝙ hec concordantia generat contrarietatem inter istam differentiam concordantem/quam habet aqua cum frigiditate sua :et econtrario. hoc idem sequitur de aere et terra.et quedam sunt differentie concordes habentes concordantiam / sicut inter differentiam concordem ignis et caliditatis/ et differentiam concordem aeris / ⁊ humiditatis: ⁊ sicut inter differentiam concordem aque et frigiditatis sue:⁊ iste bene se compatiuntur esse alia in aliam immediate:et ista differentia concordantie aeris / et humiditatis est medium per quod predicte due differentie concordes contrarie scilicet ignis/et aque sunt alia in alia mediate/non autem immediate/⁊ per hoc soluitur obiectio:et sic oppositum non est in suo opposito immediate :mediate autem esse potest:et sic nõ valet obiectio. ¶ Ad tertiũ dicitur/ꝙ(vt probatum est in superioribus)sicut circulus est in quadrangulo / et econtrario:et per consequens omnes partes eorum :alie in aliis:sive alia in alia:vt quilibet eorum sit i alio : est autem ratione circuli principium in medio /et in fine / et econtrario: quod patet :quia idem ignis est circulariter/quadrangulariter/et triangulariter per omnes rectitudines in principio/medio/et fine cuiuslibet aliorum elementorum / eodem modo est vnunquodqꝫ aliorum elementorum/ad hoc vt sit motus in pleno:et econtrario ad conseruandum /vel priuandum elementatum :vnde nihil repugnat idem diuersis respectibus esse in diuersis /et diuersa in eodem :immo etiam necessarium est:aliter enim destrueretur cursus nature in elementatis:et per hoc patet solutio ad id quod obiiciebatur:et dicendum est/ꝙ eodem respectu verum est: quia si esse principii est in fine/impossibile est ipsum esse in medio : prout est in fine:nec etiam econtrario:et quo ad hoc bene concludit:quia tunc tam cito esset principium in fine naturaliter/ꝗ̃ in medio:esse quippe medium naturale vt sic habet naturaliter precedere suum finem:non autem temporaliter:et in hoc bene procedit obiectio:sed prout idem principium alio modo est in medio : vt forma in materia/et econtrario:et alio modo in fine/vt forma in formato/et econtrario:et materia in materiato/et econtrario:et sic patet quid dicendũ sit ad obiectionẽ:verũtñ intelligere quomõ idem est in diuersis/et econtrario /est punctꝰ trãscendẽs :qui quidem punctus declaratur /est enim omne indiuisibile in pluribus locis totum(vt deductum est superioribus de anima) cum oẽ indiuisibile vbi est totũ sit:nõ tamen localiter/sed diffusiue:qm̃ implicat ꝯtradictionẽ vnũ ⁊ idẽ corpus naturaliter localiterqꝫ esse in pluribꝰ locis:vt ptꝫ de amphora a aqua plena/⁊ vacua:nam si aqua esset in vacua /esset plena ⁊ non plena : qd̃ est pura ꝯtradictio:maioritas/equalitas/⁊ minoritas sunt ptes eiusdẽ elemẽtati:cũ sine ipsis elemẽtatũ esse nõ possit:sicut nec totũ sine ptibꝰ suis:qd̃ ptꝫ:nã i elemẽtato cholerico est ignis existens in maioritate:et cum ignis sit in ceteris elementis/

tum ad esse/ et corruptio ad nõ esse: et qm̃ vtraq; est in singulis partibus elemẽta ti: q2 quelibet tota subiecta est gñationi/ et corruptioni ratione motus et operationis triãguli viridis/ rubei/ et crocei/ elemẽtorum est quelibet pars in possibilitate essendi/ vel non essendi/ est generatio in corruptione/ et ecõtrario entis elemẽtati: in quo siquidẽ ente elemẽtato est nõ ens ratione impossibilitatis entis: qd corruptum est in eodẽ: et est ens in ipso eodẽ ratione necessitatis entis: qd generatum est in eodẽ: quare ex hoc sequit/ q pars elemẽtati est in parte: aliter pars nõ generaretur in parte: nec corrũperetur a parte/ qd falsum est: nec partes etiã elemẽtati essent subiecte prime materie/ nec ecõtrario/ in qua elementa et partes eorum sunt in cõfusione et in potestate essendi/ vel nõ essendi specifice: que depuratur/ cũ elemẽta se inclinãt ad aliquod esse specificũ ratione gñationis/ et ad nõ esse specificum alterius ratione corruptionis: ergo etc. ¶ Ad quintum dicitur/ q differentia est inter ens et nõ ens: quia multis quidem modis põt nõ ens cõsiderari: videlz q nunq fuit/ et nunq erit: et istud nõ ens si habet aliquod esse/ ipsum est in ratione phantastica ipsius intellect9: et quãtũ est ex parte rei bene pcedit de isto obiectio: et est aliud non ens qd fuit ens: sed modo est non ens non respectu huius qd nũc est: sed respectu huius qd fuit/ est modo nõ ens: vt Cesar et Socrates qui nõ sunt/ sed fuerunt: veruntñ id qd fuit cesar seu socrates ratione materie est ens in ente: et est non ens in ente sub ratione cesaris: et ita nõ valet obiectio: quia quando dicitur/ non ens est in ente: sensus est/ id qd fuit aliud ens est modo corruptum a specificatione illi9 entis existẽtis alterũ ens in ente alio per motũ et mixtionẽ/ et de isto non ente qd habet fieri per corruptionẽ intẽdit figura tertia: nõ autem de illo nõ ente primo dicto: qd nec generatio/ nec corruptio (cũ sit simpliciter nihil) possunt cõuertere in ens. ¶ Ad sextũ dicit p triãgulũ viridẽ/ qui est inter partes et partes elemẽtati: videlz inter partes simplices/ q sunt elemẽta/ et partes elementatas ab eis cõpositas: que sunt caro/ neruus/ os/ medulla etc. est etiam inter partes simplices que sunt principia radicalia videlz bonitas/ magnitudo etc. et partes simplices ab eo cõstitutas: que sunt quatuor essentie simplices elementorum: ita q bonitas sub essentia ignea/ et sub essentia aerea/ aquea/ et terrea in toto elementato/ in carne/ in neruis/ in ossibus/ in medulla/ et in oibus membris/ in magnitudine existente sub eisdem essentijs/ et econtrario magnitudo in bonitate/ et sic de alijs partib9 radicalibus/ ad istum finem qui est ipsum elementatum: et ita sicut bonitas/ magnitudo etc. alia in alia simpliciter et cõpositiue sunt in toto elemẽtato: sil'r elemẽta simplicia et cõposita seu ab eis cõstituta sunt in toto elementato aliud in alio/ sm istũ modũ essendi partium in partibus non procedit obiectio: et de isto est presens intentio: et partes ille de quibus obiectio est nõ sunt partes elemẽti: sed sunt partes elemẽtate ipsius elemẽtati: de quibus nõ queritur: nõ eñi queritur vtrum partes integrales elementate sint oẽs alie in alijs in suo toto: sed vtrũ oẽs partes elemẽtati que immediate et per se cõstituunt elemẽtatum alia sit in alia: totũ aũt aggregatum ex partibus elemẽtatis nõ est per se/ et immediate elementatum: sed per ipsas partes suas elementatas: sicut nec domus lapidea/ nisi quia partes eius integrales: scilz parietes/ tectum/ et fundamentũ/ sunt lapidee/ id est ex lapidibus constitute.

De questionibus geometrie.



Mathematicus circa suā prouinciam versatur: ꝛ quia quatuor partes seu partiales sciētias cōtinet sub se: de quibus supraq; nālibet per ordinē aggredi oportet. ¶ Et primo queriť in geometria de ei' subiecto qđ est magnitudo: Utrū talis magnitudo/ ꝛ quātitas cōtinua sit res quāta: ꝛ videť ꝙ sic: nā omne equale vel inequale est quātitas: sed res quāta quocūq; accidēte secluso est equalis/ vel inequalis: ergo res quāta est quātitas. Cōtra/ aliqua res quanta est substātia/ ꝛ quātitas est accidēs: ergo quātitas cōtinua nō est res quāta. Secūdo sic/ quātitas est predicamētū distinctū a predicamēto substātie: ergo nulla quātitas est substātia: ꝛ p cōsequēs quātitas nō est res quāta. Tertio sic/ quātitas nō habet cōtrariū: aliqua res quāta habet contrarium: ergo quātitas nō est res quāta. ¶ Ad predictū argumētū partis aduerse nego maiorē: ꝛ ad pbationē q̄ minorē cōstituit inepte: ex eo q: nō sit sumptio sub maiori ppter illud supadditū quocūq; accidēte secluso: dicit/ ꝙ licet dicať equalis vel inequalis fundamētaliter/ nō tū formaliter: nā dr equale equalitate seu quātitate tali/ que ab ipsa re abstrahit: niteris ad predicta argumēta respōdere: ꝛ primo ad primū distinguēdo minorē/ ꝙ istud nomē quātitas sit accidens/ capiendo ipsum vt est terminus secunde intētionis cōceditur: sed vt est termin' prime intētionis psonaliter: ꝛ sic etiā cōceditur ista indefinita quātitas est accidēs: nā albedo est quātitas cōtinua: negať tū ista vniuersalis. Ois quātitas est accidēs: nā corpus hois est quātitas: et tū non est accidens. Ad secūdum cōceditur antecedens: et negatur cōsequētia: q: predicamēta nō distinguūtur penes res significatas/ cum dabilis sit aliqua res que est obiectiue siue tāq; res significata in oibus predicamētis: sed distinguūtur predicamēta penes modos significādi essentiales ꝛ formales: modo licet ois substātia pure rei materialis sit quātitas cōtinua siue magnitudo: tū ista noia q̄ sunt predicamēta videlz substātia ꝛ quātitas habēt diuersos modos significandi: ꝛ hoc sufficit/ ad hoc ꝙ sint distincta predicamēta. Ad tertiā rōnē distinguiť maior: q: ista ppositio quātitas nō habet ꝯtrariū dupľr capiť. Uno mō vt ly quātitas est terminus scđe intētionis: ꝛ sic illa ppositio est vniuersaliter vera: vel si istud nomen quātitas capiať vt est termin' prime intētionis: ꝛ sic ista indefinita est vera/ quātitas habet cōtrariū: nā qualitas est quātitas cōtinua/ habet cōtrariū: ꝛ etiā ista quātitas nō habet cōtrariū est vera: nā materia est quātitas: ꝛ nō hz cōtrarium: sed ista vniuersalis est falsa. nulla quātitas hz contrariū/ pnt ly quātitas est termin' prime intētionis. Cōtra has euasiones arguiť insimul sic. nulla silitudo excedere debet suū similatū. Scđa intētio est silitudo prime: ergo ꝛc. maior est nota de se/ alr nō representaret suū similatū/ seu significatū (cui' silitudo ꝛ signum est) sufficiēter intellectui: nā fm Aristote. intelligere rem alr ꝙ sit/ est falsum intelligere: ꝛ ab eo qđ res est vel nō est/ cōceptus est verus/ vel falsus: vt ex. j. Perihermenias elici potest: sed quātitas secūde intētionaliter capta ē hmōi: ergo ꝛc. excedit aūt si quātitatē ad extra nō distingui indicat: cū per Aristo. j. Physicoꝝ contra Parmenidē/ quid distinctū a substātia ꝛ alijs predicamētis habeať: et implicat cōtradictionē: nā quero an quātitas/ q̄ est accidēs sit albedo essentialiter: aut de per accidens: cum per Aristote. j. Posterioꝝ duplex sit modus tm̄ predicādi/ pe

per se et de per accidens. si dicis/ꝙ essentialiter et de per se: tunc omnis quãtitas erit albedo: et sic quãtitas nõ erit sb̃a/q̃ est res quãta/cũ substantia et accidens ex opposito distinguantur: cõsequentia tenet a ꝓpositione indefinita in materia naturali ad suam vniuersalem: vt homo est animal essentialiter: ergo omnis homo est animal: nam quicquid conuenit vni in materia naturali/cõuenit omni cõtento sub tali termino/⁊ sic pura cõtradictio: nã quãtitas erit accidẽs ⁊ non accidens: quia substantia. ¶ Alteri⁹ queritur/vtrum linea sit longa? ⁊ dicitur ꝙ nõ respectiue: cum vna sit longa/⁊ alia breuis: sed est lõga absolute: q⁊ sine longitudine esse non põt? Queritur/vtrum sit danda linea infinita? ⁊ dicendum est ꝙ nõ/ nisi quo ad sensum: et hoc manifestatur: nam quacũꝙ linea data ipsa diuidi potest in duas partes: ⁊ quelibet pars etiam in duas: ⁊ sic erit deuenire ꝑm diuisionem ad minimã partem. Ex quib⁹ patet/ꝙ nulla linea põt esse infinita ex partibus finitis/nec etiã numerus: licet per additionẽ vnitatis ad numerũ fiat multiplicatio: tñ quia subiecta non sunt infinita: numerus in infinitũ multiplicari nõ põt: quicquid dicat Aristote. in. viij. Physicoꝝ. ¶ In Arithmetica queritur/a qua vnitate numerus sit vnus formaliter? et videtur ꝙ ab vltima vnitate nã vnũquodꝙ cõpositum ab vltima forma denominatur: sed numerus componitur ex plurib⁹ vnitatib⁹: ergo ab vltima dici dꝫ vn⁹. In oppositũ est Aristote. viij. Methaphi. ⁊ ratio est: qm̃ oẽs vnitates cõstituentes numerũ possunt esse eque prime natura/⁊ tẽpore: puta si multa indiuidua eiusdẽ speciei simul crearentur. Quero igitur/quomodo vna earũ vnitatum esset vltima? si em̃ ꝙ vltima que accipitur a numerãte. Cõtra/posset facere ecõtrario: ⁊ erit prima que fuit vltima: dicitur ꝙ numerus capit denominationẽ a forma specifica/ que resultat ex aggregatione vnitatum: vt binarius a dualitate/⁊ ternari⁹ a trinitate. Vtrũ numer⁹ sit in deo? ⁊ videt̃ ꝙ nõ: nã oĩs numer⁹ est accidẽs ꝑ Aristote. in predicamẽtis. In deo nullum accidens esse põt: ergo nec per consequẽs numerus. Cõtra/: sunt tres persone in diuinis/vt ꝓbatũ est ĩ supiorib⁹: ergo numer⁹ est in eo: immo est ipse numer⁹. ¶ Ad argumẽtum dr̃/ꝙ duplex est numer⁹: substãtialis ⁊ accidẽtalis: in deo est substãtialis/⁊ nõ accidẽtalis. ¶ In musica querit̃/vtrũ musica p̃supponat physicã? ⁊ dicitur ꝙ sic: ex eo q⁊ motus generat sonũ: ⁊ musicus de sono extrahit vocẽ. Vtrũ vox primitiua sit per quinꝙ vocales? ⁊ dr̃ ꝙ sic aliter nulla vox esse posset. ¶ In astrologia queritur/vtrũ sint plures q̃ decem celi? ⁊ dicitur ꝙ sic ꝑm Claudiũ Ptholomeũ/Alexãdrinũ/Philippũ/qui nouẽ imposuerũt: ⁊ duos theologi/empyreũ videlꝫ ⁊ christallinũ: qui immobiles sunt: ⁊ sic erũt vndecim: alij fuerũt/qui decẽ mobiles posuerunt: ⁊ nituntur ꝓbare hoc ex dictis Aristote. in. j. de celo dicentis ꝙ vnius corporis simplicis est tantum vnus motus simplex ꝑm naturam propriam. Hoc supposito arguitur sic. Firmamẽtum siue celum stellatũ mouetur tribus motibus: scilꝫ motu diurno ab orientem in occidentem ad motum primi mobilis. secũdo mouet̃ motu ꝓprio ab occidẽte in oriẽtẽ in cẽtum annis vnico gradu: ⁊ cũ hoc mouet̃ motu titubationis super capita arietis ⁊ libre: et motus ille non inest ei ꝑm naturam propriam: sed ille qui fit ab occidente in orientem: ergo per presuppositum firmamentum mouetur illo motu titubationis ad motum noni mobilis: ergo nonum mobile mouetur pluribus motibus:

[De questionibus arithmetice.]

[De questionibus astrologie.]

240

dinem. vnde sequitur/ quod reubarbarum attrahit chol rā a tota specie/ hoc est a toto corpore hoīs/ vt attrahat cholerā a qualibet parte corporis: alioquin in corpore hoīs nō esset pars in parte per lineā continuā: qđ est impossibile. ¶ Queritur/ vtrū emitriteus sit curabilis per medicinā: et videtur quod non: nam talis febris cōstat ex duabus febrib⁹/ quarū vna causatur ex phlegmate putrefacto: et est frigida et humida: alia vo ex cholera rubea: et est calida et sicca: ideo si tu administras tali febricitanti res frigidas et humidas augmentabis phlegma: cum simile additum suo simili augmentet ipsum: faciatqꝫ furere: et si administras res calidas et siccas/ augmentabis choleram: ergo videtur incurabilis: dicitur quod natura sagax que non deficit in necessarijs transmittit ad quamlibet partem id qđ sibi debetur: maxime cū talis febris sit in diuersis mineris diuersificata: et sic dari potest talis medicina/ que vtramqꝫ partem inuadit. ¶ Queritur/ quare febris cōtinua periculosior extat/ quam aliq̄ alia febris: dr quod nulla febris pōt vehementior existere in discreta quātitate/ quam in continua. ¶ Queritur medicus in qua hora diei naturalis melius potest infirmitatem cognoscere subiecti: dicitur quod quelibet febris in die naturali suam habet propriam regionem: vt figuratum est in medicina ¶ Queritur medicus in quo particularium sensuum melius potest infirmitatem cognoscere: dicitur quod nulla potentia sensitiua ita pōt infirmitatē medico detegere/ sicut potētia affatiua. ¶ Utrū auarus licentiari possit: vt sit medicus: dicitur quod ſm finē sanitatis qualitates medici debent esse cōes in sanitate: cū ipse existat persona communis ratione sanitatis. ¶ Queritur vtrum medicus magis amet sanitatem/ quam infirmitatem: dicitur quod medicina est propter sanitatem: et medicus propter medicinam. ¶ Queritur/ cum nulla ars mechanica sit ita necessaria sicut agricultura: quare rusticus est minus honoratus/ quam alter mechanicus: Solutio/ ſm cursum naturalē publica vtilitas est magis est amabilis/ quam specialis: iccirco ille facit contra naturā/ qui nō facit plus honorem rustico/ quam magistro qui turrim facit aut nauem: et nullus mechanicus maiorem habet spem quam rusticus/ qui bladū seminat. Utrūm militia fuerit prius cōsiderata per iudicē/ quam per militem: Solutio/ si miles prius militiā cōsideraret quam iudex/ inimicus iusticie non esset. Utrum miles consideret ante ensem/ quam scutum: Solutio/ in bello est ensis ad vulnerandū et occidendū: et scutum est propter timorē mortis. De questionib⁹ mechanicis.



Metaphysicus suā prouinciā hoc loco aggredit/ et querit primo/ vtrū ens inquātū ens prescindat ab oībus aliis trāscendentibus/ et in tali esse subiectum in metaphysica dicatur: et videtur quod sic ſm doctorem nostrum in logica sua dicentem/ quod ens est confusum et innominatum: et sic in tali esse non erit bonum/ neqꝫ magnum/ neqꝫ verum etc. ¶ Item si ens inquātum ens esset vnum: tunc ista propositio esset vera: videlꝫ vnum est tantum ens: sed hoc est falsum: ergo et illud ex quo sequitur. Falsitas conseqnētis patet ex. j. Physicorum: cōtra Parmenidē/ qui posuit tm̄ vnū ens. Preterea diuidens nō significat eādem naturā cum diuiso: sed vnum et plura diuidūt ens: ergo etc. Tertio vnum est determinati generis: ens non est determinati generis: ergo non significāt eādem naturam: maior patet: qꝛ cuius species sunt determinati gn̄is ipsum est determinati gn̄is: sed oēs De questionibus metaphysicalib⁹.

species vnius sunt idem/equale/simile/sunt determinati generis:quia de genere relationis:ergo ꝛc. In oppositum est Aristote.in.iiij. Metaphy.dicēs ꝙ bonū/verum/vnū/ens vnam naturam dicunt:ꝛ nō differunt:nam ens homo/ et homo vnus idem significant. ¶ Item id qđ nō potest intelligi/nec per se actum intellectus terminare poni nō debet ꝑ subiecto:ens prescindens(si dari pōt) ab omnibus aliis transcendētibus est huiusmodi ergo:ꝛc. maior est de se nota: quoniam tunc frustra poneretur ꝑ subiecto/si attingi non posset a potētia intellectiua:qꝛ nō posset scientiā de eo causare:cum ab obiecto ꝛ potentia gignatur omnis noticia teste Augustino in de trinitate:minor manifestaꝛ p Aristote.qui ponit verū esse obiectū intellect⁹/ꝛ bonū volūtatis:et sic patet ꝙ in tali statu ens nō esset intelligibile/nec appetibile:nec etiā noticia habita de ipso dici posset realis:qꝛ non ab ente:eo qꝛ reitas radix rei est:a qua scientia realis dicta est:nec etiā ens vt tale contrahibile esset contractione metaphysicali ad deū ꝛ creaturam:quia tunc daretur de⁹/ aut creatura ens absq; aliis formalitatib⁹:qđ est manifeste impossibile:presertim cū predicte formalitates descēdere(vt ita loquar)in deū aut creaturā nō possint/nisi p mediū entis:aut essent dāde plures cōtractiones seorsum:qđ minus dicēdū est:qꝛ tūc ens nō cōcerneret in se illas formalitates/ nec esset cōcretū cōcernētia interiori:nec p cōsequēs in eo cōsiderari possent abstractū ꝛ substractum:nec id qđ ens dicit/haberet aliquid/quo formaliter ens diceretur: nec esset vnum ens vnitate generis subiecti cōtra Aristote.j.Posterior.nec deus in creatione(vt i secūdo obiecto) habuisset vnū obiectū adequatū:quo mūdū creare potuit:nec ens diceret totū esse substātie:nec per cōsequens vniuoce de deo ꝛ creatura verificari posset.multa alia sequerētur incōuenientia:dices ꝙ ad mentē doctoris nostri oportet illas formalitates seorsum cōsiderare:prout sunt principia artis versabilia circa omnia:ac etiā de⁹ in creatione obiectauit eas seorsum: inquātum ad similitudinem sue bonitatis creauit bonitatē substātie:ꝛ ad similitudinem magnitudinis magnitudinē substātie:ꝛ sic de aliis:ꝛ quelibet illarum se habuit in cōstitutione substātie vt materia ꝛ vt forma/seruādo iusticiā in actib⁹ earum:ꝛ sic in quolibet concretū/abstractū/ꝛ subtractum designari potest: nam bonitas creata includit in se esse absolutum(constans de quiditate natura et essentia)ꝛ esse respectiuum/constans de tribus correlatiuis:videlꝫ de tiuo/bili/ ꝛ are: et sic esse absolutum se habet vt principium formale et abstractum: et esse respectiuum vt principium materiale ꝛ substractum:ꝛ concretum dici potest totum includens predictos conceptus:dicitur ꝙ licet hoc admitti possit in principiis creatis ratione ipsius creationis/que exigit terminum singularem includentē predictos conceptus:ꝛ sic quodlibet principium distinguitur ab alio nō modo realiter:sed etiam essentialiter:qđ minime dicendum est de transcendentibus: et sic bonitas transcendēs non potest dici quoddam bonum concretiue/ nisi determinet alias formalitates ad suum esse bonū ratione bonitatis:que ratio formalis et abstractum respectu ipsius boni dicitur:ꝛ alie formalitates se habent per modum substracti/a quibus bonum prescindi nō pōt:sic nec ens ab entitate/ quā tanꝙ formalem rationem respicit/ꝛ ceteras formalitates/tāꝙ rationem substracti(vt ita loquar) a quibus etiam abstrahi non valet: ergo ad mentem doctoris nostri/et

Aristote.iiij. Metaphysi.bonum/verum/ens &c.transcendentia vnā naturā di‑
cunt:& non differūt ad inuicem: ita φ vnum absq; alio sumi possit: nec dicas qđ
sint passiones proprie aut appropriate:quoniam tūc incideres in maximum in‑
conueniens/videlʒ φ in deo esset aptitudo & accidēs:& sic non esset purus actus:
nec id qđ est:cum oīs aptitudo posterior sit apto nato:& accidens quoddam per
Boetium:& sic non posset effugere predicta incōuenientia/si predicta trāscendē‑
tia dici possent passiones/proprie loquendo de passione:possunt tamē dici pro‑
prie passiones largo modo:prout demonstrari possunt de ente:vt propria passio
de subiecto: aliter vo non: nec illa regula de S. ibi locum habet:nisi inquantum
addunt passiones ad ens: vt bonum amabilitatem/verum intelligibilitatē &c.
et similiter potest dici de ente qđ ad bonum/verum &c. addit actualitatem essen‑
di concretiuam:et si dicis/φ tunc ens non diuidetur in ens actu/et ens in poten
tia contra Aristote.dicitur φ illa diuisio non est entis transcendentis:sed limi‑
tati/& producti:et dico vlterius/φ bonum/verum/res &c.non predicantur de en
te denominatiue/sumendo talem predicationem proprie:vt ab Aristotele in an
tepredicamentis sumitur: quoniam talis fit per extrinseca:sed potius dici debet
idētica propter conuersionem et idētitatem nature/et modo quo cetera transcen
dentia predicantur de ente/ et ipsum ens predicatur de quolibet eorum: ita φ
equiparātur in omnibus:preterφ in rationibus formalibus:quoniam bonum
formaliter bonitate/& non veritate dicitur bonum:& verum veritate/ & non boni
tate/nec entitate:& ens entitate:& sic de alijs. Ex quib9 patet φ ens/prout est sub‑
iectum in metaphysica nō abstrahit ab aliis trāscēdētibus:aliter nō posset intel‑
ligi ab intellectu hūano:nec p consequēs sciētia metaphysicalis ab eo causari:iō
in tali.esse nō meretur dici subiectū in metaphysica: nec esse pōt:immo implicat
cōtradictionē:videlʒ φ esset intelligibile/prout de ipso tanφ de subiecto scientia
metaphysicalis haberet/ & nō intelligibile/ nec amabile:qm̄ in tali esse nec bonū
nec verū d̄r:q̄ intelligibilitati et amabilitati presupponūtur: et multe alie cōtra‑
dictiones sequūtur ex tali positiōe. ¶ Ad primū argumētū & ad mentē doctoris
nostri dico/φ ens capi pōt duob9 modis. Primo p omni positiuo qđ est extra
nihil:& sic nō modo ens/inquātum ens/vel ens solitarie dicitur ens:sed etiā ipsa
entitas/qua ens est ens vocari potest ens in ista prima acceptione:et etiam bo‑
nitas dicitur ens/et veritas: et sic de aliis formalitatibus: et isto modo dicitur
ens confusum indeterminatum: inquātum tamen omnes predicte formalita‑
tes determinantur entitate: tunc tale ens concretum et determinatum dicitur
ens formaliter entitate: et includens in se quiditatem/ naturam/ essentiam/ et
esse: et prescindens a singularitate pro subiecto metaphysices assignatur: et
isto secundo modo a doctore nostro dicitur centrum omnium rerum: vt in supe‑
rioribus iam dictum est:in prima autem acceptione est confusum & indetermina
tum: quoniā nullā habet specificationē/ nec numerum: & sic qui nominat ens/
omnia nominat. ¶ Ad secundum dicitur/φ ly tantum est dictio exclusiua:et sic
dicit ens inquantum ens tantum esse vnum vnitate transcendenti: plura ta‑
men s̄m differentiam contrahētium:et sic ens his duobus modis sumi potest:
si autem ly tantum excludat omnem aliam rationem/tunc est falsa: quia vnum

non tm̄ est ens:sed etiam res/bonum/et verum:ꝛ ratio philosophi.j. Physicoꝝ cōtra Parmenidē procedit primo modo:qm̄ necesse est tantum vnum esse principium vnitate generica vel plura:licet in specie plura esse possint:ꝛ sic patet quid ad secūdum dicēdum sit:nam licet vnum et plura non dicant vnā naturā respectiuam/dicunt tamen vnam absolutam/a qua abstrahi nō possunt: nam quēadmodum vnam naturā entis participāt: sic et plura eādem retinent(licet sint diuisa)non tamen econtrario propter respectum extrinsecum determinātē ipsum ens ad vnum limitatum vel plura:patet etiam ex his quid ad tertium dicēdum sit:nam vnum sumi potest duobus modis. Primo inquantū est id qđ quid est: ꝛ sic conuertitur cum ente. Secūdo modo vnū inquātum cum alijs numerū constituit:ꝛ sic est de genere quātitatis(formaliter tamen ꝛ nō fundamētaliter) aut de genere relationis. Est tamen concludendum/ꝙ ens inquātum ens prout prescindit a quocunqꝫ posteriori est subiectum adequatum metaphy. de quo verificantur omnia alia accidentia in tali esse/ꝛ ecōtrario:ꝛ de quibuscūqꝫ predicatur ipsum ens:ꝛ etiam ꝛc. Utrum primum principium complexum videlꝫ impossibile est idem simul esse ꝛ nō esse sit firmissimū/et notissimū? et dicitur ꝙ sic per Aristote. iiij Metaphysi. et manifestatur:qm̄ aliter posset opinari contraria simul eidem inesse: vt qđ idem esset calidum ꝛ frigidū. Cōtra/plura dari possunt talia principia per esse et non esse que dubitare contingit: vt si detur/ꝙ summa malicia sit:ergo summa bonitas non est:aut ecōtrario/vel vtrum deus possit facere id qđ ipse vult impossibile fieri? vel vtrum velit se posse facere id qđ non potest fieri? nam ad hoc concludit ratio intellectus/ne potestas ꝛ voluntas limitentur in deo/ꝙ potest/ꝛ nō potest:vult et non vult:qđ videtur contradictio:que tamen ſm realitatem nulla est:nam ex hoc qđ intellectus ex natura receptionis sue recipit predictas dignitates differentes que in realitate quātum est de se non differunt:sed inconfuse sunt vnum et idem:quam quidem idētitatem totalē ex qualibet earum non potest de natura sui attingere:facit ergo cōtradictionem ſm naturam sui:que quidem contradictio non est a parte rei:nam sicut intellectus predictam non contradictionem.i.predictam idētitatem ipsarum dignitatum non potest propter earum altitudinem sine cōtradictione attingere:ita nec sine opposito contradictionis posset earum contradictionem/si esset in eis/attingere propter earum altitudinem contradicendi:hoc idem est de predestinatione et libero arbitrio/et de pluribus alijs. Ad Aristote. dicitur/ꝙ verum est terminis simpliciter cognitis/circa quos sensus aut intellectus decipi non potest. Ulterius queritur/vtrum hoc principium impossibile est idem simul esse et non esse/ sit simpliciter primum? ꝛ videtur qđ non:quia est resolubile in alia priora principia: scꝫ in terminos proprios:que sunt principia incomplexa. In oppositum est Aristote. iiij. Metaphysi. qui ponit ipsum esse primum omniū dignitatum. Ad argumētum dicitur qđ duplex est dignitas/seu principium per se notum:cōplexū videlꝫ ꝛ incomplexum. Quo ad principia complexa ipsum est primum:nam ens ſm eūdem Aristote. recipit contradictionem per esse et non esse:et si dicas/ꝙ illud principium cuius termini non sunt primo primi/nec vltimo vltimi nō est simpliciter primū principiū: sed tale est huiusmodi:ergo ꝛc. maior patet: quia ista duo sunt

242

de ratione simpliciter primi: videlz q fit primum in essendo/ z vltimum in resolvedo: minor pbatur de termino subiecto/ qd est subiectu scz ens: cóceptus enim istius non est primo primus: cum sit resolubilis in duos alios cóceptus: quorum alter est absolutus: z alter respectiuus: nam ly idē dicit respectū: z ly ens esse absolutum. Probatur etiā minor de termino predicato qui est esse/ z non esse: iste eni conceptus est aggregatus ex affirmatiuo et negatiuo: ergo est resolubilis: et ne mireris/ si dicta formalia huius doctoris et aliorū in hoc nostro opere adduco: qm id facere in principio statui: ne fur nocturnus viderer: quemadmodum non nulli/ quid id qd alienum est: suis ornamentis/ aut scabrositatibus sibi appropriant: z de modico magnum quidem prandium faciūt: ego autem/ quia ab omnibus intelligi cupio/ rudi ac materiali stylo procedo: et licet rustice et inordinate dicta nostra videantur: noticiam tamen veritatis legētibus prestabunt. Redeundo autem ad propositum nostrum/ dictum est superius/ q ens capitur duobus modis: primo pro omni positiuo/ qd est extra nihil: vt in proposito: nam entitas in ista acceptione est ens: z sic predictum principium potest verificari de quolibet positiuo per esse/ et non esse.



Theologus hic suā aggreditur prouinciam/ primo querens vtrum dato q deus sub aliqua ratione sit subiectum in theologia/ continere possit virtualiter oēs veritates illius habitus: z dicitur q sic: nam antecedēs ponit in necessitate id qd sequitur per ipsum: z sic positis predictis principiis theologie de necessitate sine medio ponitur emanatio personarum in eadem essentia: aliter predicta principia essent frustra et vacua/ z carentia fine/ qd est impossibile: et dato supremo bono/ et infinito datur necessitate congruentie bonum finitum/ ex eo: quia bonum suīpsius est diffusiuum/ teste Dionysio: z sic de aliis articulis: vt inferius patebit: z ad Guilhermum Ocham contra Scotum dicitur ad illud/ videlz q ad distincte cognoscendum omnes quiditates inferiores sufficeret distincta ratio cognoscendi ipsum solem: quia sol continet virtualiter omnes illas quiditates: nego q contineat: cū non sit principalis causa effectiua earū: sed instrumentalis: deus vo propria: tum quia ipse sol non cōcurrit ad esse quiditatum vniuoce/ sed equiuoce: ideo in se continere non potest omnia virtualiter que a se equiuoce procedunt. ¶ Ulterius queritur/ vtrum articuli fidei sint probabiles: z videtur ab aliquibus q non: nam primo si articuli fidei essent probabiles/ seu demōstrabiles: tūc meritum hominū deperderetur: sed hoc est inconueniēs: ergo illud ex quo sequitur: primā cōsequentiā probo per beatū Gregorium dicētem: fides nō habet meritum/ cui humana ratio prebet experimentum. ¶ Item ois bona demonstratio fit per causas/ principia/ z a priori: sed articuli fidei non habent causas/ principia/ nec a priori demonstrari possunt: ergo non sunt demōstrabiles: maior est Aristote. j. Posteriorum: et minor manifestatur de deo/ qui non habet principia/ nec causas: nec est aliquid prius: quia tūc non esset id qd est/ videlz infinitus/ z eternus: sed principiatus per suas partes/ z limitatus: qd est impossibile. Preterea sm apostolū. fides est substantia rerū sperandarū argumentum nō apparentiū: sed articuli fidei nō apparēt: cū nō cadāt sub sensu: ergo zc.

De questionib9 theologie.

Argu[mentum]

¶ Item nihil est in intellectu/quin prius fuerit sub sensu:sed articuli fidei nō cadunt sub sensu:ergo non sunt in intellectu:maior est Aristote.in de sensu et sensato:minorem probo per predictum Paulum/ꝛ Damascenū in.j.suarū sententiarum dicentem/ꝙ deum nemo vidit vnꝗ. Ulterius finiti ad infinitū nulla est proportio ex.viij.Phisicoꝝ.sed intellectus noster est finitus:deus vo infinitus:ergo intellectus humanus intelligere non potest deum: nec per consequens alios articulos/cum dependentiam habeant a deo. ¶ In oppositum est veritas:ꝛ probatur ratione et auctoritate/ ratione sumpta ex sacra scriptura sic. Omne preceptum christi fuit bonum: sed Christus precepit beato Thome mitteret manū in eius latus/et digitum in fixuras clauorum:ergo mittendo bene fecit: vt haberet experientiam:quia primo dixerat/ non credam:nisi prius ponam ꝛc̄.et tamen facta experientia credidit:ex quo patet ꝙ propter intelligere et scire non destruitur credere:immo corroboratur/et augmentatur. vnde Anselmus in libro cur deus homo.mihi certe negligentia videtur:si postꝗ confirmati sumus in fide/ nō studemus qđ credim' intelligere.ꝛ in monologio suo/capl'o.x.sic inquit. Duo opuscula feci: vt cetera ratione nō auctoritate que ad deum pertinēt manifestarem. et Richardus de sancto victore in.j.de trinitate sic ait. Satagamus inquātū possumus:vt intelligamus qđ credimus. ꝛ in eodem dicit. ꝙ ad ea que sunt fidei non solum possunt haberi rationes probabiles:sed etiā necessarie:licet eas contingat interdum nos latere. ꝛ in.c.viij. promittit se non solum fide/sed etiā rationibus necessarijs dei vnitatem et personarū trinitatē fore ostēsurum. Augusti.in libro de vtilitate fidei sic inquit. Tria sunt videlꝫ intelligere/ credere ꝛ opinari: credere aliquādo est cum vitio:aliquādo vo non:intelligere nunꝗ est cum vitio:nam intelligere honesta ac etiam diuina beatissimum est:opinari vo semper est cum vitio.ꝛ in libro de natura et gratia.intelligere beatissimam essentiam beatissimum est:ꝛ properare ad vitam.ꝛ idem Augusti.in.ij.de libero arbitrio sic inquit. Nisi enim esset et aliud credere/ꝛ aliud intelligere:ꝛ primo credendū esse qđ magnū ꝛ diuinum intelligere cuperemus/frustra propheta dixisset. Nisi credideritis nō intelligetis. Ipse quoqꝫ dn̄s noster/ꝛ dictis ꝛ factis ad credendum primo hortatus est/quos ad salutē vocauit: sed postea cum de ipso dono loqueretur/qđ erat daturus credentibus/nō ait. Hec est autem vita eterna/vt credant: sed hec est inquit vita eterna:vt cognoscant te verum deum/ et quem misisti iesum Christum. deinde iam credentibus dicit. Querite/ ꝛ inuenietis:nam neqꝫ inuētum dici potest:qđ incognitum creditur:qđ cū hortāte ipso querimus:eodē ipso demonstrātē inuenim'. hec Augusti.ꝛ in eodem.c.iij. sic inquit. Rationē redditurus sum: non vt fidē respuā: sed vt ea iam firmitate fidei tenēs etiam rationis luce conspicias.ꝛ in libro.lxxxiij questionum. Tria sunt de genere credibilium: quedā sunt que prius creduntur/ꝛ postea intelliguntur:sicut sunt articuli fidei ꝛc̄. Item.vij. de trinitate. Hoc tribuimus theologie/ quo saluberrima fides corroboratur/et defenditur:et hoc est ratio necessaria/que rationabiliter negari nō potest. ꝛ Hieronymus in preparatione Biblye/sic inquit. Sancta rusticitas sibi ipsi solū prodest:nam quātum edificat ecclesiam in moribus: tantum derogat ecclesie: si pugnantibus contra eius veritatem nesciat resistere. Item sanctus Thomas.j.sen

tria gen

243

tẽtiarum in fine tertij quesiti prime diuisionis. Sed tamen ratio manuducta per fidem excrescit intantum/ vt ipsa credibilia comprehendantur. ⁊ in.ij.ij.q.ij.dicit ꝙ homo non habens voluntatem credendi ea que sunt fidei/ nisi per rationẽ ad id inducatur/ perdit meritum fidei: sed homo volũtatem credendi habẽs ea que sunt fidei ex sola diuina auctoritate non perdit meritum fidei: licet habeat rationem demonstratiuã ad demonstrandũ deum esse trinum et vnum: nam propter hoc non diminuitur meritũ fidei: immo augeri deberet: aliter simplices essent superiores per eoꝝ credere: ⁊ doctores in theologia inferiores per eorum intelligere: ⁊ sic labor eorum esset inutilis: et si non possent articulos fidei intelligere/ frustra ergo predicti doctores/ et ꝙ plurimi alij circa illud laborarunt. ¶ Restat nũc ad argumenta respondere/ et primo ad auctoritatem Gregorij dicitur/ ꝙ ipse loquutus est comprehẽsiue/ prout ad litteram apparet: in hoc qð precedit dictam auctoritatẽ/ vbi inquit. Sed sciendũ nobis est/ ꝙ diuina operatio si ratione comprehenditur/ non est admirabilis: nec fides habet meritum/ cui ⁊c̃. et ꝙ talis auctoritas nõ sit cõtra predicta patet ex sequẽtibus: vbi talẽ rõnẽ facit. Quid ergo mirũ/ si clausis ianuis post resurrectionem suã in eternũ iam victurus intrauit/ qui moriturus veniens nõ aperto vtero exiit? ac etiã põt predicta auctoritas hoc modo exponi. Fides nõ habet meritũ/ cui humana sensualitas prebet experimẽtum: nã experimentũ est in his que cadũt sub sensu: cuiusmodi non sunt articuli fidei: ideo experiri non possunt: ⁊ hoc exemplificatum fuit in illo puero/ qui corã beato Augustino in littore maris existens/ volebat totum mare in quãdam paruam foueam ponere/ qð erat ei impossibile/ quemadmodum beato Augustino trinitatem (vt promiserat) in rebus sensibilibus ostendere: tñ non est impossibile ꝭm modum intelligẽdi/ vt idẽ Augustinus ostẽdit in suis libris de trinitate/ vbi rationibus trinitatem ipsam/ ⁊ diuinam incarnationẽ probare nititur: ergo ⁊c̃. Ad auctoritatẽ Aristotelis respondeo dicendo/ ꝙ triplex est demõstratio: videlꝫ quia/ propter quid/ et per equiparantiam. Demonstratio quia non potest dici potissima: quoniã est a posteriori: ⁊ sic est in gradu positiuo: propter quid sit a priori: ⁊ est in gradu cõparatiuo. Demõstratio v̇o per equiparantiã est potissima demõstratio in superlatiuo gradu designata/ qð videri potest: nam ꝭm cõmunem opinionem illa demonstratio dicitur potissima/ in qua ꝑpria passio demonstratur de subiecto: ⁊ tñ certum est/ ꝙ etiam in tali demonstratione premisse sunt magis necessarie/ vere/ ⁊ note/ ꝙ̃ conclusio: alias ex eis nõ probaretur/ notificaretur/ aut necessitaretur cõclusio: ergo ratio que per propositiones necessarias ⁊ substãtiales concludit vnam cõclusionẽ substãtialẽ/ in qua predicat̃ aliquod substãtiale in conclusione de subiecto est magis necessaria/ ꝙ̃ illa que concludit passionem de subiecto: vt patet in isto syllogismo. Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo oĩs homo est substantia. Hec ratio est magis necessaria/ ꝙ̃ illa/ in qua concluditur/ ꝙ omnis homo est risibilis/ et ratio est: quia substãtialia que cõstituũt subiectũ sunt magis de necessitate subiecti/ ꝙ̃ accidẽtia: et illa rõ est magis necessaria ĩ qua termini sunt equales: ⁊ cõuertunt̃ ad inuicẽ: vt patet ĩ hoc syllogismo. Oĩe aĩal rõnale est substãtia rõnalis: oĩs hõ est aĩal rõnale: ergo oĩs hõ est substãtia rõnalis: talis syllogism⁹ est magis necessari⁹/ ꝙ̃ ꝑdicti syllogismi

ideo obtinet in demonstrationibus gradum supremum:z talis demōstratio vocatur per equiparantiā: qua altissima videlz articuli fidei demonstrantur: et est verior demonstratio/ꝙ sit aliqua mathematica:vt patet in prima figura. ¶ Ad auctoritatē apostoli dicit/ſm Damascenum .iiij. suarum sententiarum/ꝙ fides est argumentū eorū que non videntur:quemadmodū sunt articuli fidei/ qui oculo corporali videri non possunt:sed bene intellectuali. ¶ Ad aristotelē in de sensu et sensato dicitur/qd nihil qd cadere pōt sub sensu est in intellectu: quin prius fuerit sub sensu: qm non est deuenire de extremo in extremum nisi per medium: sed quia articuli fidei non cadunt sub sensu:ergo non sequitur ꝙ non sint in intellectu.vnde Aristote. in.ij.de anima sic inquit. Sensus non est res sensata: sed anima est res intellecta:z tamen non cadit sub sensu. ¶ Ad aliam auctoritatem Aristote.viij. Physicoꝝ.vbi dicitur/finiti ad infinitū nulla est proportio.dico ꝙ verum est quo ad hoc:videlz ꝙ ens finitum vti possit ente infinito: est tamen proportio quo ad ens infinitum: qm ad libitum vti potest ente finito: ideo pōt fieri talis adequatio dei ad intellectū:vt deus ratione finis intelligatur ab intellectu finito/z limitato:aliter frustra creasset ipsum ad talem finem:cum per Aristote. Deus/ars/z natura nihil faciant frustra. Est tamen notandum/ꝙ duplex est lumen intellectus:videlz naturale/z supernaturale.naturale est id quo mediante homo attingit res sibi proportionatas/z naturaliter intelligibiles/et tales dicūtur res naturales/que sub sensu cadunt:z ipsas attingere pōt mediāte lumine naturali:qd est intellectus agens:quo est oīa facere.i.omnia intelligere/que sunt sibi proportionata:et ſm tale lumen quiditas rei materialis est obiectum adequatum intellectus:sed quia homo principaliter nō est creatus ad intelligendū sensibilia/sed diuina:ideo inclinationem habet ad illa:aliter magis appeteret intelligere illa ad que intelligendum creatus non est/ꝙ illa ad que intelligēda creatus est: iccirco ratione finis potest intelligere ipsa diuina: et omnes articulos fidei:et licet intellectus ratione sui finitus sit: tamen ratione finis et ordinationis est infinitus:quia infinitū deū attingere pōt:nō ꝙ talis attinfinitas se teneat ex parte intellectus:sed ex parte dei/qui gratia finis se offert intellectui:est tamen verum/ ꝙ intellectus se disponit ad talem intellectionem/ credendo illa que fidei sunt:nam ſm Esaiam prophetam:nisi credideritis non intelligetis: et sic credēdo deus infundit habitum fidei: quo mediante intellectus eleuatur supra vires suas ad intelligendum deum/ et omnes articulos fidei : et licet credulitas illa dispositiua et precedens actum intellectus sit certa/et infallibilis noticia/stat tamen cum quadam obscuritate/et efficitur clara adueniente actu intellectus cum quo est admixta credulitas ipsa:siue fides sequens actum ipsius intellectus. vnde Augusti.in libro de vtilitate fidei. Omnis qui intelligit/ credit: sed nō omnis qui credit/ intelligit: vt patet de sancto Thoma/ qui facta experientia credidit: ideo plus de bono habet intelligere et credere/ꝙ credere simpliciter:aliter simplices(vt dictū est)superiores essent in patria/ꝙ magistri i theologia:qd falsum est: nā quāto intellect' altius intelligit veritatē articuloꝝ fidei/tāto maius meritum assequitur:et tāto magis similitudo dei efficit:ideo in maximo errore sunt illi/qui dicūt articulos fidei nō esse probabiles: qm ex hoc sequit magna infamia apud

infideles:qui credūt fidē nostrā esse nullam:eo q̄ ꝓbari non potest:ꝛ forte aliqui christiani eadē de causa cōtra dictam fidem sinistre suspicātur. Bonū est ergo/et necessariū scire articulos fidei probare. Utrū de deo possit in via haberi scientifica sciētia:ꝛ vr̄ q̄ nō:de eo qđ nō pōt esse subiectū in aliqua sciētia/nō est possibilis viatori sciētifica noticia:sed de⁹ est huiusmodi:ergo ꝛc̄. maior est nota de se:ꝛ minorē probo:q2 illud nō potest esse subiectū in aliqua sciētia/cui⁹ nō sunt principia/partes/neq3 passiones/ex primo Posterioꝝ:sed dei nō sunt partes/principia/neq3 passiones:ergo ꝛc̄. minor patet/q2m non esset id qđ est:si haberet principia et partes: etiā si ꝓprias passiones: cum omnis passio dicat aptitudinem:et deus sit purus actus. secūdo/de summe simplici esse non pōt cōicari viatori sciētifica notitia:sed deus est summe simplex:ergo ꝛc̄. maior patet:q2 vel sibi cōicaretur ipsemet:vel in suo representatiuo:sed nullo horum modorum cōicari potest:ꝛ cū nullus alius modus sit/sequitur ipsum deum non esse subiectum scibile viatori. Cōtra/magis proprie quelibet ratio essentialis dei predicatur de altera absolute/q̄ aliqua ratio creature:ergo maior rectitudo haberi potest de eo/q̄ de creatura. ¶ Ad primū argumentū dicitur/q̄ licet non habeat principia essentialiter distincta:nec eius esse constituentia/habet tamen principia formalia/ que dignitates dicuntur: et ratione infinitatis idētificantur realiter:habet etiam partes subiectiuas:ꝛ sunt necessitas ad intra/ꝛ cōtingentia ad extra. ¶ Ad secūdū dicitur/q̄ viator habet modum intelligendi deum per creaturas:iuxta illud apostoli. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: et licet subito ipsum attingere nō possit/quemadmodum facit triāgulū/q̄ habeat tres: tamē successiue pōt peruenire in certam ꝛ infallibilem noticiam dei: etiā ex speciali gratia potest habere noticiā eius intuitiuā:vt patet de Moyse ꝛ Paulo. Dubitat adhuc insipiēs/ vtrū deus sit:ꝛ respōdetur per totā primā figurā/q̄ est:quoniā si ipse deus non esset/ nulla essentia reperiri possett/in qua bonitas/ magnitudo/ eternitas ꝛc̄ essent idem numero:si tamē aliquod ens reperitur/ in quo predicte dignitates conuertantur/est deus/ꝛ summū ens qđ querimus: ꝛ ita negatio denotat in nō ente numeri supradicti idētitatem: et per consequēs summū esse/esse summū nō esse/ꝛ summū esse/qđ est summa cōtradictio/neq3 etiā bonificatiuus ratione sui haberet magnitudinē/eternitatē ꝛc̄. cū nō essent idē numero:ꝛ sic quelibet predictarum rationum in alia infinita et eterna limitatione limitaretur: que si quidē limitatio esset infinita/ꝛ eterna malicia:ꝛ sic infinitus/ꝛ eternus/bonificatiuus esset/ꝛ eternus/ꝛ infinitus malificatiuus esset infinitus/ꝛ etern⁹ bonificatiuus:qđ esset eterna ꝛ infinita contradictio:sequeretur etiā/q̄ summū bonum/ꝛ summū malū cōuerterēt in summū esse/et summū nō esse:similiter q̄ oīa entia que creaturas dicimus appetētes suū finē/appeterēt summā priuationē/ꝛ summū malū appetēdo summū bonū:qđ est īpossibile:atq3 in qđ bonificarēt/magnificarēt:ꝛ in hoc qđ malificarēt/bonificarēt:ꝛ in hoc qđ agerēt/cessarent:ꝛ multe alie cōtradictiones sequerent̄. Cōtra hoc obiicit̄. Si de⁹ est/oportet ipsum esse bonū/ꝛ infinitū/ꝛ potēs infinitū ꝛc̄. ꝛ sic impossibilis est malicia/ꝛ priuatio in aliquo ente:nā ei⁹ bonitas nō videt̄ esse infinita:q2 cū ipsa sit summū ens/non priuat maliciā ab oīmoda participatiōe cū ente:multa aūt videm⁹ entia subiecta

malicie: ergo nõ vr bonitas eẽ infinita ptãte: nec p ↄ̃sequens de': qm̃ si de' est/ipe est vna infinita essentia/vnũ infinitũ esse: ergo nulla alia est essentia/neq; vnitas/ neq; bonitas ₇c. q₂ sic limitaret essentia diuina: eo q₂ nõ esset essentia creata: ergo de' nõ est: tñ totũ oppositũ ꝓbatũ est in prima figura: ₇ hic in ista parte/₇ qñ dr/ ꝙ tũc impossibilis esset malicia/₇ priuatio in aliquo ente: rñdet ꝙ nõ sequit: q₂ nullũ ens põt esse perfectũ oĩmode ĩ bonitate ₇c. extra deũ: q₂ sic esset dare plures in q̃libet eoꝝ limitationẽ ₇ perfectionẽ: ₇ qñ dr̃ ꝙ bonitas nõ vr esse infinita: vt cũ ipsa sit infinita nõ priuat maliciã ab oĩmoda participatione cũ ente. Respondetur ꝙ verũ esset: si illa essentia cũ qua participãt entia nõ esset occasio alicuius bonitatis: sicut priuatio in plãtis/₇ brutis: qm̃ si plãte ₇ bruta essent impriuabilia: nõ posset cõseruari hõ/qui nobilior est ipsis: ₇ si homo nõ esset/ subiectũ malicie nõ esset subiectũ ad virtutes: q₂ nõ posset acquirere eas/ ₇ priuaret liberum arbitriũ: ₇ sic esset maius malũ. ℂ Ad aliud qñ dicitur/ꝙ si deus est/ipse est vna infinita essentia: cõcedimus: ₇ quãdo dicitur: ergo nulla alia essentia ₇c. aliter limitaretur essentia diuina: eo q₂ alia nõ essent id qδ ipsa essentia diuina. Dicitur ꝙ ratione magnitudinis/bonitatis essentie diuine oportet esse essentiam aliam ab ea: ₇ si sic/cum ipse deus sit de se/₇ ꝓpter se amabilis/ intelligibilis/ ₇ recolibilis/₇ assimilabilis ₇c. amabilis in sua assimilatione oportet esse aliã essentiã: et sic falsum est: qñ dicitur ꝙ tunc essentia diuina limitaretur: eo ꝙ hoc nõ esset id qδ illa: dicim' ꝙ nequaq̃ sequit: ₇ ratio huius est: q₂ nõ limitaret ex parte sui: vt dictũ est: nec etiã ex parte essentie extrinsece/qδ est min' supplet. ergo infinite maius dandũ est: qδ deũ vocamus: ideo ipsa dei essentia cum sit infinite potestatis/ est illimitata: licet nõ sit id qδ illa extrinseca: nã si de' nõ est/principia prime figure sunt oĩno destructa: ₇ conuersa in sua opposita: immo intellectus haberet pro obiecto summe malũ/₇ summe falsum: ₇ illud qδ est maius esset minus: ₇ ecõtrario/qδ est pura cõtradictio: nã quãtũ res est maior in perfectione/ tantũ magis appropinquat ad deũ: ₇ quãtum res est minor/ tantũ deo dissimilat: ₇ sic sequeretur/ si omne ens esset finitũ/ꝙ quãto res esset maior/ tanto magis recederet a finito/₇ tẽderet ad infinitũ: qδ est nihil/₇ ad eternũ qδ per te non est: et quãto res esset minor/tãto magis tẽderet ad esse finitũ/qδ p te est: ₇ sic sequeret/ꝙ capillus capitis tui esset maior te: ₇ ecõtrario: qδ est manifesta cõtradictio/q̃ stare nõ põt. ℂ Itẽ si p te om̃e ens esset finitũ: aliquod ens principiaret seipsum: ₇ tũc esset anteq̃ esset/qm̃ principiãdo esset agẽs in se: ₇ sic adhuc nõ esset: ergo esset/₇ nõ esset: qδ est cõtradictio: idõ bene sequit/finitũ est/ergo ĩfinitũ: creatura est: ergo creator: mobile est: ergo immobile indigẽs aliquo extrinseco est: ergo ens qδ nõ indiget aliquo extra se est/ ₇ illud est de': ₇ purus act': g̃ de' est. ℂ Querit vtrũ bonitas diuina habeat in se ita magnam bonificationẽ/sicut intellectus diuin' intellectionẽ: ₇ dr ꝙ sic ƒm dispositionẽ p̃me figure: nã idõ ipsa est circularis: q₂ oĩa attributa in deo (cui p̃dicta figura attribuit) realiter cõuertunt: ₇ qñcũq; aliqua idẽtificãtur realiter/ad quot se extẽdit vnũ: ad tot se extẽdit ₇ reliquũ: sed bonitas et intellect' ĩ diuinis sunt hmõi: ergo ₇c. ℂ Querit vtrũ de' habeat ĩ se ita magnã agẽtiã/sicut existentiã: ₇ de quo põt tantum quãtum ipse est? Quo ad primã dicitur/ꝙ deus ita magnum bonum est agendo/q̃ existendo: nam bonitas vnita

tis essentie significat A. esse in existere suo/ ita q ipsum existere est ipsum A. vt ipsum existere sit in magnitudine bonitatis/vnitatis/ꝛ essentie diuine: ꝛ quēadmodum A. est in existere/intantū etiam est A in agere suo/ vt magnitudo bonitatis/vnitatis/eternitatis/deitatis: non deficiat ipsi agere bonificatiui/ꝛ bonificabilis: et nisi esset ita/ magnitudo quidem esset paruitas in agere diuino/ atq paruitas esset magnitudo in existere diuino: qd est impossibile. Ad aliam questionem dicitur/ q deus pōt de seipso tantum/quātum ipse est generādo suum filium: ꝛ producendo spiritum sanctum: et non de aliqua alia essentia: cum oīs ab ea finita sit/ꝛ limitata. ¶ Querit vtrū sint duo dij: quoꝝ ali⁹ sit bonus/ꝛ alius mal⁹: vt heretici opinant: nā si sunt duo dij: tāta erit ptās volūtatis dei mali in malicia: quāta potestas dei boni est in bonitate: ꝛ sic ratione equalitatis infinite quam habent in contrarietate essendi inuicem quilibet eorum erit aliquid/ et nihil: qd est manifesta contradictio. ¶ Utrum deus possit peccare: et videtur q sic: ex eo quia est omnipotens. Contra/si deus posset peccare: tunc non esset summa et infinita bonitas: sed esset defectuosus in sua operatione. ¶ Ad argumentum dicitur: q tale posse est nō posse: cum dicat imperfectionē. ¶ Utrum deus indigeat aliquo extra se: et dicitur q non: vt patet per eius diffinitionem positā in nona parte artis/ꝛ confirmatur tali ratione: quia tūc ipse non esset magnitudo infinita: sed potius paruitas habēs minoritatē cōtra maioritatē in fine quo ageret: qd est impossibile. Cōtra Augusti. in de ciuitate dei. non est malū in ciuitate qd deus non fecerit. ¶ Item deus fuit defectuosus in hoc: qꝛ fecit xp̄m pauperē/ꝛ permittēdo eū pati mortē/fecit ei iniuriā/preterea est culpabilis/ permittēdo multa mala/que ei ꝛ nature cōtradicūt. ¶ Ad primū dr/ q pctm duob⁹ modis capi pōt: primo mō p esse materiali/ꝛ tale dr quoddā bonū bonitate entitatiua: ꝛ de tali loquit auctoritas: vt patet in eodem/vbi habet/ q mala sine bonis: nec nisi in bonis esse nō possunt: ꝛ nō de malo siue pctō formaliter capto: qꝛ tale nō habet auctorē: per eūdē Augusti. cōtra Julianū: nā peccatū formaliter captū nil aliud est/nisi priuatio boni. ¶ Quo ad secundū dr/ q nō fuit defectuosus: nā sicut de⁹ exaltauit naturā humanā/inquātū eā sibi vniuit in vnitate suppositi: sic decuit/ q xp̄s honoraret cū sua natura humana deitatē: qd fecit i ꝓprio corpore: sustinēdo paupertatē/passiōes vsq ad mortē inclusiue: ꝓpter qd deus exaltauit illum: quoniam cum diuitijs et mundanis honoribus cum sint res homini extrinsece non potest homo deum tantum honorare/sicut cum his que propriam tangunt naturam: ideo defectuosus non fuit: nec esse potest: quia supremum bonum excludens peccatum/ꝛ omnē defectum. ¶ Ad tertium dicitur/ q deus non est causa mali/permittit tamen q mala sint: vt bonū fortiori ꝛ ardētiori modo cognoscatur/ꝛ diligat/ꝛ memoretur: ꝛ ipsius dei potestas fortius apprehēdatur. ¶ Secūda questio est de magnitudine/vtrū deus possit esse magnus absq operatione intrinseca/ aut sit augmentatus ex assumptione nature humane: vel sit absolute magnus: ¶ Quo ad primum dicitur q non/ et ratio est: nam negatio in prefata questione plus importat entitatis in magnitudine bonitatis/ potestatis/ eternitatis ꝛc. q affirmatio: cum ipsa magnitudo sit plus quo ad existere et agere in se eternitate/ potestate ꝛc. q quo ad existere tantum.

Questiones prime figure discurrēdo p oēs dignitates: ꝛ p̄so de bonitate queritur.

tum dicitur/ꝙ ipsa est creata/ inquantū est effectus immediatus prime cause. tamen quia constat ex suis partibus essentialibus non est simpliciter et absolute creata: sed facta/ et formata: quoniam deus et creator/ ⁊ factor dicitur: ⁊ quādo infertur: qꝺ tunc non esset primum ens: dicitur ꝙ licet predicta materia et forma constituant eius esse essentie: non tamen presupponuntur a substantia vniuersalissima: sed ab eius essentia emanant: et predictum esse constituunt/ et actuant: quoniam non se habent vt materia et forma partis/ sed vt totius. Et si, dicis vlterius/ ꝙ ipsa substantia vniuersalissima a deo creari non potuit: quoniam tunc esset simplex/ aliter non esset creata/ sed formata: ⁊ sic quicquid esset in ipsa/ esset ipsamet/ ⁊ per consequens esset purus actus: et sic haberet conditiones dei: ⁊ non posset pati sub alia natura/ ex eo quia purus actus releuatꝰ ab oī diuersitate naturarum: ⁊ nihil haberet in potentia quo duci posset de imperfecto esse ad perfectum: esset etiam indiuisibilis: ⁊ sic non posset pati sub accidente: nec accidentia possent oriri ex ea: cum ad eorum esse requiratur diuersitas naturarum: vt patet ex precedentibus: nec posset dici per consequens substantia a substando: quia non substaret accidentibus contra sententiam Aristotelis in predicamentis: ergo substantia est ipsa cōstituta/ formata/ ⁊ composita ex predictis principijs substantialibus. ¶ Ad argumentum dicitur/ ꝙ substantia est effectus immediatus prime cause: ex eo quia non est a secundis causis: tamen non terminat actum creationis simpliciter/ sed factionis: cum deus sit creator ⁊ factor: creator inquantum de nihilo principia substantialia creauit: factor vero inquantum ex illis substantiam condidit. Similiter et de angelo dici potest: quoniam si esset omnino simplex/ non posset suscipere magis ⁊ minus: ⁊ ea ratione qua est intelligens/ esset amans/ ⁊ econtrario/ ⁊ bonus/ et potens: ⁊ sic in eo non esset accidens: nec intelligeret per speciem: nec etiam deus esset sibi obiectum: ex eo quia purus actus esset: sed omnia sunt falsa: ergo angelus est factus ⁊ creatus/ sumendo creationem largo modo. Sed queritur/ vtrū angelus sit imago ⁊ similitudo dei: et videtur ꝙ sic: nam si illud quod minus videtur inesse inest: ⁊ illud quod magis: sed minus videtur inesse homini quod sit imago ⁊ similitudo dei: et tamen inest: ergo ⁊ angelo: cum sit altior in nobilitate/ maior est Aristotelis. ⁊ minor in genesi/ vbi habetur/ ꝙ deus dixit vltimate post creationem mundi. faciamus hominem ad nostram imaginem et similitudinem/ igitur omnis imago seu similitudo simpliciter representat suum representatum/ cuius est imago: sed angelus non representat deum simpliciter: ergo non est eius imago/ seu similitudo: maior est manifesta de verbo diuino/ quod simpliciter est imago dei patris: vt habetur in euangelio/ qui videt me (dicit Christus) videt et patrem: aut qui nouit me/ nouit et patrem: ⁊ sic non reperitur/ nisi filius in diuinis/ quod sit imago et similitudo dei. ad illud quod dicitur de homine in Genesi/ dicimus/ ꝙ imago seu similitudo potest capi duobus modis: simpliciter videlicet/ ⁊ secundum quid. homo et angelus potest dici imago et similitudo dei secundum quid/ et non simpliciter: sicut creatura que representat suum creatorem/ prout potest: ⁊ imago in speculo suum imaginatum/ diminute tamen et secundum quid: et cum angelus sit altior creatura que

dari potest/ retinet maiorem similitudinem dei: nam si deus ipsum angelum creasset simpliciter ad suam similitudinem/esset creans et non creans: quod est pura contradictio: creans/ quia creat ipsum angelum: et non creans / quia angelus esset eternus/ postquam creatus est omnino ad dei similitudinem. ¶ Utrum una aia rónalis sit naturaliter melius conditioata per creationé ad recipiendum maiorem gratiam/ quam alia: et videtur quod non: quia tunc non essent equales natura per Augustinum. contra. si omnes anime equaliter create fuissent / superflue stetissent maiores gratie: et minores forme defectiue. ¶ Queritur utrum ultra ultimam spheram sit locus/ vel aliquod corpus: et videtur quod sic: nam quis existens in superficie conuexa ultime sphere adhuc posset ultra porrigere manum/ vel quod sagitta adhuc posset ultra moueri: aliter esset dandum vacuum: quod natura abhorret. contra/ impossibile est corpus infinitum dari: ergo ultra ultimam spheram nullum est corpus: quoniam si daretur / posset etiam aliud dari supra ipsum: cum nó maior ratio videatur de uno/ quam de alio: et sic in infinitum: quod minime dicendum est: nec est etiam ibi vacuum infinitum: quoniam infinitú esse non potest sine magnitudine: et magnitudo est aliquid: et vacuum nihil: ergo de necessitate sequitur quod sit aliqd/ quod nó sit finitú/ nec ifinitú diméssionaliter ¶ Utrum homo infortunio subiaceat: solutio / liberum arbitrium non cogitur per fortunam: utrum imaginatiua habeat quantitaté: Solutio/ si imaginatiua quantitatem non haberet/ extendere non posset formam corporalem subtilem super formam grossam corporalem. utrum predicte forme sint a generante/ aut a creante: dicitur quod ipse forme possunt considerari dupliciter: videlicet obiectiue/ et subiectiue: in esse obiectiuo sunt a creáte immediate: in esse vero subiectiuo sunt a generante: quoniam generans generando filium suum eas de per accidens generat: ad generationem enim totius generari dicuntur partes. et si queratur/ ubi erát antea usque in esse obiectiuo: dicitur quod in materia pria. Queritur utrú homo sit effectus immediatus prime cause: et dicitur quod sic/ quo ad unionem anime et corporis / et ad esse substantiale eius: licet per secundam intentionem prima dispositio in corpore prehabita fuerit: quo tamen ad resultationem sensualem et accidentalem non est effectus immediatus prime cause: cum talis facta sit ab agentibus naturalibus. ¶ Queritur utrum si Adam et Eua non peccassent in prima tentatione possent extunc peccare: et videtur quod non: nam quemadmodum angeli qui deum dilexerunt/ statim in gratia confirmati fuerunt: et post eorú confirmationem peccare non potuerunt: neque lucifer cum suis sequacibus post peccatum bonum facere: sic a simili de primis parentibus / si in prima tentatione restitissent / postmodum peccare non potuissent: aliter deus eis fecisset iniuriam. contra. nullum sensitiuum inclinationem habet ad virtutes/ sed potius ad sensibilia: homines sunt sensibiles: ex eo/ quia compositi sunt ex materia/ que in se sensitiuam formam includit: cuius natura é sensibilia appetere et non virtutes que vie sunt padisi/ et valde necessarie: ergo in omni statu potuerút peccare. ¶ Ad argumentum dicitur/ quod non est simile de angelo et de homine: quia angelus totus se conuertit ad bonum / aut se peruertit ad malum: ex eo quia est simplex: sed homo ex anima et corpore: ideo nó potest se totaliter cóuer-

tere ad bonum/aut peruertere ad malum:et si posset/esset sua natura sensitiua mutabilis de vna specie in aliam:quoniam non esset absoluta ad appetendum sensibilia delectabilia:et sic esset tunc alia que modo non est:et esset illa que nunc est:quod est pura contradictio. est tamen verum/φ anima hominis virtutem et potestatem habet supra corpus:quoniam potest ipsum refrenare:⁊ sic potuissent homines in virtutibus perseuerare:tamen peccati impossibilitatem nõ habuissent:quia tunc non potuissent libere in virtutibus perseuerare:qd esset diminutio meriti:et esset etiã superfluitas sensitiui.¶ Utrũ de⁹ verbũ possit deponere naturam humanam/⁊ postmodum iterum eam assumere:⁊ videtur φ sic:nam deus potest facere omnia que non implicant contradictionẽ:aliter nõ esset omnipotens:sed hoc non implicat contradictionem:ergo ⁊c.in oppositũ est Augustinus dicẽs/qui potest quod sibi nõ prodest:nec expedit/quantum illud magis potest/tãtũ aduersitas et peruersitas in ipsum possunt:sed deo nõ prodest/nec expedit naturam humanã deponere:quod manifestatur in quarto tractatu:vbi agitur de incarnatione:nam dato φ adam non peccasset/ verbum diuinum naturam humanam assumpsisset ratione finis et exaltationis mundi aliter quicquid datum esset per creationem/esset defectuosum/et carens fine: vt alibi deductum est:et sic patet quid dicendum sit ad argumentũ:est etiam articulus parisieñ.condẽnatus.¶ Queritur vtrum quis debeat magis velle/φ omnes homines mundi essent damnati/φ ipsum cõmisisse aut perpetrasse vnũ peccatum mortale:et videtur φ sic:nam per peccatum mortale quis incurrit dãnationem/⁊ penas eternales:ergo melius est ei/φ omnes homines sint dãnati φ ipse/cõtra.quicunq; contrariatur voluntati dei peccat mortaliter: sed talis contrariari videtur voluntati dei:et manifestatur:quoniam deus vult omnes homines saluos fieri:et creauit omnes ad finẽ vt a pluribus intelligatur/⁊ ametur:quod non posset/si talis solus esset saluatus:et sic deus frustraretur a sua intentione:immo totiens quotiens quis tale quid imaginatur/aut dicit/ peccat mortaliter pluribus modis:primo quia contra intentionem et voluntatem dei:quoniam deus hoc nollet:et manifestatur tali exemplo: nam si quis diceret:ego potius mallem/φ omnes homines huius regni essent rebelles/⁊ traditores/φ ego/videam⁹ nũc/si rex vellet illud/manifeste patet φ non/quia tũc regno careret:et nõ haberet populũ:sic nec deus φ omnes essent dãnati preter ipsum:et sic patet quod directe contrariatur voluntati dei/cui obligatus est pro innumeralib⁹ beneficiis/que ei tribuit:et cum tanta sit obligatio/quanta sunt dona/nam magnitudo obligationis crescit ex magnitudine donorum:et quia homo accepit a deo quicquid habet in seipso:et finaliter quicquid est in mundo:quoniam deus omnia creata ordinauit ad hominem:ergo non solum homo tenetur deo pro seipso/sed etiam pro toto mundo:ideo tantum debet/et tenetur homo pro se ⁊ mundo deo/quantum ipsemet valet/et mundus ex alio latere qui propter ipsum est:et sic homo magis ponderat/φ totus mundus: et per consequens magis tenet deo/φ tot⁹ mũdus:si bene ponderetur quo ad omnes suas partes.et q2 obligatio nõ solũ crescit ex magnitudine ⁊ multitudine donoꝝ immo ex voluntate et affectu dantis/in primis id quod datũ est homini a deo est amor:

est amor/ et est donū occultū et inuisibile: qđ quasi non reputatur donum: et tamen est radix et primum fundamentum aliorum donorum: quia nisi prius dilexisset/ nihil dedisset: et quia dona exteriora et visibilia sunt prima signa/ et argumenta amoris dei: ideo ex quantitate et prerogatiua donorum recte possumus arguere/ et cōcludere quantitatem et prerogatiuam amoris dei erga hominem: et qr de⁹ totū mundum fecit propter hominem: et sic omnia alia dilexit propter hominem: et quia super omnes creaturas exaltauit/ et ornauit hominem: et dotauit in corpore et aīa/ sequitur/ ꝙ sup oēs creaturas et p̄ceteris de⁹ dilexit hoīez: sequitur ergo ex his/ ꝙ homo soli deo obligat/ et summe obligatur: et plus sine comparatione pro amore suo liberalissimo quo primo dilexit eum/ ꝙ̄ pro omnibus aliis bonis/ de quāto magis valet amor dei/ ꝙ̄ omnes alie creature: et sic duobus modis obligatus est homo ipsi deo: et qr omnis debitor et qui est obligatus ad aliquid est obligatus: et aliquid debet/ sed quicqd habet homo a deo habet/ pro quo obligatur de iure nature/ considerare oportet: an habeat aliqd quod sit proprie suum/ quod possit dare: et sit deo acceptabile: et necesse est ꝙ ita/ aliter invanū esset obligatus: et obligatio esset frustra: quod est impossibile: qr tūc homo esset cōstitutus in maxima pena: quia cognosceret se omnia accepisse et per consequens obligatum esse/ et debitorem: et tamen nihil habere vnde posset soluere et recompensare pro tantis beneficiis acceptis: requiritur ergo/ quod habeat aliquid quod sit sibi proprium: sed nil aliud inuenitur/ nisi amor et dilectio erga deum: et conformitas eius voluntatis voluntati dei: sed hoc non tribuit deo: si volūtas eius contrariatur volūtati dei: qđ manifeste pȝ in p̄dicto casu: ergo non debet habere tale velle cōtra nolle dei. ¶ Ad hoc dato ꝙ esset dānatus de iure naturali tenetur deo pro omnibus supradictis/ et esse quod adhuc retinet: quod quidem esse est bonum bonitate entitatiua: licet sit malū moraliter per suam propriam et liberam libertatem: et non per voluntatem dei: qr omnes ad beatitudinem creauit: ideo non debet contra voluntatem dei venire: maxime cum in sua potestate sit peccare/ et non peccare: et dato quod peccauerit mortaliter ex fragilitate nature: tamen potest veniam per penitentiam consequi: ex eo quia deus pius et misericors est: et in tali casu peccat in primis contra primum preceptum: quia diligit plus seipsum/ ꝙ̄ deum: et facit alienos deos/ diligendo seipsum/ plus quam deum: inquantum venit contra eius voluntatem: et venit contra secundum preceptum/ quod est diligere proximū suū sicut seipsum: hec duo precepta data fuerunt a Christo/ in quib⁹ cōtinentur alia. vnde Augustinus. cum diuina voce dicitur/ diliges dominum deum tuum et proximum sicut teipsum: qui enim de deo peruersa sentit/ liquet profecto ꝙ deū non diligit: qui vero de deo recta sentiens a sancte ecclesie vnitate diuisus est/ cōstat quod proximum non amat: quem habere socium recusat: vnde apostolus. si tradidero corpus meum vt ardeat/ charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Augustinus de moribus ecclesie. hec est vita eterna: vt cognoscant te verum deum: et quem misisti Iesum christum/ quid quesc/ nisi vt eum ipsum quem cognoscere volumus plena charitate diligamus: quid inter ipsos homines nullum ne esse amoris vinculum debet: imo vero debet: vt nullus certior

gradus ad amorē dei fieri posse credatur/ꝙ hominis erga hominem charitas/ iuxta illud ꝑceptū. diliges proximū tuum/ sicut teipsum: te autem ipsum salubri ter diligis: si plusꝙ te diligis deum: quod ergo agis tecum: id agendum cum ꝓ ximo est: non enim diligis tanꝙ teipsum: si non ad hoc bonum ad quod ipse tē dis/ adducis: quid enim homini homine propinquius? ex quibus clare pa tet/ quod quis volendo magis bonum suum proprium et non proximi eius/ aut quam sui proximi est in maximo errore: et contra primum et secundum mandatum saluatoris nostri: et per consequens eius positio sapit heresim: quam quidem positionem quidam in sermonibus suis predicando coram fere nissimo christianissimoꝗ domino Francisco diuina prouidētia Gallorū Rege pro firma conclusione tenuit: vt fertur: nihil tamen habeo preter auditum: si au tē ita est/ reuocanda esset: et omnino extirpanda: manifestum enim est deum esse ens entium/ ad cuius similitudinem cetera entia facta sunt: et per quem/ et ad quem/ et sine quo nihil: ideirco propter maioritatem concordantie/ et finis: ꝛ mi noritatem contrarietatis et priuatiōis habet omne ens creatum plus esse suum in summo ente/ ꝙ in seipso: ergo vnusquisꝗ homo plus naturaliter desidera re debet esse diuinum in quo suum auget/ ꝛ multiplicat/ ꝙ proprium esse: ideo si per deuiatum medium et falsum incedat/ sic appetendo esse appetit sui ipsius priuationem: ideirco est istud medium ad hominis essendi augmentum: videlꝫ ꝙ hō plus recolat: plus itelligat/ ꝛ plus diligat: seu amet suū summū ens ꝛ eiꝰ opationē intrinsecā/ ꝛ extrīsecam semper ꝛ vbiꝗ: cum sit immensum/ et eternū ꝙ semetipsum: nam aliter non diligit esse suum: sed potius non esse suum: quo niam si plus diligit esse suum/ ꝙ esse diuinum/ deuiat a medio: et appetit infini tum propter esse suum: quod infinitum non potest attingere: nec per consequēs saturari: cū nō habeat a seipso/ nec in seipso esse suū/ nec viuere: sed a summo esse/ ꝛ ī summo eē/ et ꝑ summū esse: manifestū est ergo/ ꝙ de iure naturali tenetur ca tholicus magnificare/ glorificare deum: et eius voluntati obtemperare: et non timere suum esse tradere pro summo esse: cum esse diuinum sit magis suum ra tione finis/ ꝙ suum proprium: et quia vt inquit Gregorius/ per amorē dei amor proximi gignitur: et per amorē ꝓximi amor dei nutritur: nam qui amare deū negligit: profecto diligere proximum nescit. vnde Johannes. qui non diligit fratrem suum quem videt/ deum quem non videt/ quomodo potest diligere? et sic concludamus/ ꝙ quis appetendo plus suā beatitudinē/ ꝙ honorē dei ꝛ bonū proximi sui (vt ī prefata ꝓpositiōe) peccat mortaliter. ¶ Contra articulos fidei ad humanitatem pertinentes arguitur multipliciter: et primo contra illud qđ dictum est de incarnatione: videlicet ꝙ si adam non peccasset/ verbum diuinum naturam humanam non assumpsisset/ iuxta illud Gregorij: nihil profuit nasci/ nisi redimi profuisset? dicitur ꝙ verum est post peccatum primi parentis: cum nullus esset aditus ad regnum celorum: ante redemptionem generis humani/ tamen si adam non peccasset ratione finis: verbum diuinum naturam huma nam assumpsisset. Item deus potuit per alium modum genus humanum re dimere/ videlꝫ per angelum/ vel aliā creaturam absꝗ assumptione nature huma ne: dicitur ꝙ tunc non esset natura sufficienter restituta in pristinum statum/

Argumen de Adamo

ex eo quia esset subiecta illi creature: et ante peccatum non erat obligata nisi so li deo. ¶ Tertio/deus mortuus non est/ vt redimeret angelos qui ceciderunt: ergo minus vt redimeret genus humanum: dicitur quod angeli ceciderũt nul lo instigante: debuerunt surgere nullo iuuante: quod fuit eis impossibile: pri mi vero parentes non: sed diabolo instigante. ¶ Quarto/nulla virgo potest parere: sed virgo Maria fuit semp virgo: ergo ꝛc. dicitur ꝙ verum est natura liter: sed quia talis conceptio fuit supernaturalis: et per consequens eius nati uitas. ¶ Quinto/deus fuit/et est magis beatus amando essentiam diuinam/ꝙ amando ꝛ volendo passionem Christi: ergo passio Christi non fuit bonum infi nitum/nec per consequens Christus pro infinito satisfacere potuit: dicitur qđ licet passio Christi non sit bonum infinitum subiectiue: est tamen bonum infi nitum obiectiue: quẽadmodum peccatum ade malum: et etiam acceptatiue est bonum infinitum: quia a deo infinito per eius passionem quo ad humanitatẽ facta est talis satisfactio. ¶ Sexto/deus potuit liberare sanctos patres ab infe ris absq; eius descensu: videlicet mittendo vnum angelum/vel aliquam aliam creaturam. dicitur/ꝙ si aliquã creaturã misisset/fuisset successio iter satisfactio nem et detentorum liberationem ratione ordinationis: ergo ipsemet Christus debuit descẽdere: vt in eodẽ instãti in quo facta fuit satisfactio nota esset detẽ tis in inferno liberatio. ¶ Septimo/quecunq; vniunt propter aliqđ si separen tur propter illud habendum/adepto ipso non debent iterum vniri: sed corpus ꝛ anima Christi vnita fuerunt: vt ex eorum separatione per mortem genus hu manum redimi posset: ergo facta tali redemptione per eorum separationem ite rum vniri non debuerunt: et sic non resurrexit Christus tertia die/vt tenet' arti culus. dicitur ꝙ licet ad redemptionem generis humani necessaria esset talis se paratio videlicet anime et corporis: tamen quo ad finem totius vniuersi neces saria fuit resurrectio: vt omnia finem attingerent in Christo: nam aliter quic quid esset datum per creationem frustraretur: quia non posset attingere finem vltimatum qui est Christus benedictus: cũ deus absolute nõ sit obiectabilis a reb' corpalib'(vt i supiorib' iam dictũ est) ergo frustra illa creasset: fuit ergo ne cessaria talis resurrectio. ¶ Octauo Christus facta redemptiõe debuit cũ eius populo permanere in hoc mũdo/eum instruendo/ꝛ dirigendo: ne a cetero a sua intẽtione frustraretur/dicitur/quod si permansisset/corpus eius et anima in iuriata fuissent/ex eo quia eis debetur sublimior locus/ante tamen ascensionẽ suam ecclesiam(vt dictum est) ordinauit/suum vicarium reliquendo/ei omni modam potestatem in celo et in terra tribuendo. ¶ Nono contra/si papa ha beret omnimodam potestatem (vt tu dicis) posset se/et omnes alios absq; me ritis saluare/dando indulgentias valentes tantum/quantum sonarent: sed hoc est falsissimũ: ergo et illud ex quo sequit: dr ꝙ hoc papa facere nõ põt: qꝛ si si pos set: ei' potestas excederet ptãtẽ dei/iuxta illud. q fecit te sine te/nõ saluabit te si ne te. qꝛ tũc de' nõ eẽt id qđ est/si absq; meritis iustificaret aliquẽ: nã q̃cũq; sunt idẽ realr/ad q̃t se extẽdit vnũ/ꝛ reliquũ: s; iusticia ꝛ ptãs dei sunt hmõi: g̃ ꝛc. s; iusticia nõ se extẽdit ad hoc quod est iustificare absq; meritis: ergo ꝛc. tamen si sit penitens vere/deus non eijciet eum foras: sic nec summus pontifex facere

debet/qui eius vicarius est: quoniam nullus est dignus vicarius Jesu Christi absque ordine: ideo datus est ordo a deo: vt ordinati ei seruiant: nam sine vicario dei homo securitatem non haberet/ si peccata de quibus veniam homo petit/ essent ei dimissa: nam homo offendit deum: et papa tanquam eius vicarius /aut minister sub eo constitutus parcit: nullus ordo habet tantam potestatem sicut summus pontifex: et nullus homo dat ita magnum exemplum boni vel mali sicut summus pontifex: si summus pontifex est bonus: totus mundus est bonus: si malus autem/ etiam totus mundus est malus. vnde Paulus. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a deo: que autem sunt a deo/ ordinata sunt: itaque qui resistit potestati dei/ ordinationi resistit: qui autem resistunt/ ipsi sibi damnationem acquirunt: ideo papa potest penitentibus dare indulgentias/ et hoc quo ad penam: quo vero ad culpam solus deus (vt habetur in Luca) eam dimittit: tamen pena eterna que penitenti debebatur de peccato mutatur in temporalem mediante penitentia: et talem penam potest summus pontifex dimittere: et quo ad eam indulgentias concedere: et secundum discretionem soluere /aut ligare. ¶ Decimo nullus homo mortuus potest idem numero resurgere: ergo impossibilis est hominum in die iudicii resurrectio: consequentia tenet: et antecedens probo: nam secundum Aristotelem /a priuatione in habitum non est regressus. dicitur quod verum est naturaliter/ non tamen supernaturaliter: cum omnis creatura sit in potentia obedientiali respectu dei: ac etiam naturaliter dici posset/ quod talis erit resurrectio: nam omne informatiuum arguit suum informabile: sed anima rationalis est quedam informatiuum: ergo et cetera: maior est per se nota: et minor manifestatur: nam anima dicta est ab animando: et talis potentia inest ei a natura: ergo et perpetuo/ a qua frustrari non potest. ¶ Undecimo. deus in tali iudicio generali absolute debet iudicare: ex eo/ quia ipse solus est dominus omnium: quia omnia fecit: et ipse solus est qui potest punire/ et retribuere. dicitur quod licet deus absolute captus possit omnia predicta: tamen oportet quod tale iudicium sit omnibus notum: sed si deus absolute iudicaret: persona sua non videretur oculo corporali/ nec etiam sua sententia audiretur: ergo christus benedictus debet iudicare.


Moralis philosophus aggreditur suam prouinciam/ querens ¶ Utrum aliqua virtus cardinalis proprie dicta sit in subiecto irrationali: et videtur quod sic: vt Aristoteles primo methaphysices tenet: nam memoria est pars prudentie brutorum. contra. prudentia est prouidentia de futuris ex memoria preteritorum: sed formica in estate/ nunquam meminit de hyeme: quia nunquam vidit hyemem: et tamen colligit grana: ergo prudentia non est in ea respectu eorum que habent naturalem instinctum. ad Aristotelem dicitur quod ipse locutus est methaphorice: quoniam secundum eundem .vj. ethicorum/ prudentia est habitus consiliatiuus: sed consilium non est de fine/ sed de his que sunt ad finem. Utrum virtutes differant a donis: et videtur quod non: illa que diffinitione conueniunt /non differunt: sed fortitudo data et acquisita sunt huiusmodi: ergo etc. maior est de se nota: et minorem probo: quia eodem modo fortis vtraque fortitudine peccatis resistit/ et tentationibus. ¶ Item sequeretur quod in eodem subiecto essent due virtutes in eodem genere: quod est inconue-

niens/ quia vna superflueret. contra. quecunq; sic se habent/quorum vnum est ex aliquo/ vel aliquibus/reliquum vero non /inter se differunt:sed virtus acquisita et data sunt huiusmodi :ergo ꝛc.maior est de se nota:et minorem probo :quia acquisita causatur ex pluribus actibus elicitis a voluntate:donum vero spiritus sancti datur a deo : et sic creatur. ad illud quod dicitur de eodem genere/dicitur ꝙ non est inconueniens /ꝙ in homine sint duo humida : vnum radicale:et aliud nutrimentale:que sunt in eodem genere :et sic de scientia infusa et acquisita. ¶ Utrum homo largus tantum possit resistere auaricie/q̄ auarus largitati :hic queritur de equalitate /vel maioritate/et minoritate potestatis contrariandi huius intellectualis creature /que est largitas / et huius creature animalis intellectualis /que est homo:inquantum male et auare operatur aut large/et virtuose. Pro cuius euidentia est notandum / ꝙ diuina potestas et largitas cum diuina bonitate/magnitudine ꝛc.sunt vna veritas / vna essentia /vna deitas /vna virtus /ꝛc.idcirco cū largitas creata/et potestas creata ꝛc. sint similitudines predictarum dignitatum / quarum similitudinum essentia ab ipsis dignitatibus est influxa:auaricia vero nō :sed est potius dissimilitudo dignitatum dei ratione malicie sue contra bonitatem : et ratione paruitatis cōtra magnitudinem :et sic de alijs:manifestum est ergo /ꝙ largitas multo plus potest operari aduersus auariciam/q̄ auarus contra largitatem :et si magis operari /magis per consequens resistere:cum etiam operatio naturalis videlicet finalis plus possit/q̄ innaturalis /videlicet contraria fini:differentia contrarietas sine reali concordantia est inter largitatem et auariciam: nam sicut largitas habet in se rationes distinctas concordes ad illum finē quare creata est :sic ecōtrario auaricia habet oppositas illarum rationum concordes ad oppositum finem ipsius largitatis :ita ꝙ bonitas/magnitudo ꝛc.de quibus largitas constituta est /tendunt ad constitutionem boni entis/magni ꝛc.cōtra non ens malum ꝛc.malicia vero paruitas ꝛc.de quibus auaricia est constituta tendunt ad constitutionem non entis mali /parui/contra ens bonum/ magnum ꝛc. largitas igitur ↄdicit auaricie ratione entis :et auaricia largitati ratione nō entis: manifestum est ergo/ꝙ largitas resistit magis auaricie /q̄ auaricia largitati: et sic potest de omnibus alijs virtutibus et vitijs eis oppositis dici .contra. si hoc esset verum /tunc impossibile esset largitatem in priuationem posse reduci(cum largitas in omni tēpore fortior sit ipsa auaricia) et auariciam de potentia in actum:ergo de necessitate requiritur equalitas inter largitatē et auariciam : vt ipsa largitas finem et meritum ratione liberi arbitrij consequi possit : et auaricia auaro culpam inducat :et ratione culpe penam :equalem ergo habent potestatem :cum equaliter propter liberum arbitrium auaricia possit largitatis priuatio esse/et econuerso. Ad hoc dicitur/ꝙ verum est respectu materie tantum: eo quod quelibet earum equaliter est ipsis potentijs communicabilis : largitas importat entitatem bonitatis/magnitudinis ꝛc.vt agant:auaricia vero nō: entitatem earum vt non agant :et sic respectu subiecti coequantur in potentia: non tamen absolute propter rationes superius assignatas :nam licet ipsa largitas accidens sit/nihilominus plus dependet ad substantiā/q̄ auaricie :sicut

quātitas / q̄ qualitas/aut relatio /et sic absolute plus potestatis est largitas / q̄ auaricia.



Uāq̄ questiones peregrine in utroqꝫ iure positiuo locum non habeāt: ex eo/q2 autoritate summi pontificis et imperatoris firmatum ꝛ corroboratum est: quibus non assentire periculosum /et valde dam nosum esset: ideo (vt fertur) erubescimus sine lege loqui: quorū autoritas pro lege firma habetur /iuxta illud. sic volumus: sic iubemus ꝛc. tamen quia est maxima discrepantia inter doctores propter diuersos sensus/quos in qualibet decretali /aut lege causant: et sic aquam liquidam ꝛ claram turbidam ꝛ ambiguam reddunt: iccirco vt clarificetur /examinentur / et videatur quid tenendum sit/ bonum erit aliquas questiones mouere: et eas per artē determinare: ideo in p̄mis q̄rif/ vtrū ius debeat plus inq̄ri rōne sue forme q̄ rōne sue materie: et videtur ꝙ potius ratione materie: quod probatur sic. secundum operationem naturalem agens naturale et etiam artificiale prius incipit in materia generali / q̄ in forma generali: sicut planta generans plantam prius mouet materiam plante generabilis / q̄ eius formam: et faber prius mouet materiam claui /quam eius formam: et hoc per se patet: sed cum iurista sit intellectualis artifex: decet eum sequi in sua intellectuali operatione operationem naturalem et sensualem: prius ergo debet incipere in materia / q̄ in forma ergo prius ratione materie / q̄ ratione forme ius inquiri debet: et cōfirmatur: nam quicquid est magis necessarium in re: illud debet magis/et prius inquiri: sed materia ratione sue prioritatis magis est necessaria: quod patet: quia remota materia remouetur forma: et quicquid sequitur: et non econtrario: ergo materia est magis principalis/ q̄ forma: et per consequens magis necessaria: ergo ꝛc. ¶ Secundo arguitur sic. iniuria est oppositum iuris: et quoniam forma iuris potest magis resistere iniurie / q̄ materia / prius incipit iniuria corrumpere ius ex parte materie/ q̄ ex parte forme: sed vnde eminet prius corruptio iuris ibi magis est inquirendum: vt citius fiat resistentia iniurie: ergo ius magis inquirendum est ratione materie/ q̄ ratione forme. ¶ Tertio arguitur sic. iurista cum sit artifex intellectualis viam principiorum nature sequi debet: sed secundum viam nature materia est maius principium ratione potentie/ q̄ forma ratione habitus: eo ꝙ plus est ratione possibilitatis in materia ratione potentie q̄ in forma ratione habitus: ratio quidem huius est: quia materia plus habet pati / q̄ forma agere: et inde sequitur / ꝙ materia magis appetitiua est / q̄ forma cum non possit ei sufficere: restat igitur ꝙ est minus principium / q̄ forma: ergo iurista ratione maioritatis potius debet ius inquirere ratione materie / q̄ ratione forme: cum etiam operatio iuris sit operationis naturalis similitudo. Adhuc dicendum est vlterius / ꝙ licet materia sit quoddam vniuersale principium: vnde procedunt materie particulares ad supposita specifica generationi ꝛ corruptioni subiecta: et licet sit necessarium/ ꝙ sicut est vna materia vniuersalis/sit vna vniuersalis forma/qua regantur forme particulares suppositorum que corruptioni et generationi subiecte: et in qua omnes sunt habi

tuate/priusquam procedant in actum: tamen quia materia plus habet per
sistētie et durationis/ꝙ forma: quia cū forma corrumpitur/semper remanet ma
teria: et semper pluribus formis corruptibilibus ipsa existente incorruptibi
li: ergo magis habet materia rationem maioritatis et subsistentie/ꝙ minorita
tis / et accidentis: magis ergo debet inquiri ius ratione materie/ꝙ ratione for
me. ¶ Quarto arguitur sic/omne illud quod plus habet persistētie et duratio
nis habet magis rationem maioritatis et substantie/ꝙ illud qđ minꝰ: sed ma
teria plus habet persistentie et durationis/ꝙ forma: quia cuꝫ forma corrumpi
tur/semper remanet materia: ergo ꝛc. ¶ In oppositum est veritas: vt patet per
primam figuram: nam in essentia dei nulla est materia: sed forma pura: et sim
plex/que est ipsamet essentia/ in dignitatibus aūt est iusticia: que est ipsemet deꝰ/
et essentia pura cuius scilicet iusticie similitudo est ius ratione forme ipsius iu
ris/non autem ratione materie: vnde cum forma iuris que est ipsa equitas seu
iusticia sit similitudo dei ratione iusticie/significatum est/ꝙ ius simpliciter de
bet plus inquiri ratione sue forme/ꝙ ratione sue materie: et hoc etiam patet ꝑ
secundam figuram/et primo per triangulum viridem: nam omnis creatura et
sensualis/et intellectualis nobilior/et melior est simpliciter ex parte forme/ quā
ex parte materie: quia per primam formam distinguitur vnunquodq; a quo
cūq; alio: et ab ea propriam recipit denominationē: non autem a materia: ꝛ mul
tas etiam alias habet conditiones forma in sua substantia/que sunt nobilio
res/quam conditiones materie: ac etiam omnis operatio naturalis: intelle
ctualis et artificialis nobilior est ex parte forme agentis/quam ex parte mate
rie patientis: quare manifeste concludendum est/ꝙ ius potius debet inqui
ri ratione forme/ꝙ materie. ¶ Ideo ad primum argumentum dicendum est ꝑ
triangulum rubeum/ꝙ multiplex est prius: videlicet intentione et nobilitate:
et secundum tale prius forma prior est materia: et est prius exequutione/et tem
pore: et secundum tale prius materia in potentia est prior ipsa forma: et quo
niam etiam forma prior est habitu/ꝛ intentione agentis/ꝙ materia in execu
tione: et tempore falsum est: ꝛ cum obijcitur de prioritatate materie dicendo/ꝙ
materia ratione prioritatis sue magis necessaria est/dicendum/ꝙ materia et
forma transeuntes per medium coniunctionis sunt principium essentiale huiꝰ
finis/qui est substantia: ita quod quodlibet est necessarium principium substā
tie: ita ꝙ hec scilicet forma est principium agens necessarium: qua posita poni
tur totum videlicet substantia: ꝛ qua remota/non remouetur totum: quia re
manet ibi materia: et hec scilicet materia est principium necessarium passiuum
qua remota remouet totum scilicet ipsa substantia: et qua posita non ponitur
forma: nec per consequens ipsa substantia: et inde soluitur obiectio/quod ve
rum est necessarium esse magis necessarium ex parte priuationis/quam sit for
ma: sed forma magis est necessaria ex parte positionis/quam ex parte priua
tionis: quare non valet obiectio. Differentia est inter formam et materiam
iuris: cum forma sit quoddam ens aggregatum in verbo phantastico de plu
ribus similitudinibus actiuis: vt sequatur iudicium/ex parte actionis: et

materia sit qdam ens aggregatū in codeʒ verbo pbātastico cōstitutū de pluri
b⁹ similitudinib⁹ passiuis subiectis pdictis similitudinib⁹ actiuis: vt sequat in
diciū ex parte passionis: hec aūt differentia que est inter materiā et formam iuris
maior est ratione forme/ q̄ ratione materie: cū forma sit agens: materia vero
patiēs: atqʒ maior est concordantia ex parte forme/ q̄ ex pte materie: et maior cō
trarietas earū adinicē ex pte materie/ q̄ ex pte forme: quia prius incipit ius cor
rūpi per materiam/ q̄ per formam: qr illa materia est in potentia ad transmu
tandum se sub forma iniurie: maior ergo contrarietas est inter ius et iniuriā ra
tione forme iuris/ q̄ materie: quia iudex potius debet inquirere ius et iniuriam
ratione forme/ q̄ ratione materie. ¶ Ad scdm argumentū respondendū est per
triangulum rubeum: et cum dicitur/ q iniuria est oppositum iuris: et q forma
iuris magis resistit iniurie zc. cōceditur: et vlterius cū assumit/ sed vnde eminet
prius corruptio iuris/ ibi magis inquirendū est: dicendū est/ q iniuria tendit ad
destructionem/ vel corruptionem forme iuris: vt destruat ipsum ius per hoc me
dium quod est materia iuris: et ita oportet eam prius transire per medium/ scʒ p
materiam/ q̄ veniat ad finem: sed prius intendit venire ad finem/ q̄ transire per
medium: et in hoc soluitur obiectio ratione distinctionis inter prius et prius: et
qm pri⁹ venire ad finē ē mai⁹/ q̄ pri⁹ trāsire p mediū/ vcʒ poti⁹ obiectio ad ppo
sitū/ q̄ ad oppositū: forma ē pricipiū materie/ dās ei esse/ hoc est aligd distictū ab
ol alia materia: vt ipsa forma rōne sue ppie materie finē suū attingat i seipsa: et
ita materia est principium secundariū: et est medium/ per quod forma attrahit
ad se siltudines suas: atqʒ materia se hʒ ad suā formā: vt hēat in ea perfectionē
et finem quem appetit/ attingit intellectus per triangulum rubeum in materia
et forma: vt dictum est/ quod in iudicio debet ius inquiri secundum prin
cipium/ medium/ et finem primarium: et hec est regula generalis in iure/ et q for
ma habet in vnoquoqʒ composito principium/ medium/ et finem primarium: et
materia secundarium: magis ergo debet inquiri ius ratione forme/ q̄ ratione
materie. ¶ Ad tertiuʒ argumentū rñdetur/ q principium corruptionis est ma
teria: quia tante minoritatis est/ q de se non habet esse: sed ab alio/ vcʒ a forma
et ratiōe sue potentie est transmutabilis de forma in formam: quia natura illius
tāte minoritatis est/ q nō pōt esse actu/ et si hēat eē actu/ hoc est gfa forme susti
nētis eā in actu nature: est qdē forme ei semper dare esse/ si sit quid sufficiens su
stinere illud: et sic forma de se semper habet esse: et corruptioneʒ a materia: et in
hoc soluitur obiectio/ cum dicitur materia plus hʒ esse et durationis/ q̄ forma:
verum est per accidens: sed falsum est substantialiter: quia quicquid habet pexi
stentie/ et durationis: hoc est gratia alicuius forme agentis super eam: et cum di
citur/ q secundum viam nature materia est maius principium ratione poten
tie/ q̄ forma ratione habitus/ negatur: et cum dicitur/ eo quia plus est possibili
tatis in materia ratione potentie/ q̄ in forma ratione habitus/ falsum est: et
per consequens negatur tota obiectio: imo potius cum ipsa vniuersalis for
ma sit aliud vniuersale principium in actione/ et habitu sicut materia in pas
sione et potentia/ maius principium est ipsa forma vniuersalis ratione actio
nis et habitus/ q̄ ipsa materia vniuersalis ratione passionis et potentie/ vnde

 258

bene valeret obiectio/ nisi esset forma vniuersalis/sed materia tantum:namcū igneitas/aereitas/aqueitas/ terrestreitas que sunt essentie materie vniuersalis constitute sint distinctimode de bonitate/magnitudine rc.ita se habet bonitas rc.ad constituendum igneitatem ratione forme/ sicut ratione materie:vt ignis r cetera/rōne forme sit actiuus:et rōne materie sit passiuus:quare necessario oportet formam esse vniuersalem sicut materiam vniuersalem. preterea substantia est maior per id per quod habet suum esse specificum/ꝙ per id per quod se habet ad aliud esse:nā esse substātiale est ipi⁹ substātie:id vero qđ se hꝫ ad aliud esse est accidentale:maior est ergo substantia per id p qđ ipsa est agēs ꝙ per id per quod ipsa est patiens/sed per formā habet esse/r agere/ p materiā habet id quod se habet ad aliud esse:r per quod est patiens:maior est ergo substātia rōne forme/ꝙ rōne materie:magis ergo dꝫ inqri ius ratione forme/ꝙ rōne materie:cum magis inquiratur ratione maioritatis/ꝙ minoritatis:et magis ratione substantie/ꝙ accidentis:cum forma iuris maiorem proportionem hēat cū sba rōne maioritatis/ꝙ mā rōne minoritatis:r mā maiorē ꝓportionē cū accidente/ꝙ forma:r hoc ratione predicte minoritatis. ❡ Ad quartū dicitur ꝙ principiū corruptiōis est materia:qꝛ tāte minoritatis est/ꝙ de se nō hꝫ esse:sed ab alio:vt dictum est:et cum dicitur/cum forma corrumpitur/ semper remanet materia:verum est ratione alicuius forme/nam aliter non posset/nisi aliqua forma daret ei esse:r cum dicitur/ et semper subiicibilis est pluribus formis corruptibilibus ipsa existente incorruptibili/verum est/ꝙ ipsa est subiicibilis ratione sue potentie: et ꝙ forma cui subiicitur est corruptibilis non ratione sui/sed ratione ipsius materie non potentis sustinere formam ipsam/ r ꝙ ipsa incorruptibilis non est ratione sui/sed ratione alicuius forme regentis eam:r sic quicquid habet perfectionis r maioritatis ipsa materia/hoc non est ratione sui:sed ratione forme:r quicquid imperfectionis/r minoritatis habet forma/ hoc non est ratione sui/sed ratione ipsius materie: vnde bene valeret obiectio/ si perfectio quā habet materia esset ratione suīpsius/et si defectus quem habet forma esset ratione ipsius forme:quod falsum est:quare non valet. ❡ Queritur vlteri⁹ quomodo ius particulare inuenitur in vniuersali: dicitur ꝙ in principio/ duꝫ causa vertitur coram iudice affirmatio est actoris/ negatio rei:dubitatio vero iudicis:existente igitur iudice in hac compositione actuum suarum potentiarum ratione dubitationis que constat de intelligere/r ignorare/recolere/r obliuisci/diligere et non diligere/ odire et non odire:tunc debet se trāsferre in hos actus/videlicet obliuisci/ignorare/r diligere/vel odire:supponens affirmationem esse in veritate/vel in falsitate:et postmodum negationem:et tunc discurrentes memoria recolens et intellectus intelligens secundum conditiones cause ꝑpendunt quomodo ius se habet in illa causa ratione forme/et ratiōe materie r tunc inquirat/si altera ipsarum/vel ambe simul/scilicet affirmatio et negatio peccant:et tunc ita erit/vel qđ altera ipsarum peccauit in forma/vel in materia: et tunc inquiret ius secundum quod peccat/vel peccauit in vtraqꝫ:r tunc magis inquirat ratione illius qui plus peccat: r si ambe simul peccant /scilicet affirmatio et negatio:aut peccauit in forma/et illa in materia/vel ecōtrario:et tunc

inquirendum est ius ratione illius in qua maius est peccatum: aut ambo peccauerũt in forma/et in materia: et tũc inquirendum est secundum eam que plus peccat in vtraq3. Contra/inquirendum est ius vbi habet esse: impossibile enim est illud inueniri vbi priuatum est esse suum: sed in illo principio vbi non peccat ius est ipsum ius; in illo principio vbi peccat non est/sed potius iniuria: ergo non in illo principio vbi ius peccat est inquirendum: sed potius in illo vbi non peccat/et si non in illo in quo peccat/multominus in illo in quo plus peccat: et ius oppositum videtur concludere figura circularis: absurdum enim est in albo potius inquirere nigrum/et in plus albo potius inquirere nigrum. ¶ Ad hoc dicendum est per triangulum viridem/q differentia est inter inquisitionem et inquisitionem iuris/vt3 per propositum: et tunc est secundum actum intellectus voluntatis/et memorie affirmatiue: et de ista inqsitione arguit obiectio/est alia inquisitio/que fit per oppositum: et tunc est secundum actus/vt3 intellectus intelligentis/memorie recolentis/et voluntatis odientis: et tunc est negatiue ad iniuriam: vt tanta iuris affirmatio procedat intellectui/voluntati et memorie in dictis de potentia et habitu in actum/quanta fuerat affirmatio iniurie predictis potentijs iniuriantis/scilicet rei/vel actoris: et iccirco si iudex in causa litigiosa actoris et rei non inuestigaret ius per suum oppositum: vt dictum est/non posset mensurare inter duas partes contrariantes affirmatio iuris affirmationi iniurie: nec dare concordãtiam sine contrarietate: vt tanta affirmatione iuris delendo negaretur affirmatio iniurie/quãta affirmatione in iure deleta fuit iuris affirmatio. Constat ergo/q ius per oppositum inter litigantes inquirendum est: et sic quanto maius oppositum inquisitum fuerit/tanto maius oppositum eidem opposito conuenit adhiberi: et sicut frustra inuestigatur sanitas in sano: vt de potentia reducatur ad actu3/sanitas que iam est actu: frustra est: inquiritur ius in iusto: vt ipsum ius quod in eo est actu reducatur ad actum et per hoc soluitur obiectio/cum dicitur inquirendum est ius hic vbi habet esse/dicendu3 est. quod ius habet esse dupliciter/videlicet actu: et sic inquirendum est in proposito: vt conseruetur: et in hoc modo ius non habet esse inter litigantes: et habet esse ius in potentia: et sic eius inquirendum est in opposito suo: qđ est actu: vt actu reducatur ad actum/et suum oppositum ad potentiam: et hoc modo ius habet esse inter litigantes: et cu3 dicitur/ipossibile est id inueniri vbi priuatum est esse suum: verum est/vbi omnino priuatum est esse suum/scilicet actu et habitu/et potentia: sed vbi non est priuatum potentia pőt inueniri per suu3 oppositum/et reduci ad actum/sicut inter litigantes/et cum dicitur: in illo principio vbi ius peccat non est ius/sed potius iniuria: verum est actu/nec propter hoc sequitur/quin sit in potentia: vt reducatur ad actum/vnde bene valet obiectio secundum propositum/non aute3 scd3 oppositũ: vt habet esse inter litigantes discurrentes memoria recolens/et intellectus intelligens: per primam et secundam figuram inueniunt ratione magnitudinis/iusticie formam iuris esse maiorem materia: cum diuina iusticia ad quam omne ius naturaliter dirigitur/sit forma absq3 sibi essentiali materia: naturaliter enim diri-

gitur omne ius ad eam:cum ipsa sit principium et finis omnis iuris:natura lius/ergo et vniuersalius est illud principium/quod accedit ad suum et vniuersalem finem/et naturalem:ergo forma naturalius et vniuersalius est iuris principium/quam materia:cum ipsa materia sub ratione materie non concordet diuine iusticie/nisi pro tanto/quia subiecta est ipsi forme:vt forma agens supra materiam possit dare esse ipsi iuri:cum igitur forma iuris sit influxa a magnitudine iusticie dei in magis substantiali similitudine/ꝙ materia: et materia in magis accidentali/ꝙ forma:magis inquirendum est ius ratione forme/quo ad substantiam:et magis ratione materie quo ad accidens:et quoniam substātia maior est suo accidente/finaliter magis inquirendum est ius ratione forme/ꝙ ratione accidentis:cum accidens sit propter substantiam/et non econtrario. Contra. cum ius ⁊ iniuria sint opposita adinuicem/inter que secundum eundem respectum nullum est medium:cum omne quod est/secundū eundem respectum sit simpliciter iustum/vel iniustum:non potest quis habere perfectam cognitionem/nisi cognitionem iniurie opposite summe cognoscat:ad perfectā autem iuris cognitionem summam iniurie cognitionem habere oportet:sed vnde perfecta habetur cognitio iuris/ibi ius magis inquirendum est: ergo in cognitione iniurie iuri opposite magis est cognitio iuris ingrenda: sed iiuria ratione materie magis et magis in maioritate sua ratione materie/ꝙ ratione forme:eo quia in A. videlicet in deo non est materia/sed forma: et ratio est: quoniam ipsa materia tantam dicit imperfectionem/quod nō potest esse absq; forma:nam forma ipsa dat esse rei:et conseruat eam in esse. vnde Aristoteles. forma est quoddam optimum/⁊ diuinum appetibile: nam materia appetit eam vt femina virum/ex primo phyficorum/et quia quicquid perfectionis est/deo attribuendum est in maiori gradu perfectionis/qui dari potest: vt in prima figura deductum est: ob hanc causam dicimus deum esse formam:non tamen ab informando/sed a formando:quoniam primo modo dicitur:quasi foris manens:q2 essentialr distinguit a materia/respectu cui9 dicit forma: scdo aūt mō dicit forma idest quasi fore manētia: ⁊ sic cōformitatē hʒ cū forma iuris q̄ est in ipa iusticia iniurie opposita:magis ergo ingrēdū est ius rōne materie/ꝙ ratione forme. ¶ Ad hoc dicendum est/quod forma iniurie ratione contrarietatis magis distat a diuina iusticia et a forma iuris/ꝙ materia iniurie:cuʒ ipsa materia iniurie non repugnet tātū materie iuris/ꝙ forma iniurie forme iuris:nulla enim est repugnantia inter materias predictas/nisi ea quam recipiunt a suis formis:imo etiam magis distat ab ipsa iusticia/et ab ipso iure materia iniurie/ꝙ forma:eo quod impossibile est ipsam materiam iniurie sub ratione materie conuerti in materiam iuris:sed impossibile est formam iniurie sub ratione forme conuerti in formam iuris:magis ergo repugnat iniuria iusticie et iuri ratione forme/ꝙ ratione materie:magis est ergo generalis/⁊ maior in maioritate sua ex parte forme/ꝙ ex parte materie:et ideo negatur ista ꝓpositio/ꝙ iniuria magis generalis sit/et magis in maioritate sua ratione materie/ꝙ ratione forme/⁊ qñ dicitur:eo ꝙ in A idest deo nō est materia/sed forma:dicēdū est/ꝙ lʒ materia non sit in deo/adhuc forma iniurie magis est dissimilis deo/ꝙ materia

quia forma iniurie non est forma : sed potius de forma'/ et pura priuatio : et sicut materia ratione aliquarum suarum imperfectionum non potest esse in deo : multo plus ergo remota est ab essentia diuina priuatio pura que est forma iniurie : quare non valet obiectio. ¶ Item ius naturale a quo positiuum regulatur cōmuni⁹ est formaliter / ꝙ̄ materialiter : nam cum deus ratione sui per totam suam essentiam / vnitatem / et dignitates sit pura forma sine materia representat ius naturale generalius ratione forme / ꝙ̄ ratione materie / eo quia tota essentialis vnitas iuris aggregata de forma et de materia magis assimilatur vnitati et essentie dei per formam / quam per materiam : atq3 eius prima principia que sunt bonitas / magnitudo ⁊c. magis sunt similia diuinis dignitatibus per formam / ꝙ̄ per materiam ipsius iuris . hoc idem etiam est de omnibus creaturis : manifestum est ergo / ꝙ in hac operatione que est agere forma generalior est / ꝙ̄ materia in hac operatione que est pati : cum in deo sit hec operatio / q̄ est purum agere ex parte forme : et nullum pati : quod secundum cōditiones prime figure manifeste significatur ius naturale esse magis generale ratione forme / ꝙ̄ ratione materie : nam aliter eius generalitas esset contra conditiones suorum principiorum : quod est impossibile. de conditionibus concordantie est resistere contrarietati / ipsa concordantia diuersificante / et deuiante quantū potest a contrarietate : sed concordantia magis contrariatur suo contrario ratione forme / ꝙ̄ materie : et magis concordat materiam ad esse per formam / ꝙ̄ per ipsam materiam : cum ergo forma sit magis vniuersale principium in differendo / concordando / et contrariando / quam materia : manifestum est / ꝙ ratione forme maiorem habent concordantiam principia iuris ad suum finē / qui est ip̄m esse iuris : et magis contrariatur ipsum ius iniurie / ꝙ̄ ratione materie : ergo ⁊c. naturaliter forma est principium dans esse materie ratione finis sui ip̄ius / tendente ipsa materia ad finem forme per medium quod est agere ipsius forme super ipsam materiam : forma igitur ratione principij / medij / et finis est magis generale principium / ꝙ̄ materia : et per eam magis distat aggregatum a priuatione / ꝙ̄ per materiam : manifestum est ergo / ꝙ forma iuris naturalis maior est in principio / medio / et fine / ꝙ̄ materia : nam aliter non sequerentur conditiones / generalitatis principij / medij / ⁊ finis naturaliter : s3 potius ecōtrario : ⁊ sic non esset ius naturale / quod est impossibile : ergo ⁊c. maioritas est maior rōne substantie ꝙ̄ rōne accidētis : ⁊ rōne forme / ꝙ̄ ratione materie : eo quia substantia maiorem habet concordantiam forme ratione finis bonitatis / magnitudinis ⁊c. ꝙ̄ materie : et ide3 est hic de equalitate / quod est de maioritate : quare manifeste patet / ꝙ generalitas ī altiori gradu est rōne forme / ꝙ̄ rōne materie : ergo generalitas forme iuris naturaliter est maior ī bonitate / magnitudine ⁊c. iuris / ꝙ̄ materie iuris : ſm igit hec q̄ dicta sunt est affirmabile ius naturale eē cōius rōne cōditionū forme / ꝙ̄ materie : accidit aūt quandoq3 ī particulari ipsum ius esse generalius ratione materie / ꝙ̄ ratione forme : videlicet quando ratione dispositionis materie bonitas / magnitudo ⁊c. sunt in maiori proportione / ꝙ̄ rōne dispositiōis forme existēte ī mā pl⁹ entitatis / possibilitatis potētial'r / ꝙ̄ i forma habitualiter : sicut ī iudice p3 : nā ipse iudex plus h3 materiā dispositā faciēdi iudiciū de alieno

ꝙ de suo ꝓprio:eo q2 nō tantū dispenit/nec habituat iudicare de reb9 suis/quā tū de alienis. ¶ Queritur vtrū xpianus de iure teneat obedire mandatis pape ꝯ cōscientiā suā? Solutio/in triāgulo viridi est differētia inter intellectuale z sensua le:vñ dico/ꝙ si papa sit heretic9/z mādat nō credere articulos fidei:nec sacramē ta ecclesie/nō tenet ei obedire:sed si est catbolicus:z ignorāter/vel maliciose mā dat aliquid ꝯtra iusticiā in aliquib9 q̄ nō ptinēt ad fidē/tenet xpian9 sensualiter obedire pape/vz si mādat qd non audiat diuina officia/aut intret ecclām:et sic de aliis/q̄ ptinēt ad excōicatiōez:sed in mēte sua non teneat se ꝑ excōicato:q2 nō est excōicat9 spūal'r:si tū nō sit clarū/tenet oīmode. ¶ Utrū platus magis sit timibilis/ꝙ amabilis. Solutio. melior ē plat9 p charitatē/ꝙ p ꝯbustionē hereti corū. ¶ Utrū papa de iure teneat ad infideles mittere p̄dicatores/vt eis veri tatē fidei aperiant? dō ꝙ sic:qm nulla potestas data est ꝓpter otyositatē: vt de ductum est in libro de incarnatione verbi/designando/interptandoq3 insignia sūmi pōtificis Leonis decimi:qd si fecisset iuxta designationem/ipa insignia nō ita denigrata iacerent/sicut iacēt:qm turcb9 nō ita facile aggressus fuisset xpiani tatē:imo forte christiani z fine forte adepti essent magnā ptē sui dñij:z sic p̄ualet preuidere/ꝙ p̄uideri:z q2 nō fecit/valde deplorādū est. ¶ Alteri9 q̄rit/quare da tus est maior honor pape/ꝙ alicui hoi? Solutio/in nullo homine est ita fortiter de9 repñsentat9 sicut in papa. ¶ Quare principes pedē pape osculant? Solutio illāpade ē oleū supra aquā:q2 h3 cōcordātiā cū flama. ¶ Quare papa h3 alba in dumēta? Solutio.q2 papa remittit pctā hoī3:z aq̄ albos pannos facit. ¶ Qua re papa nō h3 vxorē? Solutio/si papa vxorem haberet ipe in terram respiceret.



Ertia pars noni libri/in qua vidēdū est de epilogatiōe eo℞ q̄ tra dita sunt ḡnaliter in pñti opere:z de pūcto quē q̄rimus/si nat'r:tamē q2 absq3 magna memoria naturali/aut artificiali recoli nō pñt:iccirco statui hoc in loco aliqua de memoria/seu potentia recolitiua expla nare:et quia duplex est memoria:naturalis videlicet/z artificialis: duplex erit eius consideratio. ¶ Est enim memoria naturalis/illa potentia cui proprie cōpetit recolere:de cui9 organo i tractatu philosophie naturalis dictū est:nā ip3 est in occipite ad modū pyramidis:z ipa potētia est spūalis:cui9 officiū est spēs p intellectū acq̄sitas cōseruare:z similitudines earundē (imperio volūtatis) in tellectui repñsentare/z sic memoria est forma/qua hō obiectū recolit rōne cui9 i actu recolēdi sunt potētia/obiectū/z act9:extra que memoria nō h3 posse recolē di habitus acq̄sitos:z ipsa memoria simul spēs recipit ab intellectu z voluntate (de quib9 supra)eo q2 intellect9 facit sciam:z volūtas h3 deliberationē p suā li bertatē:includitq3 tria correlatiua coessentialia/sine quib9 nō posset esse: nec p cōsequēs operari:qualitas ei9 ꝓpria z substātialis est recolibilitas naturalis: sed qualitas appropriata est sibi hitus/vz philosophia/theologia/methaphy sica zc.z ipsa memoria rōne sue bonitatis z organi recolit bene:z sic videm9 ali quos hoīes hñtes meliorē memoriā aliis:z hñt a deo/z scdm eo℞ generationē a corporib9 celestib9/z agētib9 naturalib9 scdz influentiā loci:memoria cū pena re colit tristiciā:z cū falsitate vanā gloriā/z cū vitio priuationē virtutū/z cū odio discordiā/z cū ignorantia tenebras/z cū impossibilitate carētiā beatitudinis/z

De epilogatiōe z memoria artificiali ac pūcto quē querimus.

De memoria naturali.

cũ ꝑterribilitate deflnctiã fruitiõis: ⁊ cũ puritate euiternã penã / ⁊ cum malicia tormentũ oĩm damnatorũ / ⁊ augmẽtũ penarũ: ⁊ quẽadmodũ rõne bonitatis recolit bonum obiectum / ⁊ ratione magnitudinis magnum ⁊c. sic ratione differentie diuersimode recolit obiecta: quia sicut intellectus differentias cognoscit obiectorũ per angulum B. sic memoria illas recolit per diffinitionem differentie: eo quia differentia est generale principium: sic memorie / sicut intellectui ⁊ voluntati: ⁊ rõne cõcordãtie cõcordat in obiecto cũ intellectu et voluntate / recolendo obiectũ itellectũ / ⁊ amatũ / aut oditũ: vt sit vnũ obiectũ formale tribus potẽtiis: diuersa tamen rõne ⁊ ip̃a memoria rõne cõtrarietatis aliquotiẽs intellectui ⁊ volũtati contradicit: non reddendo eis species quas recuperare appetunt: q2 non est disposita ad reddendum illas species / aut intellectus et voluntas recuperare eas non appetunt: nam memoria non eis illas reddit per illum modum per quem intellectus ⁊ voluntas ei tradiderunt: aut intellectus est lentus / et voluntas nimis prompta / aut intellectus appetit vnam speciẽ / ⁊ volũtas aliã: memoria est principium quo ⁊ quod: vt sit perfecta in recolendo principia transcendentia esse in omnibus rebus per actualem existentiam / et decẽ predicamẽta esse decem principia in naturali philosophia / et quatuor causas in rebus essentialiter ordinatis recolere in angulo principij. Memoria sine medio habere non valet recolitiuum ⁊ recolibile: cum coniungantur per recolere / ratione cuius mensurantur per rectam lineam equaliter terminatam inter memoratiuem et memorabilem. Memoria per finem priuationis habet habitum priuatiuum: et per finem terminationis habet habitum terminatiuum: et per finem perfectionis habet habitum positiuum / et perfectiuum: vt valeat recolere obiecta positiua realiter / ⁊ obiecta priuatiua realr̃ et intẽtiõaliter. Memoria rõne maioritatis recolit obiecta habẽtia maiorẽ q̃ualitatẽ / et vniuersalitatem / ac maiorẽ ꝑfectionẽ / rõne cui⁹ beatitudinẽ / gloriã / ⁊ fruitionẽ in angulo ei⁹ recolit. Memoria rõne eq̃litatis eq̃lia recolit obiecta: sicut verũ / bonũ / durabile ⁊c. ⁊ decẽ gñã gñalissima eq̃lia / et tria correlatiua coessentialia eq̃lia in eadẽ essentia et indiuidua in eadem specie: et ipsa naturaliter existit inter intellectum et voluntatem: vt equaliter recipiat species intellectas / et dilectas: vt equaliter easdem eis reddat: s3 quãdoq3 species recipit dilectas / ⁊ nõ intellectas per credere. Memoria speciem quam accepit non reddit / sed similitudinem eius ratione cuius si cum vno recolere speciem acciperet: et cum alio redderet / ipsam conseruare nõ posset euiternaliter / nec iterũ et cõtinue intellectui iperio volũtatis rep̃sentare / nec discedente anima a corpore non posset species acquisitas in ipsa anima characterizatas secum portare. Et nota / quod noua scientia est per intelligere / et antiqua per recolere / ratione cuius memoria presupponit intellectum et voluntatem / alioquin deliberationem non haberet in amando gratia cuius potestas recolendi per amare est maior / q̃ per odire: et per intelligere / q̃ per credere. memoria speciem per recolere conseruat intra substantialiter: et speciem mutat extra in accidentalem ratione cuius est recolere substantiale intra / et recolere accidentale extra: et actus substantialis intra / ⁊ actus accidentalis extra: et sic substantiale recolere viuit / et nutritur de accidentali recolere. inter in-


tellectum/memoriam ⁊ voluntatem est differentia realis ⁊ numeralis/largo modo tamen: nam si memoria/intellectus/⁊ voluntas essent vna potentia/forent recolere/intelligere et velle idem actus: quod est impossibile: nec valet id quod adducis de homine habente diuersa officia que exerceret: et tamen ipse est vnus: quoniam si non inessent ei diuersi habitus/impossibile esset illa exercere: et sic licet sit vnus substantialiter: est tamen plures per accidens: nec tales potentie dici possunt accidentia (vt probatum est superius) restat ergo eas esse consubstātiales/et realiter distinctas. ¶ Viso de memoria naturali/nūc q̄nter vidēdū est de memoria artificiali/que duplex est: quedam est in medicinis/⁊ emplastris quam doctor noster reputat valde periculosam: ex eo quia interdum dantur medicine contrarie dispositioni hominis in tanto gradu caliditatis/quod cerebrum desiccant: et sic homines in dementiam/et stultitiam deueniunt: et dato quod non/nunq̄ tamen habebunt fructum scientie: ex eo/quia non sunt contenti de gratia quam deus eis fecerat. ¶ Est alia memoria artificialis per aliū modū absq; aliquo periculo: et hoc qd̄ est offendere deū. Pro cuius euidentia est notandum/quod res (vt visum est in secunda figura) sunt in duplici differentia: nam quedam sunt sensibiles/que sensu capi possunt: et quedam intelligibiles solum/que intellectu solo capiuntur: secundū hanc duplicem differentiam duplex est modus artificialis memorandi: primus facilior est longe secundo: ex eo/quia datur per ea que cadunt sub sensu: ideo ad illa recolendum stabilienda sunt specifica loca in aliquo familiari spacioso et communi loco: quemadmodum est ecclesia/monasterium/aut domus bene ordinate/distincte et bene cognite sui oppidi/aut ciuitatis: et debent ordinari modo qui sequitur. si est in aliqua ecclesia talis ordinatio primo post ingressum incipiat a dextro latere locum specialem designare: si est capella/altare/aut alius familiaris locus commendet ipsum bene memorie: et si est capella/retineat innocationem illius sancti: et sic successiue procedat/construendo loca distincta/et bene ordinata: nam quemadmodum intellect⁹ et voluntas vagantur sine ordine: sic et memoria ob inordinationē confunditur: est ergo opus predicta loca bene ordinare/⁊ frequēter ipsa recolere: quo facto si non sufficiunt loca illius ecclesie/accipiat aliā ecclesiam/vel vnam domum/in qua plures sunt camere et loca bene ordinata: ⁊ non deberent esse nimis clara/nec nimis obscura: et oportet quod sint stabilia: et de quinq; in quinq; assignando decem: et his sic iactis ⁊ ordinatis/incipiat collocare in predictis locis sigillatum vnumquodq; eorum que memorie comendare intendit: ⁊ potest fieri duobus modis: primo ponendo propriam similitudinē et etiam appropriatam ponere potest: nam memoria per hec attingit/⁊ recolit obiectum suum desideratum: sicut si quis aspiciens aliquem hominē similem filio suo citius filium suum per similitudinem illius recolit: nam similitudo est de genere relationis/que absq; extremis minime intelligi potest: ideo q̄ primum aliquid simile se offert intellectui immediate extrema similitudinis intelligit/et recolit: et sic patet/quomodo similitudines rerū multum conferunt ad intelligendum et recolendum eas: ⁊ sic debet totis virib⁹ inuestigare similitudines magis ꝓportiōatas ad hoc/vt in earum memoriā deueniat: et sic procedēdo

Demmemoria artificiali.

de loco in locum similitudines rerũ collocet: vꝫ similitudinem libri / magistri/ scanni /cathedre &c. deinde ordine recto discurrat/ac si legeret aliquem librum: et id etiam ordine retrogrado facere potest: & pluries debet illa discurrere: vt in memoria imprimantur bene: et si materia eorum que vult memorie commendare est concathenata: non oportet nisi principaliora collocare: vt dominus illuminatio mea/et salus mea quem timebo. ponatur aliquis bene indutus ad modum vnius domini in loco designato: et teneat in vna manu aliquod lumen: et in alia sal/et licet salus et sal non significent vnũ et idem/sed diuersa: tñ ꝓpter aliqualem conuenientiam quam habẽt in voce/vnum ducit in memoriam alterius: et mere intelligibilia possunt etiam figurari tali modo / quod quis per talem figuram et similitudinem poterit eorum memoriam adipisci: vt verbi gratia: si angelus figuretur quemadmodum mos est in ecclesijs eũ figurare: vt esset paruulus infans cum alijs: et demonem etiam figurant valde deformem/ & horribilem: & sic de alijs suo modo: et tali modo locari possunt suis locis: et memorie cõmendari: sed faciliori modo illa que cadunt sub sensu /versanturqꝫ circa agibilia: vt sunt canones et iura /que longe plus memoria indigent/ꝙ intellectu. Docui Tholose quẽdam iuristam hancartem: qui in vna nocte omnes rubricas decretalium memorie commendauit: est enim facilis memoria exercitato in ea: tota difficultas consistit in bene ordinando loca: et similitudines rerum inueniendo. In speculatiuis autem et his que remotissima sunt non modo a sensibus /verum et ab imaginatione/oportet alio modo in illa recolendo procedere: et ad hoc necessaria est ars generalis illuminati doctoris nostri: que omnia suis locis collocat: sub paucis multa comprehendens: ergo quicqd homo recolere intendit/hac arte id facile facere poterit: dum tamen in ea expertus sit: qđ clare videri potest: nam artista huius artis per principia / figuras / et regulas earumqꝫ species ac per synonima/seu emanationes principiorum et regularum de quibus supra /potest commendare memorie quicquid speculationis/ & cuiusuis facultatis sit: in primis si vult aliquid recolere in theologia quod ad deum pertineat/id in prima figura collocet: vel in regulis iuxta materiam subiectam: & quia litere multum conferunt ad recolendum earum significata: si id quod recolere vult ẽ de genere bonitatis/vt de⁹/ponat ꝑmaꝫ literã illius qđ recolere vult supra B. directe: et sic de alijs: nam si est aliquid quod generationem diuinaꝫ tãgat /ponat similiter primam literã illius supra F. et si spirationẽ/supra G. si vero differentiã/aut concordãtiam &c. collocet similiter supra B. aut C. secunde figure /cũ A. prime/si ad deum pertinet: si ad creaturas vero /ad subiecta recurrat: que secundum ordinem nature suis domibus et locis primo collocari debẽt: et oportet ꝙ in qualibet plures sint mansiones et camere: et cum nihil sit in latitudine entis/quod non sit aliquod istorum/vel reducibile ad aliquod eorum/ facile recoli possunt illa que in ipsis distincte collocãtur: sed ad hoc opus est (vt prediximus) aut similitudines/aut dissimilitudines simpliciter oppositas/vel prime litere illorum nominum que recolere intendit ponere suis locis: que ducant in eorum memoriam: quoniam si nomen substantiuum /commune/et appellatiuum sit: similitudo eius altius in pariete depingi debet secundũ coordĩ

nationem

nationem arboris porphiriane: si vero proprium inferius supra terrã agens operationem aliquam excellentem secundum eius naturam: si accidens autem sit id quod vis memorie commendare: similiter aut est commune/ aut propriũ: si commune/ ponatur in sua coordinatione: et depingatur/ si depingi potest: vt in genere quantitatis longitudo/ aut latitudo etc. in genere qualitatis albedo/ nigredo/ rubedo/ si dulce mel/ si amarũ fel: et sic de alijs suo modo. Si vero sit proprium/ accidens ponatur subiectum: vt ignis loco caliditatis etc. Et nota quod primitiuũ ducit in memoriam suum diriuatiuum: vt mons montanum/ et econtra montanus montẽ: et relatio suum relatum/ locus locatum/ habitus habituatum: et sic de similibus. Sunt etiam quedam subiecta/ que qualitates proprias aliorum indicant: vt leo magnanimitatem: canis fidelitatem: lepus timiditatem: asinus stoliditatem: elephas docilitatem / psitachus pulchritudinem/ pellicanus solicitudinem/ simia imitationem/ apes vtilitatem/ capra fugacitatem/ lupus voracitatem/ iuuentus leticiam/ senectus tristiciam/ adolescentia prodigalitatem/ mulieres auariciam/ viri liberalitatem: et sic de similibus. Diximus quod hec ars est memoria localis: quia omnia suis locis (sequendo ordinem nature) collocat: iccirco facile recoli possunt: et ad maiorem eorum recolibilitatem oportet in primis bene scire alphabetum artis: deinde inuenire aliquas similitudines/ que litterarũ predicti alphabeti sint representatiue: vt est bos qui b. representat: et capricornus c. dracho volans d. equus e. falco f. gallus g. histrix h. inulus J. et sancta katerina k. et tales similitudines gerat in mente: et si contingat recolere aliquid quod sit per b. importatum/ collocet bouem suo loco: cui associet similitudinem illius quod memorie commendare vult: dum tamen sit per b. significatum: vt est deus christus: nam poni potest ibi presepe cũ boue: in quo quidem presepe Christus natus est. Si autem sit per c. significatum: vt est angelus/ ponat ipsum cum capricorno suo loco: et sic de alijs significatis litterarum: et implicitum ponatur loco expliciti: et auctoritates doctorum applicentur ad propria loca/ obiectando materiam circa quam versantur: nam sumenda est similitudo principalis obiecti illius auctoritatis vna cum similitudine doctoris: et si similitudines facile inueniri non possint/ sumantur dissimilitudines simpliciter opposite: et si non/ diuidat illud per sillabas: et cuilibet syllabe attribuat dictionem/ et similitudinem sibi notam: et sic perueniet in memoriam illius quod memorie commendare intendit. Item si vult plures syllogismos memorie commendare: videat in quo modo et figura vnusquisque factus est. et pro faciliori recolibilitate habeat in mẽte similitudines modorum: vt si est in barbara/ reponat in loco (iuxta materiam subiectam) similitudinem hominis bene barbati: et si in celarent/ ponat celum cum similitudine subiecti conclusionis: nam tale subiectũ principaliter est intentum: de quo maior extremitas per medium predicatur in cõclusione: iccirco minor extremitas ponẽda/ locandaque est primo: mediũ secũdario: et maior extremitas tertio loco: et licet secundum Aristotelẽ medium tota vis syllogismi sit: et causa conclusionis: tamẽ quia via doctrine procedendũ est a posteriori: videlicet ab effectu ad suam causam: iccirco effectus primo se offert intellectui/ quam eius causa: et per cõsequẽs quis a memoria conclusionis in memoriam premissarum potius deuenit/ quam ecõtrario.



Iudicium
Generale.
Uenite bñdicti patris mei percipite regnum.
Ite maledicti in ignem eternum.
xps
ens
de9
hõ
Ad dexteram.
Ad sinistrã.
Perfectum & imperfectum
Imperfectũ & dãnatum.
Corpus ymaginatiuũ & rationale vt homo.
Maris Joannes Petrus &c.
Herodes Pylatus Judas &c.
ymaginatũ.
Orbatum.
Corpus sensatiũ seu animal.
Leo balena aquila &c.
Formica sardina musca &c.
Sensibile.
Insensibile.
Corpus animatum.
Brutum.
Arbores et plãte.
Subunitũ.
Absolutum.
Corpus elementatum.
Elatum sensatiũ & ymaginatum.
Minerale vaporũ impressio.
Elementale.
Celeste.
Corpus.
Ignis Aer aqua & terra
Decem celi sol luna &c.
Omnia creata ad christũ ordinata.
Corporalis.
Spiritualis &c.
Angelus Anima.
Substantia
b
c d e f g h i
k

263


Empus est vt deueniamus epilogādo omnes lineas ad punctum quem querimus: est enī in primis probatum in prima figura vnum esse deum in essentia/ et trinum in personis: ꝛ quicquid de eo dici potest absolute ꝛ respectiue: vt in secūda figura: ac etiam de creatione mundi: et eius ordine incipiendo a primis principijs rerum/ sequendo ordinem nature vsq; ad hominem inclusiue: ac de eorum origine vt in tertia figura visum est: etiam de necessitate incarnationis dei verbi/ et esse christi/ qui (vt pluries dixi) punctus est ad quem omnes predicte linee terminātur: ꝛ in quo ois scientia ꝛ perfectio relucet: ꝛ sic est conclusio cōclusionum/ ꝛ omnium conclusio/ vt videri potest ex precedenti figura: in qua ponuntur omnia creata que ad hominem ordinantur immediate/ ꝛ mediate: ac etiā immediate ad Christum dñm nostrum. ¶ Ad probandum autē ꝙ Jesus christus quem colit et adorat tota christianitas sit verus filius dei eterni/ omnipotētis/ summe sapientis ꝛc. oportet probare illa que de deo dicuntur/ de ipso christo verificari: si probatū est ꝙ deus creauit omnia ad se: ꝛ propter se et honorem suum: et ꝙ soli deo debetur gloria/ laus/ et honor: et sic deus habet odio omnē aliū honorē qui repugnat suo honori. ¶ Istis premissis/ veniamus ad Christum iesum/ quem colit/ et adorat populus christianus: ꝛ videamus verba ꝛ facta sua/ ꝛ opera toti mundo manifesta: vnde hoc est manifestum/ ꝙ ipse se dicit esse verum filium dei/ et non solum hoc: sed dicit se esse equalem deo/ ꝛ esse vnum deum in essentia: eundem numero in deitate/ et dicit ꝙ habet totam deitatem: ita ꝙ est deus a patre: ꝛ est ei equalis per oīa: ꝛ ꝙ est genitus a deo eternaliter: ita ꝙ est eternus filius: et dicit se habere omnē potestatē/ et creatorē esse omnium: sicut pater/ ꝛ dñm/ ꝛ se missum a deo patre suo in mundum. Preterea attribuit sibi opera sua/ que soli deo conueniunt/ et nulli alteri. vnde remittit peccata hominū/ qđ est proprium dei: ꝛ dicit se iudicaturum omnes homines in fine mundi/ qđ soli deo conuenit. Item dicit se resuscitaturū oēs homines in fine mundi: promittit dare vitā eternam omnibus credētibus in eum: cōminando incredulis mortem/ ꝛ dānationē. Item in nomine suo est tota christianitas edificata: ꝛ ante nō erat: ꝛ multa alia possumus dicere/ que iam sunt manifesta per totum mundum: si ergo ille homo iesus christus nō sit verus filius dei: nec missus a deo patre: ꝛ tamen se dicit esse filium/ ꝛ missum a deo patre/ et venire in nomine patris sui/ et tale nomen attribuit sibi: ꝛ oīa que operatur, facit/ vt dei filius: sed si totum sit mendaciū: quomodo deus verus qui creauit celum et terram pateretur/ et permitteret Jesum christum/ si nō sit missus ab eo: nec sit filius eius vsurpare sibi in mundo totum honorem/ ꝛ dominiū/ ꝛ exercere opera illa que soli maiestati diuine conueniunt: cū autem deus diligat honorem suū/ et faciat oīa ꝑpter suū honorē: quomodo posset pati/ ꝙ quis contra ipsum vsurparet sibi propriū honorē: ergo sequitur/ ꝙ cum hic destruat totaliter dei veri honorē de directo/ si non sit ita ꝙ vel necessario ita est/ ꝙ Jesus christus est verus filius genitus de sua propria substantia: ꝛ missus ab eo: vel ꝙ deus non est: qꝛ vere deus est (vt iam probatū est) ꝛ iesus christus nō est filius suus: sequitur ꝙ nō poterit pati destructionē sui honoris: cū igitur Jesus christus regnet in mundo/ ꝛ honoretur/ adoretur/ ꝛ colatur/ et creditur vt ve-

rus deus:ergo est filius dei. Item si Iesus christus non est verus filius dei: tunc quero/an verus deus sciat hoc/aut ignoret: non pōt ignorare:ergo scit: sed si scit/ et taceat:ergo permittit regnare/ ꝛ adorari/ et honorari mēdacem in noīe suo: qꝛ omnia que christus fecit/ fecit in nomine patris: sed hoc est cōtra honorē diuinū. ergo sequitur ꝙ est verus deus: qm̄ si non: per mortē suā perdidisset tale nomen Item si nō esset verus filius dei/ quomodo post mortem obtinuit tm̄ nomē/ tantum honorem per vniuersum mūdum: immo oīa que iudei fecerunt ei in vituperium cōuersa sunt in honorē maximū. Itē si nō est verus deus: sed pura creatura inquātum dicit se esse deū/ dicit summū mendaciū/ quo non pōt esse maius: sequitur ergo/ ꝙ totaliter est contra deū/ extra deū: ꝛ per consequens nō amat verum deū: sed est omnino iniustus/ inordinatus/ ꝛ deuiatus a veritate/ excecatus in se ipso/ nō cognoscēs veritatem/ non habens in seipso quietem: nec verum gaudiū: qḋ nascitur ex vero amore dei. ꝛ est contra hominē/ inquātum homo est: ꝛ contra bonum hoīs/ ꝛ cōtra seipsum/ ꝛ cōtra ordinatiōnē totius vniuersi: ꝛ est deus falsus/ deceptuosus/ dolosus/ fraudulentus/ latro/ proditor/ rapiens sibi honorem diuinum: ideo est pessima creatura omniū/ que dari possit. Item sua propria lex quā dedit/ oportet ꝙ sit cōtra deū/ cōtra veritatem/ cōtra iusticiā/ ꝛ cōtra naturā hoīs inquātū homo/ ꝛ cōtra ordinationē creaturarū/ et cōtra naturā liberi arbitrij. Itē habet in seipso radicē ꝛ fontē omniū maloꝝ i summo gradu: et sic habet in seipso radicē et originē totalē omnis iniusticie: oīs peccati/ oīs vitij/ oīs falsitatis/ ꝛ erroris/ doli/ fraudis/ deceptionis: sed tm̄ oīa ista sunt falsissima: qꝛ lex Iesu christi est verissima/ sacratissima/ purissima/ mūdissima/ iustissima/ rectissima/ ordinatissima/ nullo modo contra deum: sed totaliter ſm deū/ conuenientissima homini/ inquātum homo est/ ꝛ toti ordini creaturarum/ tendēs ad bonū hominum/ ꝛ ad verū bonū: ꝛ ad veritatē fraternitatē/ ꝛ concordiā/ ꝛ pacē omniū hominum: ꝛ hoc patet discurrēdo totū nouū testamentū: in quo cōtinetur lex sua: ꝛ per cōsequēs Iesus christus est verus filius dei: aliter esset superbissimus/ cupidissimus honoris/ laudis/ glorie/ ꝛ proprie excellentie: sed impossibile est/ ꝙ homo superbus qui vult reputari deus/ ꝛ credi cum non sit/ velit subire/ ꝛ recipere tam humiliter/ tam pacifice/ tam libēter/ tam voluntarie/ tantam confusionem/ tantā illusionē/ tantā deiectionē/ tantā passionem/ tam ignominiosam mortem/ turpissimā/ ꝛ subire sponte mortē crucis: que crux erat in vituperiū ꝛ scandalū totius mundi: ꝛ tamē Iesus christus voluntarie/ sponte ꝛc̄. voluit pati oīa predicta: ꝛ tm̄ oīa ista sunt cōtra naturā superbie: quare sequitur ꝙ cum oīa facta Iesu christi sint fundata in summa humilitate: qua maior dari nō pōt: ꝙ ipse vere est filius dei/ ꝛ verus deus: ꝛ impossibile est aliter esse: ꝛ qꝛ est verus deus/ quicquid dicit est verum: ꝛ impossibile est ipsum dicere mendaciū: impossibile est ipsum errare: impossibile est ipsum deficere/ impossibile est ipsum male aliquid agere/ male ordinare/ male loqui: impossibile est ipsum velle aliquē decipere: ꝛ sic ꝓbata est summa trinitas personarū/ eo qꝛ filius dei dicit. Itē quia ipsemet dicit se esse hominem et filium hoīs: sequitur ꝙ ipse est homo verus: ꝛ per cōsequens est verus deus/ ꝛ verus homo: ꝛ quicquid ipse dicit est summe auctoritatis/ ꝛ summe veritatis: ꝛ quicquid ordinauit/ vel de mādato suo est ordinatū totū est verissimū: et

quia tota christianitas habet ortū a Christo: ⁊ est fundata in ipso/ ⁊ per ipsum/ ⁊ ſm ipsum: sequitur ꝙ ipsa est fundata in summa veritate: et quicquid in ecclesia fit/ ⁊ est ordinatū/ totum fit/ ⁊ est ordinatū in nomine et auctoritate Jesu christi filij dei: sequitur ꝙ oīa que fiūt in ecclesia Jesu christi sunt verissima/ ⁊ summe auctoritatis: ⁊ quicquid ecclesia facit inquātum ecclesia/ est totū verissimū ⁊ summe auctoritatis: ⁊ per cōsequens quicquid ecclesia christi probat est probatū: ⁊ quicquid reprobat est reprobatum: ⁊ sic probata est auctoritas ecclesie. Item postꝙ Jesus christus est filius dei/ sequitur ꝙ omnes articuli dei sunt verissimi.

¶ Probauimus maiorem veritatem que sit/ vel pōt esse quātum ad articulos fidei christiane quos nos esse probauimus. Inde arguimus sic. Impossibile est optimam et altissimā veritatem inueniri ⁊ doceri a peiori ⁊ infimiori homine: et ab illo qui fuerit falsior homo et maior inimicus dei qui fuerit vel esse possit: q: sequeretur ꝙ peior homo de mūdo ⁊ falsior superasset oēs bonos hoīes in inuētione ⁊ doctrina: ⁊ sic vnus ⁊ idem homo fuisset peior homo ⁊ melior totius mūdi: sed si ille Jesus christus in quem christiani credunt/ vel quicunqꝫ alius qui se christū dixit: a quo christiani habent veritatem articulorū quos ꝓbauimus non fuit verus Jesus christus: ipse fuit peior homo qui fuerit vel esse possit: ⁊ maior inimicus dei: q: docuit se deū esse: ⁊ fecit se deū cum nō esset/ ⁊ fedauit: ⁊ corrupit maiorem veritatem que esse posset: ergo istam summam veritatem inuenire ⁊ docere non potuit. Cum ergo ista summa veritas quam probauimus ad christianos peruenerit: oportet illum a quo ista summa veritas ad christianos peruenerit veracem fuisse: ⁊ ex consequenti vera docuisse.

Probatio qualiter xp̄s fuit verax: ⁊ p cōsequēs vera docuit.

¶ Deus cū sit summe sapiens/ ⁊ summe bonus sic debet disponere operationes suas/ ꝙ in eis nō sit cōfusio ⁊ falsitas: sed si dn̄s Jesus xp̄s nōdum venit: xp̄iani qui fuerūt ⁊ sunt: sunt in errore quantū ad hoc ꝙ nōdū venit quē dicūt venisse. Cū ergo ꝓbauerimus ꝙ venire debeat/ si nondū venit qn̄ veniet non credēt in eū xp̄iani: q: iam credunt eū venisse/ nec iudei/ nec sarraceni: nec aliqui alij a xp̄ianis credēt in eū: q: nullū credūt eū esse debere talē qualē nos eū esse debere ꝓbauim⁹: ergo qn̄ veniet aduētus ei⁹ erit ignotus ⁊ inutilis: eo ꝙ nō credetur ei ab aliquo/ ⁊ illi qui nō credent in eum habebunt excusationē de incredulitate eorū: eo ꝙ ille qui veniet si verus xp̄s est docebit eādem veritatē quā christiani tenent/ quā nos verā esse probauimus: ⁊ poterunt rationabiliter dicere ꝙ nō credūt in eum: eo ꝙ ita possent in eo decipi sicut xp̄iani qui eādem veritatē credūt fuerunt decepti in eo: q: se dixit xp̄m cum christus nō esset: ⁊ maxime q: ille qui veniet cū debeat esse vt ꝓbauimus verus deus ⁊ verus homo nō possit illū in quē xp̄iani credunt qui nō fuit verus deus nec verax homo transcendere in doctrina.

Secūda probatio.

¶ Omnis veritas magis depēdet ab illo qui eā primo inuenit ⁊ docuit/ ꝙ̄ ab illo qui eā nō inuenit: sed veritas articulorꝫ fidei xp̄iane quos veros esse probauimus inuēta est ⁊ incepta quantū ad eiusdē veritatis manifestationē et doctrinā ab illo a quo xp̄iani habuerūt eā: ergo magis depēdet ab eo/ ꝙ̄ ab aliquo alio qui post eū eā docuit vel docebit/ ⁊ nō inuenit: sed ille a quo xp̄iani habuerūt istā veritatē nō fuit verus xp̄s: sed est adhuc vēturus verius depēdet veritas predicta ab illo qui non fuit christus: q: primo inuenit eam et docuit/ ꝙ̄ ab illo qui erit verus

Probatio qualr ille qui v̄itatē manifestauit fuit verus xp̄s.


christus:sed hoc est impossibile:oportet ergo dicere ꝙ ille qui dictam veritatē manifestauit christianis fuit verus christus:⁊ talis qualem se existere docuit:ne nobilissima veritas a falsitate incipiat.

Probatio veritatis articulorum. ¶ Impossibile est altissimam et infinitam veritatem inueniri in sublimi gradu eius ab aliqua creatura per se naturaliter sine lumine supernaturali et adiutorio dei:sed veritas articulorum quos probauimus est altissima/ et infinita veritas quātum ad articulos qui pertinēt ad diuinitatem:et est maior veritas que esse possit in aliqua re creata quātum ad articulos qui pertinent ad humanitatem:et intātum est ista veritas altissima infinita et magna:ꝙ etiam hodie postꝙ dicta veritas est manifestata christianis:asseritur a multis christianis ꝙ ad istam veritatem non potest homo venire per rationem sed solum per fidem:ergo nulla creatura per se et sine adiutorio dei ipsam inuenire potuit. Et si dicatur ꝙ a deo est manifestata:sequitur ex premissis ꝙ deus cum sit iustus et sapiens non debuit eam manifestare homini falso et in falsitate persistenti ante dictam manifestationē et post. nec debuit eam manifestare cum falsitate temporis et persone:ne summam veritatem principiaret in falso subiecto:quia deus hoc faciendo faceret altissime veritati maiorem iniuriam que altissime veritati posset fieri:immo ꝙ ipse deus cum sit summe bonus non debet sustinere ꝙ summa et nobilissima veritas habeat falsum principium:sed si ille quem credunt christiani venisse nondum venit omnes christiani sunt in falsitate:⁊ omnes alij a christianis sunt etiam in falsitate:quia non credunt eum esse debere talem qualem eum esse debere probauimus:ergo oportet cum veritas dictorum articulorum peruenerit ad christianos ꝙ a deo peruenerit vt in vero homine fuerit sustentata et principiata:et per consequens talis veritas est vera/non solum quātum ad eius substantiam:sed etiam quātum ad personam ⁊ ad tēpus ⁊ alia accidentia.

Probatio ꝙ dñs iesus in quem credūt xpiani sit verus de⁹ ⁊ per cōsequēs sua doctrina sit vera.⁊c. ¶ Si dominus iesus christus in quem christiani credunt:et cuius doctrinā amplectuntur nondum venit:christiani/iudei/sarraceni:⁊ quecunqꝫ alia secta est in errore et falsitate:christiani enim licet credant articulos fidei christiane quos veros esse probauimus:et quantum ad hoc sint in veritate:tamen si ille quem credunt venisse nondum venit sunt quantum ad hoc in errore et falsitate iudei etiā sarraceni:et quecunqꝫ sint alie secte sunt in falsitate:quia nulla secta alia a christianis creditur eum debere esse talem qualem esse debere probauimus:sequitur ergo ꝙ omnes homines qui sunt ⁊ fuerunt.sunt in errore. Nec aliquis homo habet noticiam de deo:nec aliquis homo est amicus dei:neqꝫ deus habet populū:nec deus diligit veritatem:eo ꝙ non est sibi cura de manifestatione veritatis:nec deus compatitur hominibus:cum omnes permittat in falsitate persistere et errore:que omnia sunt satis et euidenter irrationabilia. Sequitur etiam vlterius si dicta ratio diligenter consideretur ꝙ nec a modo venire poterit:eo ꝙ nulla secta credat illum qui venturus est esse talem/qualē eum esse debere probauimus:et sic in nulla secta inuenietur aliqua femina que sit idonea ad eum concipiendum:ex quo non credet in eum:nec aliquis populus erit dispositus ad eum recipiendum/ex quo non habent fidem in eo. Et sic non erit incarnatio nec recreatio que necessaria esse.supra probauimus:oportet.ergo ꝙ dñs iesus in quem cre







¶ Aduerte lector has duas superiores figu-
ras ita disponi & collocari debere: vt minor cir
culus ceu minor figura intra maiorē ponatur:
& ita de inferioribus dicendum est: deinde duc
ille superiores applicentur ad figurā medicine
fo. cl. inferiores vo ad quartā figuram huius
artis applicētur. fo. lvj.

dant christiani sit verus deus: et per consequens sua doctrina sit vera et saluberrima: ex quo vlterius sequitur q sex articuli qui pertinent ad humanitatem christi non solum debeant esse veri: sed et sunt verificati facti/ sicut sacro sancta Romana ecclesia confitetur.

Probatio qualiter dñs iesus christus debeat omnes hoies indicare.

¶ Ad probandũ q dñs Jesus debeat omnes homines iudicare. Primo q debeat esse omnium hominum iudicium generale: et quod deus debeat esse iudex illius iudicij. Secundo q dñs iesus christus/ qui est verus deus/ et verus homo debet esse iudex illius iudicij. Manifestum est/ q omniũ hominum conditio in duas partes diuisa est: quia quidam eorũ sunt boni/ quidam mali. Inde arguimus sic. Nullus iudex iustus debet bonos et malos ad eũdem locum admittere: neq ad eos vniformiter se habere: sed debet inter eos discernere: et secũdum q diuersimode operati sunt retribuere: et per consequens inter eos iudicare/ et pro bono debet retribuere bonis/ secũdum q plus vel minus boni fecerunt: malis autem supplicium et penam: secũdum q plus vel minus mali fecerunt. Cum iusticia sit ius suum vnicuiq tribuere: sed deus est iudex iustus: immo nullus alius est iustus iudex nisi ipse. qd enim ipse sit iustus satis patet ex superioribus. qd autem ipse solus debeat esse iudex: patet eo q ipse solus est dominus omniũ: quia omnia fecit. Et ad ipsum pertinet primo et immediate omnis operatio creature siue bona siue mala: ipse etiam solus est qui potest retribuere/ cum ipse sit omnipotens: ipse etiam solus qui omnium hominum nouit merita/ et demerita quantum ad facta/ et etiam cogitata: non solum quãtum ad numerum: sed etiã quãtum intensa sunt et remissa: cum enim sit solus et summe sapiens. solus omnia etiam preterita/ vt presentia contemplatur: ergo deus debet inter bonos et malos discernere et diuersimode retribuere et punire: et per consequens inter eos iudicare: ergo oportet esse iudicium omnium hominum generale. Omnia iudicia particularia et inferiora debent per iudicem generalem et superiorẽ examinari et examinata ratificando vel infirmando iudicari et regulari. alias esset error in iudicijs: eo q in eis homines possunt falli: et non esset ordo in iudicijs: iusticia enim dei esset defectiua: si non se extenderet ad omnia iudicia regulãda: sed omnes actus hominum tam exteriores q interiores sunt quedam iudicia quia cum libertate fiunt. Ergo omnia debent per superiorem iudicem examinari et ratificari/ vel infirmari: sed solus deus est superior ad omnes homines: ergo omnium actuum hominum debet esse ipse iudex/ qui solus nouit omnia: et solus potest omnia facta vno instanti omnibus declarare. Debet etiam istud iudicium esse vnum/ et generale in quo omnes homines debent adesse: et post resurrectionem hominum/ alias non esset omnibus manifestum. Finaliter q dominus Jesus debet esse iudex illius iudicij.

Probatio qualiter dñs iesus dz esse iudex illius iudicij.

¶ Secundo probamus q dominus Jesus debet esse iudex illius iudicij. Nullus iudex est tam idoneus sicut ille qui participat cum vtraq partium inter quas debet esse iudicium/ et qui nouit merita vtriusq partis: non solum secundum scientiam/ sed et secundum experientiam: sed natura humana debet iudicari de probis que fecit secundum voluntatem dei/ vel contra voluntatem dei: ergo nullus tam conueniens iudex: sicut ille qui participat cum deo et cum homine.

Talis autem dñs Jesus est qui est verus deus ⁊ verus homo vt supra probauimus: ergo ipse debet esse iudex omniũ hominũ generalis. Omne iudicium rite ordinatum requirit ꝙ sit manifestum et notum omnibus qui iudicãdi sunt: sed omnes homines constant ex corpore et anima: ergo iudiciũ debet esse notum nõ solum spiritualiter: sed etiã corporaliter: sed si deus solus iudicaret persona sua non videretur oculo corporali: nec sua sententia audiretur: nec perciperetur aliquo sensu corporali: ergo oportet ꝙ ille qui iudicat sit talis ꝙ suum iudiciũ possit perfecte et complete/scilȝ spiritualiter et corporaliter manifestare. Talis autẽ est dominus iesus solus: cum sit verus deus ⁊ verus homo: ergo ipse debet esse iudex. Nullus est tam idoneus iudex: sicut ille in quo reperitur et concordant iusticia/mansuetudo et misericordia: sed in dño iesu est iusticia summa/cum sit verus deus/⁊ mansuetudo et misericordia. Cum sit verus homo per quam naturã inclinatur ad miserendum hominibus qui cum eo participant: ergo ipse debet iudicare vt in iudicio adsit diuinitas que excitet eum ad iusticiam: ⁊ humanitas que inclinet eum ad misericordiam.

Causa finalis hui⁹ tractatus.

¶ Tractatum istum hac intentione fecimus: vt fideles et deuoti christiani attẽdãt: qđ cũ nulla alia secta a fide christiana possit probari esse vera: nec defendi a sequentibus seu defendentibus eam: nec posset fidem christianam rationabiliter impugnare: eo ꝙ omnes sunt innixe falso et friuolo fundamento. Fides autem christiana non solum possit defendi contra omnes impugnantes eam: sed etiã probari: ⁊ quãcunq; aliam sectam infringere per necessarias rationes: sicut patet ex rationibus suprascriptis. Ob zelum fidei animati ardenti desiderio meditentur/ꝙ cum nihil possit resistere veritati: eo ꝙ sit super omnia fortior per viam et fortitudinem rationum: cum dei adiutorio et virtute poterunt infideles reducere ad semitam veritatis: sic ꝙ nomen domini Jesu laude dignissimum: qđ in plerisq; mundi partibus et a ꝙplurimis ignoratur/manifestabitur ⁊ habebitur in reuerentia et honore: ⁊ hec via ad conuertendum infideles est facilior aliis omnibus. Durum enim et periculosum videtur infidelibus credulitatem suam pro aliena credulitate seu fide dimittere: sed falsum et impossibile pro vero et necessario non deserere quis eorum poterit sustinere? Et si dicatur ꝙ in hoc tractatu possunt nobis fieri alique obiectiones ad quas non respondimus. Dicimus ꝙ in hoc tractatu hoc tantum in intentione habuimus/ vt ostenderemus ꝙ fides christiana probari poterat per necessarias rationes. Et licet si totus tractatus memoriter teneatur: credamus solutiones obiectionum eum diligenter intelligẽtibus apparere: nos aliqua dimisimus gratia breuitatis. Offerimus nos tamen sine presumptione in virtute fidei christiane ad omnes obiectiones infidelium respondere: et eis tales contra eorum sectas et pro fide christiana positiones facere ⁊ probare ꝙ ad eas nullatenus poterunt respondere. Et si dicatur ꝙ velle rationibus inniti deroget fidei vel fideliũ merito: dicimus ꝙ fideles qui non querũt intelligere vt credant: sed credentes ꝙ si nõ crediderint non intelligent. Fidẽ simpliciter et constantissime amplectentes ad tãtam possunt in virtute eiusdem fidei sublimitatem intelligentie eleuari: ꝙ ipsa fides que voluntatis firmiter eam credentium erat pabulum et fomẽtum sua fundamenta quibus innititur

necessarias

necessarias:scilz rationes ministrabit eisdem vt sint eorum pabulum intellectus.
Ipsa enim fides ad instar supernatãtis olei in sublime consurgens tãto ad altio-
rem gradum in eisdem credentibus eleuatur: quanto intellectus multiplicatis
necessarijs rationibus altiorem sibi scalam erexit: eo ꝙ ipsa fides intellectum in
seipsa fundans eumqꝫ inuestigando continue concomitans et confortans supra
intellectus vires et potentiam excandescit:quia fatigari nesciens semper nititur
intensius et altius ad credẽdum propter ꝙ fides in altius erigitur/ ⁊ meritũ cre-
dentium ampliatur. Et hec Raymundus in suo apostrophe vbi agitur de arti-
culis fidei. Nam plus de bono habet intelligere et credere/ ꝙ̃ credere simplici-
ter: et propter intelligere non destruitur credere: sed corroboratur/ et augmen-
tatur. vnde Augustinus in libro de vtilitate fidei. Omnis qui intelligit credit:
sed non omnis qui credit intelligit: et sic constituti in ecclesia maxime deberent
scire et intelligere omnes articulos fidei: ad quos beatus Petrus scribit in sua
canonica dicens. Estote semper parati ad satisfactionem omni poscenti ratio-
nem de ea re que in vobis est fide/ et spe. Unde Salomon. Habet quippe sed nõ
tenet gladium/ qui diuinum eloquium nouit: sed ẽm illum viuere negligit: et do-
ctus esse ad bella iam non valet/ qui spiritualem quem habet gladium minime
exercet. Augusti. Multos intra ecclesiam positos cernimus: qui aut nolunt ope
rari qđ intelligũt: aut hoc ipsum quoqꝫ sacrũ eloquiũ intelligere ac nosse cõtem-
nunt: a veritate et enim auertunt auditum ad fabulas conuertuntur: dum om
nes que sua sunt querunt/ non que sunt Jesu christi. Scripta dei vbiqꝫ reperta
opponuntur oculis: sed hec cognoscere homines dedignantur: pene nullus que-
rit scire qđ credit. hec ille. Quid ergo erit de fide christiana: si thurci ac infideles
aggrediantur vlterius christianitatem: cupiantqꝫ scire ⁊ experiri que secta sit me
lior: nec tibi valebit quicꝙ̃ vetus aut nouum testamentum adducere: quoniam
nullum eorum admittunt: nec si dicas/ crede hoc/ ⁊ saluaberis: cum nemo suum
credere pro alieno dimittere velit: dimitteret tamen vnusquisqꝫ credere pro in-
telligere: ex eo quia rationalis: ideo rationes euidentes oportebit contra eos ad-
ducere et non brocarda et verba fucata: quemadmodum nonnulli scriptores
nunc temporis faciunt: qui suis illusionibus et verbis fucatis in plures errores
incidentes chartas implent: quod dolendum est valde: cum homines principa-
liter creati sint ad veritatem articulorum fidei intelligendam: et per consequens
ad eãdẽ defendẽdam. iuxta illud Aristotelis. j. Ethicoꝝ dicẽtis. Propriũ homi-
nis est pro defensione veritatis pugnare: quod minime facere poterit/ si veritatem
ipsam ignorat: nam ignorando ipsam ignorabit falsitatem infidelium/ que est
cõtra eã: ⁊ sic erit inter ipsos infideles vt ouis inter lupos. Disponãt se ergo disci
puli mei: ⁊ hi qui hac arte imbuti sunt (cũ nulla alia ad hoc sufficiat) vt possint
cum tempus affuerit infidelibus resistere: et eos ad veritatem articulorum cre-
dendam intelligendamqꝫ cogere: quod facile facere poterunt: cum hac arte illu-
minati doctoris magistri Raymundi: que supra omnes alios modos vtilissima
est: maxime ad defendendam fidem nostram: agendumqꝫ contra infideles: vt pa
tet in Apostrophe/ et pluribus alijs suis libris: ideo eam christiani amplecti de-
berẽt: que quidẽ pluribꝰ approbationibꝰ ⁊ priuilegijs vallata est: vt patet alibi.


¶ Propter qd flexis genibus cum humilitate ꝛ omnis sancte obedientie deditione quanta possumus post pedum oscula sanctissimo patri summo pontifici Christi vicario dño Adriano diuina prouidentia pape sexto/ ꝛ reuerendissimis dominis cardinalibus supplicamus: vt ipsi dictam viam amplecti dignentur: cum inter omnes vias ad conuertendum infideles et recuperationem terre sancte sit ista lenior/ ꝛ amicabilior: ꝛ magis consona charitati: tãtoq; omnibus alijs vijs fortior: quanto arma spiritualia sunt corporalibus fortiora: multa alia enarrare dimittimus: ne secularibus potestatibus videamur in aliquo derogare: licet ipsi possint/ et debeant rationabiliter dicere ꝛ cogitare/ q arma clericorum sunt armis eorum nobiliora/ ꝛ etiam fortiora: debent ergo constituti in ecclesia tales rationes adipisci/ quibus valeant predictum turchum et omnes infideles ad fidem catholicam conuertere: ꝛ sic ille qui venturus est viuos ꝛ mortuos iudicare dignabitur per suam pijssimam misericordiam ad suam dexteram nos in eternum vocare. Amen.

¶ Ad laudem Jesu Christi et gloriosissime virginis Marie matris eius/ ac totius celestis curie/ et ad vtilitatem rei publice finiuit Bernardus de Laninbeta hoc opus in conuentu sancti Francisci al's sancti Bonauenture Lugduni prima Martij Anno domini. 1523. Impressum in edibus Joannis Moylin al's de Cambray. Anno a virginis partu. 1523. Die. xxx. mensis Maij.

¶ Registrum huius operis.

† a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H J K. Omnes sunt quaterni preter † que folium vnum ꝛ semis continet.





FINE